THEOLOGIA
DOGMATICO-SCHOLASTICA
TOMUS QUINTUS

PARTEM TERTIAM DE DEO FINE VIRTUTIBUS OBTINENDO
QUOAD TRACTATUM PRIMUM COMPLECTENS.



Digitized by the Internet Archive
in 2026 with funding from
Graduate Theological Union

https://archive.org/details/theologiadogmati05gene

JOANNIS BAPTISTAE GENÉR

THEOLOGI HISPANI

THEOLOGIA

DOGMATICO-SCHOLASTICA

PERPETUIS

PROLUSIONIBUS POLEMICIS HISTORICO-CRITICIS

NECNON

SACRAE ANTIQUITATIS MONUMENTIS

ILLUSTRATA

TOMUS QUINTUS

PARTEM TERTIAM DE DEO FINE VIRTUTIBUS OBTINENDO

QUOAD TRACTATUM TERTIUM COMPLECTENS.

ROMAE ANNO JUBILAEI MDCCLXXV.

IN TYPOGRAPHEO S. MICHAELIS AD RIPAM.

SUMPTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLAE IN VIA CURSUS
ET PAULLI JUNCHI TYPOGRAPHI ET BIBLIOPOLAE.

PRAESIDIBUS ADPROBANTIBUS.

ALMA COLLEGE
208.9
LIBRARY
G286
Los Gatos, Calif.

49207

ADPEN

ADPENDIX

MONUMENTORUM

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM

QUAE IN TOMIS HUCUSQUE EDITIS DESIDERANTUR.

PRAELOQUUTIO.

NOVAM Tabulam monumentorum Antiquitatis, Tomis editis interſerendam ſiſtimus, exhibentem utique vetuſtiſſima pro ſanctis dogmatis documenta, ex Actis SS. Martyrum in paſſionibus ſuis adloquentium petita, Haec diu nos hortabatur literis ſuis humaniſſimis eruditiſſimus ille Vir, permultis editis clarus, PP. Cappuccinorum familiae magnum decus & ornamentum, *Hieremias*, inquam, *a Benettis*, commentariorum noſtrorum Cenſor egregius, quem nuper mundo ereptum cum orbe literato plangimus ex animo. Haec & nos poſt adcuratam rei diſcuſſionem exſequimur lubentiſſime, immo ut exſequamur, vehementer cogimur; nihil enim hoc documentorum genere congruentius, ſublimius nihil communiendis, illuſtrandiſque ſanctis fidei dogmatis pro inſtituto noſtro, quod utique in eum finem omnigenae eruditionis ſacrae uſum amplecti profitetur. Exinde vero haud leviter dolemus id argumenti genus pro adornanda Theologia Antiquaria primum omnium noſtrae non ſuccurriſſe menti. At immanem tamen defectum adjecta pro voluminibus editis Adpendice, adjectiſque deinceps in edendis pro opportunitate locorum conſimilibus tabulis porro ſupplemus. Hac autem ratione & ſacroſanctas Martyrum loquutiones in ſyſtema quoddam theologico-dogmaticum, ſine exemplo, quod ſciamus, redigimus, & gemma omnium pretioſiſſima ſanctorum dogmatum exſornamus coronam.

Non eſt quidem animus hujuſmodi monimenta copioſis Adnotationibus (quod plane alias optarem, & facili negotio expedirem) illuſtrare, ne videlicet voluminum moles nimium adcreſcat contra votum Editorum Operis; ſed breviores tantum, quum neceſſaria, vel maxime opportuna occaſio poſtulet, notulas indicabimus, rejecto ad eos ſtudioſo Lectore, qui rem, vel uberius vel adcuratius pertractaverint.

Iis plerumque utimur Actis Martyrum, quum nobis codd. mſſ. ſuppetant nulli, quae apud Eruditos Viros cum Bollandianis Jeſuitis & Ruinartio Benedictino (quippe qui hac in re Magiſtri & Duces commendatiſſimi jure habentur) antiquiſſima omnium vulgo exiſtimantur & ſincera ſub prioribus quatuor Eccleſiae Chriſti Seculis, quae.

copioſiorem, nobilioremque primorum Martyrum ſegetem retulerunt. Hac porro de cauſſa intra breviores hujuſce temporis cancellos Epocham hujus tabulae praeter morem noſtrum concludimus. Quamvis enim in ea nonnulla interdum deſideres monimenta univerſis Theologiae noſtrae dogmatis confirmandis, at complurima tamen enitent, eaque omnium praeclariſſima, utpote ex ore Teſtium veritatis probatiſſimorum emiſſa, quibus potiſſima eorum dogmatum capita uberrime, perſpicue, atque eximie comprobantur. Quocirca & in Claſſibus noſtris haec Tabula primum perpetuo conſtituet Caput. Perſaepe in eiſdem Actis, immo & in eadem Martyris cujuſpiam adloquutione pro diverſis dogmatis teſtimonia elucent: idcirco ſaepenumero Acta eadem, ipſaſque Martyrum adloquutiones repetamus oportet. Et haec quidem in tanto dogmatum pelago tranando neceſſitas faſtidium, quod alias ea crearet repetitio, prudenti & pio Lectori levabit, credimus.

In ſingulis demum documentis ea praecipua Martyrum verba, quae propoſitum argumentum concernunt, diverſis typorum caracteribus deſignanda curavimus, ut nempe qui velis, rem de qua agitur, momento reperiſſe gaudeas.

Praemonendum ſupereſt nihil. Perge, humaniſſime Lector, & primitiis noſtris Martyrologico-dogmaticis UTERE FELIX.

TOMO II. INSERENDA

Nimirum

SPECTANTIA AD CLASSES

pro Exiſtentia Dei ſub pag. 14.

DOCUMENTA EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Et ego Chriſtianus ſum, colo enim & adoro ſolum Deum verum.

S. LIBERIANUS Martyr adloquens in paſſione ſua Ruſticum Romae Praeſidem, interrogantem num eſſet Chriſtianus, Romae, an. circ. 167. (Ex *Actis* S. Juſtini & ſociorum ejus, quae habentur ap. Metaphr. Lipoman. Sur. Bollandianos ad d. 13. April. Sanctis ſacrum, & Ruinart in Act. MM. ſinceris & ſelectis p. m. 45. n. 3. ſub fin. edit. Pariſ. 1689.)

Quod ſincera ſint haec Acta, nullus, quem ſciam, ambigit. Suſpicari quis duntaxat poſſit, num Juſtinus, cujus haec paſſionem referunt, Juſtinus ille ſit chriſtianus Philoſophus, qui & claris ſcriptis, & profuſo ſanguine fidei teſtis eluxit, aut alius Juſtinus quiſpiam. Dubitat quidem *Surius*. Primum deinde adfirmavit *Baron.* in notis ad Martyr. ad d. 13. Apr. nota *b.* cui adſtipulatur recens Ruin., alterum vero ope-

operose promovit Papebr. cit. Confer eos, si lubet, & esto judex. Nos autem in opinionem Papebrochii vehementer propendemus.

Quidquid finis interimit, casus involvit, quum aeternam mundi vertiginem (*) rapax tempus obducit. Solui Deus *noster beatitudinem vindicat.*

(*) Alias *virtutem*.

S. SYMPHORIANUS M. Augustoduni seu Aeduae Galliarum urbis, longa oratione pro Christianismo adloquens Herculeum Consularem Judicem, eum impellentem ad sacrificandum diis paganismi, an. circ. 118. (ex ejus *Act.* ap. Ruin. cit. n. 5. p. 71.) In Martyrologio Romano & aliis recolitur Sancti memoria die 22. Aug.

Ego Imperatoris mundi genium nescio, sed coelesti Deo meo *servio... adoro Dominum meum, Regum & omnium gentium Dominum.*

S. SPERATUS M. alter ex XII. Martyribus vulgo *Scillitanis*, Carthagine adloquens Saturninum Proconsulem Judicem, deprecantem illum ut tantum per genium Regis sui juraret, an. circ. 200. (ex *Act.* proconsularibus MM. Scillitanorum, quae recensuit Baron. in Annal. ad an. 202. ex tribus codd. mss. eruta, & deinceps cit. Ruin. ex cod. ms. bibl. Colbertinae, a p. 79.) Sperati simulque XI Sociorum festum reponunt vulgo Martyrologia ad d. 17. Jul.

Honorem quidem Caesari tanquam Caesari; Deo *autem* nostro *honorem & orationem offerimus.*

S. DONATA M. altera ex eodem Martyrum coetu, adloquens ipsum Saturninum, praecipientem Donatae, Vestinae & Secundae ut honorarent Regem suum & diis sacrificarent. (Ex eisdem *Act.* ap. cit. Baron.)

Nos vero Deo *obedimus.*

SS. SABINA ET ASCLEPIADES MM. adloquentes Polemonem Neocorum, seu aedituum paganorum fani, dum eis jussa Principis de sacrificando diis proponit, Smyrnae an. fortasse 250. (ex *Act.* SS. Pionii & Sociorum, quae cit. Ruin. ex quatuor codd. mss. collegit, praetulitque aliis Actis a Metaphr. Lipom. Sur. Bollando editis.) Festum eorum Sanctorum cum Sociis ferunt vulgo Martyrologia ad d. 1. Febr.

Controversia est apud Criticos super aetate famosi hujusce Martyrii. Hi cum *Pearson.* diss. 2. de ann. priorum Romae Episcopor. c. 19. eam referunt ad tempora Marci Aurelii; alii vero, quod probabilius videtur, cum cit. Ruin. p. 120. ad persequutionem Decii. Eos qui conferat litem judicet.

Martianus ait, .. ut obſequium tuum plenius Imperator agnoſcat, ſacrificium illi ſolve nobiſcum. Achatius dixit, ego Dominum *meum, qui eſt verus & magnus, pro ſalute Regis obteſtor, ſacrificium vero nec ille exigere, nec nos debemus exſolvere: quis enim homini ſacra perſolvat? Martianus ait, reſponde cui Deo precem fundis, ut ipſi etiam nos ſacra reddamus? Achatius dixit, ego* Deum *meum opto te ſcire quod proſit; &* Deum *qui eſt verus agnoſcere.*

S. Achatius Epiſcopus Melitenus in minori Armenia & M. adloquens Martianum Conſularem a Decio Imp. praefectum, in regione Antiochiae, an. circ. 250. (Ex *Act.* Sancti ap. Bolland. ad d. 31. Mart. quo ejus feſtum recolitur ap. Menaea Graecorum.)

Bollandianis quantum ad perſonam hujus Achatii repugnat nonnihil Ruin. ad p. 138. Eum, ſi lubet, conſulas.

Tum Achatius Bollandianis *Confeſſor* dicitur, Ruinartio vero, cui adhaeremus, *Martyr*, quapropter ejus ſermones inter adloquutiones Martyrum ſaepe recenſemus. Nec immerito quidem, licet enim ex Actis diſputationis ejus cum Martiano non conſtet in tormentis obiiſſe, immo penitus liberum, jubente Decio evaſiſſe; nihilo ſecius, haec de Sancto in Menaeis excuſis Graecorum ap. citt. Bolland. habemus „ ad Martianum Conſulem deductus, rogatuſque de iis, quae doceret, expoſuit totam de noſtra in Deum fide doctrinam, Paganorumque nugas & commenta refutavit, quare & tormenta pertulit & in carcerem traditus fuit. „

Eademque praeterea ferunt Menologium Baſilianum, & Menaea plura mſſ. Quin etiam in pleriſque Martyrologiis ſic ejus feſtum enuntiatur, *Paſſio Achatii Martyris*; eſto in uno aut alio legamus, *B. Achatii Confeſſoris*. Argumento itaque veri longe ſimili ducti, ſermones Achatii in quaeſtione de fide ſua reſpondentis, adloquutionem Martyris reputamus. De ejuſmodi Martyribus, qui Chriſtum confeſſi mortem in confeſſione non oppetierint, plura inferius ad Tom. VI. ubi de Martyrio.

Vides in hac celebri adloquutione modum ac methodum, qua olim SS: Martyres in judicio interrogabantur ac reſpondebant, prout vulgo ferunt Acta ſincera & vetuſtiſſima, a notariis frequenter oculatis, aut plerumque ſaltem aequalibus conſcripta.

Et hae quidem ſuffecerint exempla, ſpeciminis loco adducta pro exiſtentia Dei, ſeu ſupremi cujuſdam Numinis, cui plane uberius illuſtrandae documenta id genus ſpecioſiſſima ſine numero adferri poſſent.

SPE-

SPECTANTIA AD CLASSEM V.

pro Deo Uno ad pag. 60.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Τὰ δαιμόνια τῶν ἐθνῶν θεὸς προσαγορεύεις πλανώμενος· εἷς γάρ ἐστιν θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς.

Nempe

Gentium daemones Deos errans adpellas. Unus enim est Deus, qui fecit coelum & terram & omnia quae in ipsis continentur.

S. IGNATIUS Apostoli Joannis discipulus, Episc. Antiochiae M. adloquens Trajanum Imp. gentium daemones adpellantem Deos, non longe ab Antiochia, ubi tunc temporis Trajanus agebat, in Armeniam & ad Parthos properans, an. 106. (ex *Act.* Sancti tum ex editione Usserii, tum ex postrema gr. lat. quam ex cod. vet. mss. biblioth. Colbertinae vulgavit Ruin. sub fin. laudati commentarii sui a p. 696. n. 2.) Sacer illi dies ap. Graecos vigesimus Dec., apud Latinos vero primus Febr.

Consuito ignatianae adloquutioni adsignamus annum 106. quoniam ex opinione veri similiore passionem & mortem subiit Martyr in amphiteatro Romano ad an. 107. Imperii Trajani decimum, Syria & Senecio Coss. Et vero adloquutio Trajano prope Antiochiam commoranti directa est ante annum integrum, aut complures saltem menses, qui expendendi erant in longo itinere, terra marique complendo, & in ceteris eventis, quae ad praestatutam Ignatii mortem occurrere debuerant. Congruenter itaque consignanda superiori anno 106. Lege Ruin. in notis ad editionem Usserianam Actor. Sancti a p. 11.

Apud Siscíam verum Deum confessus sum. Ipsum semper colui, ipsum corde teneo, nec me ab eodem, qui Unus Deus *& verus est, homo poterit separare,*

S. QUIRINUS Episc. Siscianus M. adloquens Amantium Praesidem primae Pannoniae & Judicem, rogantem si vera essent, quae primum in Siscia Maximo Praesidi de fide sua responderat. In civitate Sabaria an. circ. 309. (ex *Act.* Sancti, quae e codd. mss. antiquis ediderunt Mombrit. & Sur. ad d. 4. Jun. eidem sacrum, quae demum exscripta dedit Ruin. cit. a p. 552. n 4.)

Quem quum hortaretur Publius ad immolandum idolis, constanter dixit, Unus *est* Deus *quem colimus, cui sacrificium piae devotionis offerimus.*

S. PE-

S. Felix M. alter ex VII. filiis S. Felicitatis, adloquens Publium Praefectum Urbis Judicem, Romae an. circ. 150. (ex *Act.* S. Felicitatis & VII. filiorum ejus, quae ex compluribus codd. mſſ. & edit. vulgavit cit. Ruin. p. 22 n. 3.) Felici ſimul & aliis fratribus dies ſacer eſt decimus Julii apud Martyrol. Bucherianum, Romanum & alia.

Ad Capitolium ſolus adtrahitur & quum immolare daemoniis cogeretur, clara voce teſtatur, Unum & verum Deum *novi. Huic laudis hoſtias immolabo. Deos veſtros daemones ſcio, quos incaſſum non tam hoſtiis pecudum, quam animarum veſtrarum mortibus honoratis.*

S. Saturninus Epiſc. Toloſanus & M. adloquens turbam ethnicorum in eum ceu chriſtianum ardenter tumultuantem, Toloſae poſt an. circ. 245. (ex *Act.* Sancti, quae ex complurimis codd. mſſ. digeſſit cit. Ruin. p. 111. n. 4.) Ejus memoriam concelebrant Martyrologia die 29. Nov.

Chriſtianus ſum & Epiſcopus. Nullos alios deos novi niſi Unum & verum Deum *... Huic Deo nos chriſtiani deſervimus.*

S. Cyprianus Epiſc. Carthaginenſ. & M. adloquens in prima fidei ſuae confeſſione Paternum Proconſulem Judicem, Carthagine, an. 258. (ex *Act.* proconſularib. Sancti, quae ex multis codd. mſſ. & editis ſincera dedit Ruin. p. 216. n. 1.) Ipſi dies feſtus 14. Sept.

Ego Unum *Deum colo, qui fecit coelum & terram, mare & omnia quae in eis ſunt.*

S. Fructuosus Epiſcop. Tarraconae in Catalonia & M. reſpondens Aemiliano Praeſidi, eum urgenti ex juſſu Impp. Valeriani & Gallieni deos profanos colere, Tarraconae an. 259 (ex *Act.* SS. Fructuoſi Epiſc. Augurii & Eulogii diaconor. ap. Bolland. ad diem 21. Jan. quo eorum feſtum adnuntiatur ap. Martyrol.)

Deus Unus *eſt, qui eſt venturus ſolus, in coelo habitans & humilia reſpiciens in magna virtute ſua. Ut hunc colerem & diligerem a parentibus mihi eſt traditum. Hos autem quos tu colis, qui a te dii eſſe dicuntur, neſcio. Perditio viro-*

rum

rum omnium veſtrorum qui tibi conſentiunt, adinventio iſta eſt, non veritas.

S. ASTERIUS M. reſpondens Lyſiae Proconſuli aut Praeſidi haec illi minitanti „ Crede vel tu & ſacrifica diis, ante oculos tuos habens „ tormenta, quae contradicentibus ſunt parata „ apud Aegeam Ciliciae an.285. (ex *Act.* proconſular. Sancti & Socior. quae tecitant Sur. ad d. 23. Aug. quo eorum memoria recolitur, Baron. ad an.285. Ruin. p. 279. n. 2.)

Ubi vero ad Thebaeos denuntiatio iterata pervenit (*) cognitumque ab eis eſt injungi ſibi rurſum exſequutiones profanas, vociferatio paſſim ac tumultus in caſtris exſoritur adfirmantium, nunquam ſe ulli in haec tam ſacrilega miniſteria ceſſuros, idolorum profana ſemper deteſtaturos, ſacrae & divinae religionis cultui inſtituros, Unum *ſe aeternitatis Deum colere.*

(*) de morte ſubeunda ni diis ſacrificarent.

SS. MILITES LEGIONIS THEBEAE, ſermonibus maxime incitantibus ad conſtantiam MAURICIO primicerio, ut ferunt, EXSUPERIO campi ductore, CANDIDO ſenatore militum, una voce adloquentes ac provocantes univerſam Paganiſmi perfidiam in mandato Maximiani Imp. quo nempe edixerat, decimum quemque ex ea legione in fide chriſtiana perſiſtentem gladio feriri. Agauni apud Gallos an.286. (ex *Act.* SS. Mauricii & Socior. ejus, quae pridem ferme ſubditicia edidit Sur. deinde tantiſper emandata, ſed valde tamen interpolata Mombrit. poſtmodum Chiffletius S. J. ex veteri cod. mſ. ſincera, ex iis denique aliiſque codd. mſſ. ſimul collatis cit. Ruin. p.289. n.3.) Celeberrimorum Martyrum memoria ap. Martyrol. Latinorum percolitur die 22.Sept.

Profitemur nos chriſtianae religionis eſſe cultores & Unius *ac veri Dei permanentis in ſecula famulos teſtes.*

S. VINCENTIUS Levita M. patria Oſcenſis apud Aragones in Hiſpania, pro fide ſua & Valerii Epiſc. Caeſarauguſtani comitis reſpondens Daciano Judici. Valentiae Edetanorum an. 304. (ex *Act.* Sancti ap. Bolland. collatis cum ſex codd. mſſ. die 22. Jan. qui Martyri ſacer eſt cum in Menol. Graecorum, tum in Martyrol. Latinorum. Eadem Acta rurſum compluribus cum codd. mſſ. & editis collata vulgavit, illuſtravitque cit. Ruin. a p. 387.)

Fro-

Probus Preſes dixit, quae? (*) Pullio reſpondit, quae Unum *Deum in coelis indicant intonantem; quae non poſſe dici Deum ex ligno & lapide ſalutifera admonitione teſtantur....*

(*) ſunt Chriſti mandata?

S. PULLIO primicerius Lectorum M. adloquens Probum Praeſidem Sirmienſis Civitatis in examine de fide ſua, in urbe Cibali, vicina tunc Sirmienſi, an. 304. (ex *Act.* Sancti & Sociorum Martyrum ap. Bollandian. ad d. 28. April. Pullioni ſacrum ap. Martyrol.)

Ὁ λογισμὸς ἡμῶν ἕις ἐστίν, ὕπατικέ, ᾧ γὰρ τῷ Θεῷ δουλεύομεν....

Scilicet

Senſus noſter unus eſt, Praeſes; quia Uni *Deo vero ſervimus...*

S. PROBUS M. adloquens Numerianum Maximum Praeſidem in tertia fidei ſuae confeſſione, in Tharſo metropoli Ciliciae an. circ. 304. (ex. *Act.* praeclariſſimis Tarachi, Probi, Andronici, quae poſt alias Baronii, Roſvveydi, Bigotii editiones, vulgavit coſtigatiſſima gr. lat.cit.Ruin. a p.457. n.8. fere ſub init.) Feſtum Probi & Socior. habetur in Martyrol. Romano & in pleriſque latinis ad diem 11. Oct. in Menolog. vero Graecorum ad diem ſequentem.

Nunquam ego ſacrificavi, nec ſacrifico niſi Uni *Deo & Domino noſtro Jeſu Chriſto filio ejus...*

S. CRISPINA Matrona nobiliſſima M. adloquens Anulinum Proconſulem, eam hortantem ut diis ſacrificaret pro ſalute Principum, apud Coloniam Thebeſtinam in Africa ſub an. circ. 304. (ex *Act.* ſpecioſiſſimis S. Criſpinae, primum, reor e cod. mſ. antiquiſſimo vulgatis a Mabillon. t. 3. vet. anclect.) Sanctae memoria ap. Martyrol. Rom. colitur die 5. Dec.

Iis praeterea confirmando ſancto dogmati complures adnecti poſſent Adloquentes Martyres ex eorum Actis, quae poſtremo recenſuit laud *Ruin.* E. c. FAUSTUS Cordubenſis adloquens Eugenium Praeſidem Cordubae apud Hiſpanos ad pag. 597. & 598. LEO Proconſulem Lollianum Patarae in Lycia ad p. 611. n. 3. SADOTH Epiſc. in Perſide Saporem Regem ad p. 643. n. 2. THEODORITUS Preſb. Julianum Comitem, Juliani Auguſti avunculum Antiochiae ad p. 659. n. 3. BONOSUS ET MAXIMILIANUS milites, de numero Herculianorum ſeniorum, eundem Julianum Comitem ad p. 667. n. 4: SABAS genere Gothus Miſſos quoſdam ab Atharido Gothorum Rege, in Gothia ad p. 677. n. 4.

Jam

Jam quid ad haec reponat Polytheorum turba, olim magna nimis? In ſcenam prodat, eſto, omnium fere gentium, celebriumque inter illas Philoſophorum de multis diis opinionem; nobis item objiciat e primis Chriſtianae legis ſeculis pro Polytheiſmo Adloquutiones, quibus & ſui Imperatores, & Proconſules, & Praeſides omnes hoc producti Capite, Martyres urgebant noſtros ut illum profiterentur. At iidem tamen Martyres & invictis ratiociniis, & ſuppliciis exanthlatis, & morte obita pro *Deo Uno* adverſum inanes deos, ab ementito Polytheiſmo victoriam reportarunt.

SPECTANTIA AD CLASSEM VI.

pro Omnipotentia Dei ad pag. 95.

Idola enim contemnentes, Deo Omnipotenti *famulantes vitam aeternam invenient...*

S. SILVANUS M. S. Felicitatis filius, adloquens Publium Urbis Praefectum, Romae, quemadmodum enuntiavimus *ſupra* de S. Felice germano ejus fratre ad p. v. ſq. Ea recole.

Deprecatus eſt ut ei horam concederent qua poſſet orare & Omnipotenti *Deo debita precum vota perſolvere.*

S. POLYCARPUS Joannis Apoſtoli diſcipulus, Smyrnae Epiſc. M. eos adloquens, qui illum comprehenderunt ad Martyrium a Proconſule deſtinandum, Smyrnae an. 166. vel, ut aliis placet, 169. Marci Aurelii Imperat. anno ſeptimo. (ex *Act.* Sancti & Socior. ejus, quae ex codd. mſſ. cum editione Uſſeriana collatis adornavit, notiſque illuſtravit Ruin. p. 28.) Haec ab iis diſcimus oculatis & auritis teſtibus, qui verba ex ore Martyris exceperunt. Ejus memoria recolitur d. 26. Jan. apud Latinos, & d. 23. Febr. ap. Graecos.

Super anno & die ejus paſſionis, quae mihi valde incerta ſunt ob inopiam documentorum, multa diſputant Eruditi, quos conferre poſſis una cum Bolland. ad d. 26. Jan. Halloixium in vita Sancti c. 12. Pear. ſon. de Epiſc. Roman. diſſ. 2. c. 18. *Uſſer.* in notis ad epiſt. eccleſiae Smyrnenſ. *Valeſ.* in hiſt. Euſebii l. 4. c. 15. in notis.

Ego Omnipotentem *Deum, qui me fecit, timeo & illi ſoli ſervio.*

S. SYMPHORIANUS Vir nobilis M. uti *ſupra* p. 111.

Deum Omnipotentem (*) *qui fecit coelum & terram & nos omnes, qui nobis omnia praeſtat & tribuit.*

(*) colo

S. PIONIUS Vir in ſacris literis eruditiſſimus M. reſpondens Palaemoni Aedituo & Judici, illum interroganti, *quem colis Deum?*

Smyrnae an. 250. (ex *Act.* S. Pionii & Socior. *supra* laudatis p. 111. quae recolas.)

Ego Deum Onnipotentem *colo.*

S. Augurius Diaconus M. adloquens Aemilianum Praesidem in examine suae fidei, Tarraconae in Catalonia an. 259. (ex *Act.* SS. MM. Fructuosi Episc. Augurii & Eulogii Diaconorum ap. Bolland. ad d. 21. Jan. quo passi sunt & quo propterea eorum memoriam vulgo celebrant Martyrologia) De iis Sanctis praeclare Augustinus serm. 273. olim 101. de diversis & Prudent. in carmine de Sanctis in *περὶ Στεφάνων* libro.

Jam die duodecimo Kalendarum Augustarum apud signa legionis illius, quando diem festum Imperatoris celebrastis, publice clara voce respondi me christianum esse, & sacramento huic militare non posse, nisi Jesu Christo filio Dei Patris Omnipotentis.

S. Marcellus Centurio legionis Trajanae M. respondens Anastasio Fortunato Praesidi haec illi objicienti in examine suae fidei, *Quid tibi visum est ut contra disciplinam militarem te discingeres & baltheum ac vitem projiceres?* in civitate Tingitana, vulgo *Tanger* in Habata provincia Regui Fezzae, anno probabilius 298. die 30. Oct. qui eidem sacer est ap. Martyrol. (ex *Act.* quae tanquam a Notariis excepta ferunt Sur. Baron. Ruin. qui ea contulit cum codd. mss. p. 312. n. 2.)

Haec in Actis n. 1. coram signis legionis Trajanae loquutus, praeter alia, dicitur Marcellus, *si talis est conditio militantium ut diis & Imperatoribus sacra facere compellantur, ecce projicio vitem & cingulum, renuntio signis & militare recuso.* Exinde vero discimus, Imperatores Romanos sibi divinos cultus extorsisse a populo, ut ipsis nempe ceu diis immolaretur: id quod ab Imp. Commodo, superbissimo homine, qui mortuo patre Marco Aurelio, nominari voluit *Hercules Romanus, Jovis filius*, originem duxit, Lamprid. teste, ac deinceps in morem transiit, uti passim ostendunt exempla in Actis MM.

Discimus insuper, apud militias Romanas non modo baltheum aut cingulum ornamento fuisse egregiis quibusdam militibus, sed etiam vitem, de qua *Euseb.* hist. l. 7. c. 15. ubi de Martyrio S. Marini militis haec habet, *honor quidam est vitis apud Romanos, quam qui adepti sunt Centuriones dicuntur*: illam itaque qua ceu insigni muneris proprio praenitebat Marcellus, abjecit ut Jesu Christo Regi aeterno militaret. De vite Centurionum plura *Baron.* ad an. 298. n. 3.

Deus sanctissime, Deus altissime, Deus Omnipotens: *tibi laudes pro nomine tuo reddimus, Domine Deus* Omnipotens. S. The-

S. Thelica M. haec inter alia ad Dominum converſus exclamans, ubi audit Anulinum Proconſulem in examine ſuae, Sociorumque plurium Africanorum fidei ſibi minitantem, *incipies ſentire quae vos pati oporteat*, Carthagine an. 304. (ex *Act.* SS. Saturnini, Dativi & aliorum plurimorum MM. in Africa, quae ex codd. mſſ. & edit. digeſta dedit Ruin. a p. 409. n. 6.) Quo die Sancti memoria recolatur, nondum mihi exploratum.

Minime ego parere volo, ſum enim Chriſtiana, Dei Omnipotentis *ſerva.*

S. Eutychia Vidua M. reſpondens Dulcetio Praeſidi ajenti, *viſne regali edicto parere?* nempe de illorum eſu, quae diis immolabantur, in examine fidei ſuae & Sociarum, Theſſalonicae, opinor, an. 290., vel, ut aliis placet, 304. (ex *Act.* Sanctarum Agapes, Chioniae, Eutychiae &c. quae vulgarunt Sur. ad d. 1. Apr. Baron. ad an. 304. n. 40. Bolland. ad d. 3. Apr. Ruin. a p. 421. n. 4. ſub fin.) Agape & Chionia celebrantur ap. Martyrol. Rom. & alia ſub diem 3. Apr.; quo vero Eutychia & reliquae Sociae, mihi inexploratum.

Bollandiani laudati Actis Surianis, quae tanquam ſincera amplexus eſt cit. Baron., ceu minus exactis alia praeferunt, quae ſibi antiquiora, puriora & ſinceriora ſunt, ex Act. SS. Chryſogoni & Anaſtaſiae excerpta, remque ſuam multis promovet ibi Henſchen. At ei acriter reſiſtit Ruin. p. 419. ſq. pugnatque pro majore ſinceritate Surianorum, quae nempe ex cod. mſ. Monaſterii Benedictini Cryptaeferratae in agro Tuſculano eruta, & a Guilliel. Sirleto latine reddita vulgavit Sur. Porro eruditus Vir non ita rem conficit ſuam, ut omnem henſchenianae ſententiae diſſipet vim. Lector, cui otium ſit, utrumque conferat, & controverſiam definiat.

Deus Omnipotens *qui juſſit nobis ad mortem uſque ipſum diligere; qua de cauſſa non auſae ſumus eum prodere, ſed maluimus aut viventes comburi, aut quaecumque alia nos adciderint perpeti, quam talia ſcripta (*) prodere.* Tum, *Haec vidit Deus* Omnipotens *qui omnia ſcit, praeterea nemo.*

(*) Divina.

S. Irene V. & M. comes in paſſione S. Entychiae mox laudatae, reſpondens ad binas ejuſdem Dulcetii interrogationes, quarum haec prima fuit, *quiſnam tibi auctor fuit ut membranas iſtas atque ſcripturas ad hodiernum uſque diem cuſtodires?* reperta quippe ſunt domi ſuae ſacra Biblia recondita: altera vero haec, *quiſnam conſcius*

erat, haec in domo illa esse, in qua habitabas? (ex eisdem *Act.* modo indicatis ap. Ruin. p. 424. n. 5.) Martyrol. Rom. & alia Sanctam concelebrant ad d. 5. April.

Nimirum ex impio Diocletiani edicto omnes sacri codices apud christianos reperti flammis addicebantur, ipsisque graviter injunctum erat ut quos servarent coram Praeside statim proderent. Edictum impium indicant Acta mox citt. tum Acta S. Philippi Heracleae Episc. ap. Ruin. p. 444. n. 4. Et vere Christiani religioni jure duxerunt mori potius & quodlibet subire supplicium, quam pignora sanctissima profanis ignibus comburenda tradere. Qua de causa & Irene, & alii quamplurimi glorioſam murtem oppetierunt, uti legere est in *Act.* SS. Saturnini & socior. mox citt. ubi egimus de S. Thelica p. XI. Qui vero sub ea persequutione atrocitate poenarum perterriti sacros libros, quos apud se retinebant, tradiderunt persequutoribus vocati sunt a piis Christianis Traditores, & ab ecclesiastica communione rejecti, ex eisdem *Act.* ap. Ruin. p. 409. n. 1. Ex iis autem Traditoribus haud pauci Donatistis postmodum juncti Catholicos acriter vexaverunt. Hac de re fuse *Baron.* sub initium, ni fallor, Seculi IV.

Saepius quidem Irene in eadem confessione Dulcetium adloquens Deum *Omnipotentem* invocat, quasi piam hanc invocationem in more habuerit. Quin etiam atque etiam ex ore CHIONIAE comitis Irenes eam audivit ipse Praeses.

Iis praeterea *Omnipotentem* Deum in confessionibus suis confitentes adjici possunt complures ex *Act.* ap. Ruin. E. c. THEODOTUS professione caupo adloquens Theotecnum Praesidem Ancyrae p. 368. n. 29. VINCENTIUS Levita Decianum Valentiae Edetanorum p. 391. n. 5. CRISPINA Anulinum Proconsulem apud Coloniam Thebestinam p. 494. n. 1. MARCIANUS Deum Dominum p. 620. n. 3. PATRICIUS Episc. Julium Proconsulem, Romae, opinor, p. 622. n. 1. THEODORITUS Presb. Deum Dominum coram Juliano Augusto, Antiochiae p. 660. n. 3. BONOSUS miles Julianum Comitem coram Secundo Praefecto p. 666. n. 4.

SPECTANTIA AD CLASSEM VII.

pro Deo Aeterno ad pag. 110.

Deos gentium daemonia esse; Deum vero omnipotentem, invisibilem, Sempiternum *sui propositi esse custodem.*

S. ALEXANDER natione Graecus, M. haec Praesidi innominato respondit, eum intertoganti quum saevissime longissimo spatio caederetur, *utrum etiamnum in hac* (Dei sui) *confessione duraret.* Lugduni an. circ. 178. (ex *Act.* Bolland. SS. Epipodii & Alexandri, iterum vulgatis a Ruin. a p. 62. n. 10.) Dies 24. Apr. illi sacer ap. vetustiora Martyrol. & ap. Rom.

Non

Non sum elatus, sed Aeternum *Deum timeo.*

S. Pionius Presb. M. respondens Proconsuli Judici, eum, quum in proposito de non sacrificando diis constantissimum videret, sic increpantem, *quid tam elatus ad mortem nescio qua festinas persuasione: facito quod juberis*, apud Smyrnam (ex *Act.* S. Pionii & Socior. de quibus *supra* p. 111.) Celebrant Sancti festum Graeci d. 11. Mart. Martyrologium Rom. 1. Febr.

Ego vero & ante jam dixi, Christianus sum: & hoc quotiescumque interrrogaveris respondere curabo. Nec simulacris unquam satisfaciam, sed Aeterno *Deo quem coepi exhibeo famulatum.*

S. Philippus Episc. Heracleae M. adloquens Justinum Praesidem in examine suae fidei, Adrianopoli an. circ. 304. (ex *Act.* Sancti primum editis a Mabillon. t. 4. vet. anal. ac deinde castigatius ex cod. mss. a Ruin. cit. a p. 443. n. 10.) Festum Sancti & Sociorum Severi & Hermetis consignant vulgo Martyrologia diei 22. Oct.

Author Martyrologii Rom. passionem Philippi ad tempora Juliani Augusti revocat. Ceterum in Actis Sancti n. 4. Bassus Praeses, Justini proximus Antecessor, Philippo & Sociis tanquam ex lege Imperatoris haec inter alia praescripsit, *Scripturas etiam, per quas vel legitis, vel docetis, obtutibus nostrae potestatis ingerite*; quibus reposuit Philippus, *Scripturas vero nec adcipere tibi, nec dare mihi convenit*: hoc autem uno titulo fere ad evidentiam manifestum est, martyrium minime ad tempora Juliani, qui nunquam praecepisse fertur tradi sacros codices, sed ad imperium Diocletiani, cujus edicta de traditione illorum satis nota sunt.

Consimili Aeternitatis praeconio Martyres alii apud *Acta* eorum Ruinartio vulgata Deum confessi sunt. Ut puta Nicander adloquens Maximum Praesidem ad p. 618. n. 1. Patricius Episc. Julium Proconsulem, Romae, suspicor, aut in Graecia, ad p. 622. n. 1. Bonosus una cum Maximiliano Milites Julianum Comitem ad p. 665. n. 2. Ademus Archimandrita seu Abbas Nersanem apostatam, qui in tormentis fidem Christi negavit in Perside sub Sapore 11. ad p. 681. n. 2. alii.

Spectantia

ad Immensitatem Dei ad pag. 126. post n. 110.

Ego Imperatorum tuorum jussionem non audio quia sacrilega est & contra Dei praecepta jubet servos Christi diis vestris immolare, quibus ego non servio, quia nihil sunt. Deus autem meus cui ser-

ſervio, ipſe eſt in coelo & in terra & in mari. Ipſe eſt & in omni loco, *omnibus autem ſuperior, quia intra ſe continet omnia; quoniam per ipſum cuncta facta ſunt, & in ipſo conſtant univerſa.*

S. QUIRINUS Epiſc. adloquens Maximum, priorem in ejus confeſſione Praeſidem. De ea *ſupra* diſſeruimus p. v.

Vides profecto, nullo docente, in percelebri Sancti reſponſo ad Praeſidem ei ajentem, *lege ergo divinos apices* (hoc eſt Imperatorum Diocletiani & Maximiani edicta) *& fac quod juſſum eſt*, egregiam noſtri dogmatis & adſertionem, & elucidationem.

SPECTANTIA AD VITAM DEI ad pag. 128. poſt n. 119.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Vita Dei.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Ego uni & Vivo *ſacrifico Deo, qui eſt benedictus in ſecula.*

S. VINCENTIUS Levita M. haec ſubjunxit poſtquam Praeſidi animoſe dixerat, *quos jubes Deos confiteri, idola ſunt lignea & lapidea: tu illorum teſtis, tuque mortuorum fias mortuus Pontifex* (ex *Act.* ſupra, ubi de Vincentio primum diſſeruimus ad p. VII. indicatis.)

Porro, me judice, Vincentius, aliique Martyres hac Claſſe producendi vitam Deo vero, eo maxime diſerte adtribuerunt, ut inſaniam & ſtultitiam Ethnicorum ceu deos adorantium ligna & lapides, omni vita, ſenſuque carentes, invicte concluderent. Id ſaltem ex praeſenti adloquutione Vincentii videtur conſequi. Heinc autem confirmatur egregie opinio illa nobis probata in Tom. I. p. 321. n. 123. quod nempe Pagani ut plurimum lapides, ligna, metalla, quibus idola eorum conſtabant, pro diis re ipſa crediderint & coluerint, non autem in eis deos alios inviſibiles & viventes. Quis enim ambigat, Martyribus, ejuſmodi idololatriam ita ardenter exprobrantibus, & ſenſum & vanam credulitatem illorum ſatis exploratam non fuiſſe?

Ego Deo Viventi *credo, neque volo recte factorum conſcientiam meam perdere.* Tum, *Quum Deo* Vivo *credam, ob id nolui facere quod dicis.*

S. AGAPE M. primum, & deinde S. CHIONIA M. haec reponunt Dulcetio Praeſidi eas cogenti ut diis ſacrificent (ex *Act.* SS. de quibus ſupra p. XI. ubi de S. Eutychia)

Neque honorem principum volo, neque amicitiam

citiam tuam cupio. Non enim parva eſt ſubſtantia mearum divitiarum, quas reliqui ut Deo Vivo *ſerviam.*

S. Probus M. adloquens Numerianum Maximum Praeſidem in prima confeſſione (ex *Act.* Sancti ap. Ruin. n. 2. quae indicavimus ſupra p. VIII.)

Rurſum Probus in ſecunda confeſſione eundem adloquens Maximum pie & animoſe Deum Vivum expreſſit (ex citt. Act. p. 470. n. 5.)

Nec talis eram, nec ſum fallax. Non enim daemonia adoro ſed Deum Vivum, *qui mihi dabit patientiam, & quid dicam, & quid loquar ad te.*

S. Tarachus M. Probi & Andronici ſocius haec in tertia confeſſione reponit eidem Praeſidi Maximo, ſibi temere objicienti, *non recte vivebas, ſed fallax hucuſque vixiſti ante tribunal meum* (ex ipſis *Act.* p. 477. n. 7.)

Sub arma militavi, & ordine meo egreſſus ſum, veteranus ſemper. Tamen Deum Vivum, *qui fecit coelum & terram colui; etiam & nunc fidelem exhibeo ſervitutem.*

S. Julius Miles M. reſpondens Praeſidi Maximo eum interroganti, *quam geſſiſti militiam?* Doroſtori, quod olim civitas erat in Moeſia inferiore, an. incerto, fortaſſe ſub perſequutione aliqua Diocletianea (ex *Act.* quae poſt Bollandiana ad d. 27. Mai. Julio ſacrum, ex cod. mſ. vulgavit Ruin. p. 615. n. 1.)

Dicit ſe Julius militem veteranum, quoniam 26. annos militaverat.

Tu magis convertere ad Deum Vivum, *a quo receſſiſti, ut ſalves animam tuam, quam perdidiſti.*

S. Theodoritus Presb. Eccleſiae Antiochenae M. reſpondens apoſtolice Juliano Comiti turpi apoſtatae, ſibi ajenti, *convertere ab ſtultitia tua, & lucrare animam tuam*, videlicet diis immolando, Antiochiae ſub tempora Juliani Auguſti (ex *Act.* Sancti, quae prodidit Mabillon. t. 4. analect. vet. & deinceps Ruin. ex 3. codd. mſſ. a p. 658. n. 3.) Quinam Sancto dicis ſacer, incompertum mihi.

Nos Deum Vivum *colimus & ipſi ſoli ſervimus, deos autem qui ſint neſcimus.* S. Bo-

S. Bonosus Miles M. de numero Herculianorum ſeniorum (de quibus agunt Amm. Marcellin. hiſt. l. 20. & 22. & Baluz. miſcellaneor. t. 2. p. 462.) adloquens dum caederetur plumbatis Julianum Comitem, impellentem cum ad colendum profanos deos (ex *Act.* SS. Bonoſi & Maximiliani militum, quae ex cod. mſ. edidit, illuſtravitque Ruin. a p. 664. n. 1.) Utriuſque Sancti Martyris feſtum colitur ap. Martyrol. Rom. d. 21. Aug.

Non facimus quae jubes fieri contra Deum. Nos Deum Vivum *inviſibilem & immortalem habemus, in quo ſperamus.*

S. Bonosus idem & Maximilianus adloquentes Julianum Comitem, ſic eos blande adhortantem, *ſicut decet, facite quae juſſa ſunt, & mutate ſignum quod habetis de labaro veſtro, & adcipite ſignum deorum immortalium* (ex eiſdem *Act.* mox citt. p. 665. n. 2.)

Nimirum Conſtantinus Magnus in labaris ſui exercitus Chriſti crucem & monogramma pro ſigno adfigi curavit. Vix autem poſt Conſtantium Conſtantini filium & in Oriente ſubceſſorem Julianus Auguſtus Imperii habenas ſuſcepit, una cum religione chriſtiani labari ſignum mutandum & abolendum praecepit, & ejus loco deorum Paganiſmi, cujus profeſſionem palam adgrediebatur, intrudendum ſignum. Et vero praecepto impio neutiquam adquieverunt Martyres noſtri, nec ullis unquam ſuppliciis adduci potuerunt ut pro ſigno Chriſti daemonum ſigna in labaro ſuae cohortis efferrent: quod quidem magnanimis & conſtantiſſimis chriſtianae religionis militibus glorioſum, & miraculis clarum martyrium adcerſivit. Eos jure dixeris Conſtantiniani monogrammatis Chriſti Jeſu Proto-martyres. De hac mutatione ſigni in labaro, conſtituta a Juliano vide ſis *Nazianz.* orat. 3. in Julian. *Sozom.* hiſt. l. 5. c. 17. *Niceph.* l. 10. c. 35. *Baron.* ad an. 361.

Quod praeterea dii, quos Sancti milites colere adigebantur ab apoſtata Juliano Comite, ipſis ajente, *colite Deos, quos & nos colimus*, idola fuerint, aperte liquet ex reſponſo Martyrum illico adjecto, *ſcis enim & ipſe* (quoniam & chriſtianus fuerat) *nec ignoras, quia nobis mandatur ne idola ſurda & muta adoremus.*

SPECTANTIA AD CLASSEM VIII. ad pag. 136.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Miſericordia Dei.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Chriſtiana ego quidem dici non mereor, nec vocari, ſed Miſericordia *Dei, qui non de merito, ſed de ſua pietate judicat, ipſe me ad hoc nomen*

men admiſit... In hoc me cognoſco a facie Dei non eſſe projectam, quia ad glorioſam confeſſionem ſui ſancti nominis permittor adcedere, per quam me credo omnium ſcelerum meorum indulgentiam adcepturam.

S. Afra ex meretrice Martyr, reſpondens in examine fidei ſuae Gajo Judici eam impellenti etiam atque etiam ad ſacrificandum diis, Auguſtae apud Germanos in Provincia Raetiae, an. circ. 304. (ex *Act.* Sanctae, quae primum, opinor, Velſerus edidit, ac deinde ex compluribus codd. mſſ. & edit. vulgavit Ruin. a p. 301. n. 2.) Dies ei ſacer quintus Aug. ap. Martyrol.

Porro ejuſmodi teſtimonio ſane praeclariſſimo Afra poenitens ſanctiſſima nos condocet mirabilem & ſuaviſſimam divinae Miſericordiae indolem erga peccatores, quos utique & ſuis immerſos ſceleribus ſuſtinet, & de iis vere poenitentes amplectitur. Ex eo itidem diſcimus ſancta dogmata de virtutibus Spei theologicae & Poenitentiae, quibus peccator praeditus ad Dei amplexus illico adcedit. Illud denique ex eodem confirmari videtur, quod plurium Theologorum ſententia eſt, Martyrium nempe virtute ſua, ſive, ut ajebant, ex opere operato, peccata remittere.

Prolixae quidem ſunt & peregregiae, & ultra faeminae meretricis genium, captum, educationem reliquae ſanctae Martyris adloquutiones, utpote modo deſcriptae pares, immo interdum hac longe ſublimiores. Exinde fortaſſe quiſpiam haec Acta ſuppoſita dixerit & illegitima. Ceterum & Marcus Velſerus in monumentis Auguſtanae civitatis veteris, & Baron. ad an. 303. & Ruin. cit. in cognitione hujuſmodi monimentorum apud omnes celebratiſſimi, hanc Afrae paſſionem genuinam abſque ulla dubitatione reputant & ſinceram, tanquam ex Actis publicis concinnatam.

Anne Afra ſingulari ingenio & eloquentia dotata fuerit, & ſacris chriſtianae religionis myſteriis quaſi in ictu oculi ad amuſſim pene ad miraculum inſtituta a beato Narciſſo Gerundenſi Epiſcopo, a quo converſa ad fidem dicitur & ſacro initiata baptiſmate? Haec plane fieri potuerunt, ſed quis tamen adſerat nullo inſtructus documento? Dixerim ergo indubitanter, hoc unum ex illis eventis eſſe mirabilibus, quae ſuae reliquiſſe curae nos docuit omnipotens Deus quum ajebat, *quum ſteteritis ante Reges & Praeſides, nolite cogitare quid loquamini* &c.

Benedictus ſis Domine Deus, chriſtianorum ſpes, qui confirmas lapſos & erigis proſtratos, qui redimis a corruptione ſperantes in te, qui ſanas

contritiones noſtras benignus & Miſericors *&* Miſerator *& longanimis. Reſpice...*

S. Basilius Presb. Ancyranus Deum orans quum in confeſſione fidei ſuae immaniſſime cutis ejus diſſecaretur juſſu Saturnini Praeſidis aut Proconſulis, vel potius Juliani Comitis, Ancyrae ſub Juliano Auguſto (ex *Act.* Sancti ap. Bolland. ad d. 22. Mart. eidem ſacrum apud Graecos & Latinos.)

SPECTANTIA

ad Juſtitiam Dei ad pag. 144. ſub n. 134.

Solus Deus immortalis eſt; qui coelum fecit & terram. Ipſe pro tuis malis operibus te puniet.

S. Martialis M. adloquens Eugenium Praeſidem in confeſſione fidei ſuae, Cordubae apud Hiſpanos an. incerto (ex *Act.* SS. Fauſti, Januarii & Martialis, quae parum contracta dedit Sur., caſtigatiora vero ex 4. codd. mſſ. Ruin. p. 597. n. 1.) Dies Sancto & Sociis ſacer vulgo fertur 13. Oct.

Bonus enim eſt Deus noſter, neque quiſquam alius eſt praeter ipſum juſtus, *ſanctus & ſalvator.*

S. Basileus Epiſc. Amaſeae in Cappadocia M. adloquens Tribunum urbis, qui Licinii Imp. nomine ei vitam & magna munera promittebat, ſi diis immolaret, Nicomediae in Bithynia, an. circ. 322. (ex *Act.* Sancti n. 11. ap. Bolland. ad d. 26. eidem ſacrum, p. 419.)

Ipſum plane dogma egregie probant monimenta plurima, quae militant pro gloria proborum in empyreo, ſuppliciiſque pravorum in gehenna &c. ſed illa tamen poſtmodum ſuis locis exhibenda ſunt. Interea recole dicta ad Tom. II. p. 144. in Obſervat.

SPECTANTIA AD DEUM INVISIBILEM ad p. 146. poſt n. 141.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Chriſtianorum Deus loco non circumſcribitur, ſed, quum Inviſibilis *ſit, coelum & terram implet, atque ubique a fidelibus adoratur & ejus gloria collaudatur.*

S. Justinus M. adloquens Ruſticum Praeſidem in examine fidei ſuae, Romae an. circ. 167. (ex *Act.* S. Juſtini & Socior. ap. Sur. & alios ad d. 13. Apr. Sanctis ſacrum.)

Anne

Anne vero Juſtinus hic ſit ille clariſſimus Philoſophus chriſtianus tot polemicorum operum author? Diverſus eſt, ait Papebroch. ad d. 13. Apr. in comment. praevio ad vitam S. Juſtini n. 6. quoniam acta „ nulla Juſtini Philoſophi habemus, niſi quae ex ipſiuſmet ſcriptis „ atque Euſebio, aliiſque antiquis colligere licet; quae aliud non ſua„ dent, quam poſt conſtantiam illius etiam tormentis tentatam, clam „ ſublatum fuiſſe de medio; quod ſane conveniens erat ad levandam „ invidiam.„ Haec ille, quae conjecturis haud contemnendis urgere pergit. Recole dicta ad p. 11. ſq.

Ego imperium hujus ſeculi non cognoſco, ſed magis illi fide, ſpe & caritate deſervio Deo, quem nemo *hominum vidit*, nec videre poteſt.

S. Speratus M. unus e Martyribus Scillitanis, praememoratus *ſupra* p. 111. quam recole.

Quomodo ergo oculi mortales adſpicient quod immortalis virtus Dei & Inviſibilis *adnotavit?*

S. Achatius Epiſc. M. uti *ſupra* p. iv.

Videlicet Martianus Praeſes Achatio dixerat, *Omnium* (chriſtianorum, qui ex tuo pendent arbitrio) *trade mihi nomina*. Cui Achatius, *nomina eorum coeleſti libro & diviuis paginis ſunt adnotata*. Unde colligit contineuter, *quomodo ergo* &c.

Reſpondit, deos gentium daemonia eſſe, Deum vero omnipotentem, Inviſibilem, *ſempiternum ſui propoſiti eſſe cuſtodem.*

S. Alexander M. uti *ſupra* p. xii.

Nos Deum vivum, Inviſibilem *& immortalem habemus, in quo ſperamus.*

SS. Bonosus & Maximilianus MM. uti ſupra p. xvi.

SPECTANTIA

ad Deum Incomprehenſibilem ad p. 148. poſt n. 147.

Cariſſimi adtendite praeceptis Domini noſtri Jeſu-Chriſti. Invocemus immaculatum, Incomprehenſibilem, *qui ſedet ſuper Cherubim, factorem omnium, qui eſt initium & finis.*

S. Phileas M. Alexandriae Antiſtes, ſub Culciano Praeſide adloquens turbam chriſtianorum paſſionis eventum exſpectantes, quum ad Martyrium properaret, Alexandriae poſt an. 306. ex *Act.* SS. Phileae

leae & Philoromi ap. Bolland. ad d. 4. Febr. SS. Martyribus sacram, & ap. Ruin qui eadem cum aliis codd. mss. contulit, a p.548. n. 3.)

SPECTANTIA AD SCIENTIAM DEI ad pag.158. post n. 165.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Scientia Dei.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Haec vidit Deus omnipotens, qui Omnia scit.

S. IRENE V. & M. uti *supra* p. XI.

Deus scit *voluntatem meam* ... Scit *enim Deus* & Videt *vim quam patior.*

S. PROBUS M. in tertia confessione adloquens Praesidem, uti *supra* p. VIII.

Haec autem respondit Probus quum jussu Praesidis ejus ori per vim infuderunt satellites vinum & carnes de ara profani sacrificii diis suis oblati.

Deus qui cognitor *est absconsorum, qui* scit omnia *antequam fiant, qui usque hodie sine macula me custodivit propter promissionem suam, ipse & custodiet me de immundis & iniquis hominibus, qui parati sunt ancillam Dei contumeliare.*

S. TEODORA V. & M. adloquens Proculum Judicem, qui ei, si diis non immolaret, dixerat, *non eris pudica*, quasi eam lupanari traditurus; tum, *quoniam autem ipsa in meritorium te tradidisti, jam nunc didiceris eo quod idolis immolare noluisti: sine, videamus si custodiet te Christus, propter quem ita perstitisti contradicens*, Alexandriae an. 304. (ex *Act.* proconsular. SS. Didymi & Theodorae ap. Bolland. ad d. 28. Apr. n. 3. quos consulas) Dies utrique sacer ap. Graecos 5. Apr. ap. Latinos 28. ejusdem mensis.

Porro intemeratam Virginem spes non fefellit; eam quippe Christus tutatus est, & e carcete intactam modo plane mirabili eripuit ap. *Acta* citt.

Ipsa itidem Theodora haec Proculo violationem minitanti primum dixerat, *puto non ignorare te, quoniam Dominus voluntatis* INSPECTOR *est, nam voluntatem castitatis Deus* ADSPICIT: & insuper, *jam ante dixi tibi, quoniam Deus voluntatis est* INSPECTOR, PRAESCIUS *enim est* INSPECTOR *cogitationum. Unde si cogor hoc facere, non arbitror fornicationem* &c.

Μωρὲ καὶ τυφλὲ ἀνόητε τύραννε, βιαζόμενος μετὰ ἀνάγκης ἐνεχεάς μοι. οἶδεν ὁ θεός, ὃς ἐβατέυει τοῖς λόγοις.

Nimi-

Nimirum

Inſenſate & tyranne, vim patientem cum periculo perfudiſti me eo, quod non me coinquinat, quia non voluntarie hoc feci, ſicut Scit *Deus, qui ſcrutatur cogitationes.*

S. ANDRONICUS M. SS. Tarachi & Probi in paſſione ſocius, adloquens Maximum Praeſidem in ſecunda confeſſione ſuae fidei (ex *Act.* greco lat. *ſupra* citt. ubi de S. Probo p. VIII.)

Haec pariter Andronicus repoſuit Maximo, cujus itidem juſſu ori illius violentiſſime immiſſae fuerant carnes, & infuſum vinum de ara, in haec verba inſultante Praeſide, *quid jam habes facere, maledicte daemon? In quos* (deos) *pius eſſe noluiſti ut ſacrificares, jam guſtati de ara illorum.* Inde vero docemur, & interdum permittere Deum actiones materialiter, ut ajunt, criminoſas in ſanctos ſuos, ut excelſior ex eorum renitentia triumphus emineat, & minime actiones illas polluere animum, cui involuntariae omnino ſint. Deeſt itaque peccatum ubi voluntarium non eſt.

Scito quidquid me ſpectat & manet, Perſpectum *ei* (*) *atque exploratum* eſſe.

(*) Chriſto Deo.

S. PATRICIUS Epiſc. M. adloquens Julium Proconſulem, Pruſae in Bithynia, ut ajunt, anno incerto (ex *Act.* S. Patricii ap. Ruin. p. 623. n. 2. ex Aprili Bollandiano) Sancti & Sociorum memoriam Menaea Graecorum recolunt ad d. 19. Maii, Martyrol. Rom. 28. Apr.

Illum (*) *qui in coelis reſidet &* intuetur omnia.

(*) Deum.

S. BASILIUS Presb. M. reſpondens in ſuae confeſſione fidei Saturnino Proconſuli; hic enim poſtquam audivit Baſilium, refutato praecepto Juliani Imp. de ſacrificando idolis, ajentem, *Ego coeleſti hactenus Imperatori obedivi, & ab ipſius fide nunquam abducar*, ei repoſuit illico, *quem tu mihi coeleſtem, cui obediveris, Imperatorem memoras?* (ex *Act.* Sancti ſupra indicatis p. XVIII.)

SPECTANTIA AD VOLUNTATEM DEI ad pag. 203. ſub n. 336.

Sabinam adſpexere (*) *ridentem, ad quam quaſi minantes terribili voce dixerunt, rides? illa reſpondit, rideo, ſi Deus* vult, *quia chriſtiani ſumus. Tum illi, paſſura es, inquiunt, illa quae novis* (**) *quae non ſarificant enim lupanaribus deputatae praeſtant meretricibus collegium & leno-*

nibus

nibus ſupplementum . Illa reſpondit , quidquid Deo placet .

(*) turba ethnicorum
(**) alias *quae non vis* .

S. Sabina M. S. Pionii ſoror , ſuae paſſionis tempore haec animoſe reſpondet turbae gentilium inſultanti (ex *Act.* S. Pionii & Socior. quae *ſupra* indicavimus p.111. Recole ibi dicta .)

Haec plane confirmant priſcum ex lege Paganorum morem de violatione ſanctarum Virginum priuſquam morte plecterentur , de quo plura alias.

Scito ... ita illum (*) *rebus intereſſe univerſis , ut abſque* Voluntate *ejus ac* Decreto *ne pilus quidem unus ex capite cujuſquam hominis defluat , aut avis ſe in laqueum inducat .*

(*) Deum .

S. Patricius Ep. M. uti *nuper* p.xxi.

SPECTANTIA AD CLASSEM IX. ad p.255.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Sanctitate Dei .
EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Domine Jeſu Chriſte , chriſtiani ſumus , tibi ſervimus , tu es ſpes noſtra , tu es ſpes chriſtianorum , Deus Sanctiſſime ...

S. Saturninus M. Deum deprecans quum ſaeviſſime dilaniaretur (ex *Act.* ſupra ad p. vi. laudatis .)

Cariſſimi , adtendite praeceptis Domini noſtri Jeſu Chriſti . Invocemus Immaculatum , *incomprehenſibilem ...*

S. Phileas Epiſc. M. uti *ſupra* p. xix.

SPECTANTIA AD CLASSEM X. p. 280.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Deo Providente .
EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Dixit , Deus Angelorum ... Rector *elementorum omnium & totius habitaculi , omne juſtorum genus , qui in conſpectu tuo vivunt ,* protegens , *te benedico , tibi ſerviens ...*

S. Po-

S. Polycarpus Epiſc. M. Deum orans, Martyrio proximus (ex *Act.* ſupra p. ix. Recole ibi dicta.)

Nomina eorum (*) coeleſti libro *& divinis paginis ſunt* adnotata.

(*) Chriſtifidelium ſuae dioeceſis.

S. Achatius Epiſc. M. reſpondens Martiano Praeſidi, roganti, *omnium trade mihi nomina* (ex *Act.* citt. ſupra p. iv.) Iis autem Sanctus Providentiam Dei Praedeſtinantem ſine dubio intelligit atque depraedicat.

Ex iiſdem (*) *quoque & thermae exſiſtunt, quarum quae ab igne abſunt longius,* Provida *boni Dei erga nos mente frigidiores, quae vero propius admodum, ferventes fluunt.*

(*) Aqua & igne in principio mundi productis a Deo.

S. Patricius Epiſc. M. perorans ad Proconſulem Julium de providentia veri Dei in creatione ac ſubceſſivo rerum molinime, praeſertim relate ad thermas ferventes ac frigidas (ex *Act.* ſupra p. xxi. Recole ibid. dicta.)

SPECTANTIA AD CLASSEM XI. ad p. 372.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Trinitate Dei.

ADLOQUUTIONES MARTYRUM.

Deus... *te benedico in omnibus & glorior per aeternum Pontificem omnipotentem* Jeſum Chriſtum, *per quem tibi, & cum ipſo, & cum* Spiritu Sancto *gloria nunc & in futurum in ſecula ſeculorum. Amen.*

S. Polycarpus Ep. M. uti *ſupra* p. ix.

Chriſtum *cum* Patre *ac* Spiritu ſancto Deum *eſſe confiteor.*

S. Epipodius Lugdunenſis civitatis apud Gallos indigena, M. coram Praeſide, quum ſaeviſſime cruciaretur, *mixtis cruore dentibus,* Lugduni an. circ. 178. (ex *Act.* SS. Epipodii & Alexandri citt. ſupra p. xii. ubi de S. Alexandro ejus ſocio) Sanctum commemorant vulgo Martyrologia ad d. 22. Apr.

Patrem & Filium & Spiritum ſanctum *adoro. Sanctam Trinitatem adoro, praeter quam non eſt Deus.*

Deus . Pereant dii , qui non fecerunt coelum & terram & quae in eis ſunt . Chriſtianus ſum.

S. Euplius Diacon. M. reſpondens Calviſiano Conſulari Praeſidi, quum ei praeciperet , *miſer adora deos , Martem cole , Apollinem & Aeſculapium*, Cataniae Siciliae, reor , an. 304. (ex *Act.* Sancti, quae poſt Metaph. Lipoman. Sur. vulgavit Baron. ad an. 303. n. 146. & poſtremo ex codd. edit. & mſſ. Ruin. a p. 438. n 2.) Recolitur vulgo memoria Euplii ad d. 12. Aug.

Gratias tibi ago Domine Jeſu Chriſte. . . *tibi offero ſacrificium meum , qui cum* Patre & Spiritu ſancto *vivis & regnas Deus* . . .

S. Afra Chriſtum deprecans (ex *Act.* uti ſupra p. xvii .)

Gratias tibi ago Domine . . . *ac benedicat ſpiritus meus* Patrem *tuum Deum omnium conſervatorem , ac univerſorum opificem , ſanctumque* Spiritum *in ſecula . Amen.*

S. Julitta M. & mater S. Ciryci , vulgo Quiryci etiam Martyris ſub Alexandro Praeſide, orans ad Chriſtum Dominum jamjam gladio ferienda, Tharſi in Cilicia an. 305. (ex *Act* quae ex editione Combefiſii , & cod. vet. mſ. contulit Ruin. a p. 527. n. 4.) Dies 16. Jun. utrique vulgo ſacer.

Porro ad conſpectum matris Julittae dum diriſſimis cruciabatur verberibus, aetate trimus *aemulam S. Ciricus vocem pronuntiavit, eamdem ipſam matris praedicationem edens ac clamans , Chriſtianus ſum*, quo quidem rabide excandeſcens Alexander, *pede adreptum e ſublimi ſolio puerum terrae adlidit*, occumbitque cito tenellus infans, uti habent eadem Acta n. 3. Propterea itaque Cirycum etſi infantulum ac libertate tum carentem ad confitendum Chriſtum, ut martyrem una cum matre percolit Eccleſia . De ejuſmodi Martyribus plura alias ad Tom. VI. ubi de Martyrio.

Confitendus & laudandus eſt Deus Pater & Filius & Spiritus ſanctus.

S. Martialis M. uti *ſupra* p. xviii.

Nos autem nec beſtias timemus, nec ea quae nobis promittis veremur: ſed habemus Deum Patrem *& Jeſum Chriſtum* Filium *ejus &* Spiritum ſanctum , *per quem haec omnia ſuperamus.*

S. Bo-

S. Bonosus miles M. reponit haec Juliano Comiti Sanctis minitanti *ad beſtias pugnaturi eſtis* (ex *Act.* uti ſupra p.xvi. quae recolas.)

SPECTANTIA AD CLASSEM XII. ad p. 425.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Patre Deo.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Habes heic nos confitentes Deum Patrem *auctorem omnium & Filium ejus Jeſum Chriſtum Deum credimus.*

SS. Milites Thebaei MM. haec inter alia confeſſionis ſuae tempore adloquuntur per literas Maximiano Imp. (ex *Act.* citt. ſupra p.vii.)

Jam ... publice clara voce reſpondi me chriſtianum eſſe, & ſacramento huic militare non poſſe, niſi Jeſu Chriſto filio Dei Patris *omnipotentis.*

S. Marcellus Centurio M. reſpondens Anaſtaſio Fortunato Praefidi, ei objicienti, *quid tibi viſum eſt ut contra diſciplinam militarem te diſcingeres, & baltheum ac vitem projiceres?* Videlicet apud ſigna ſuae legionis VII. Kal. Auguſti, quum Pagani diem feſtum Imperatoris celebrarent. (Recole *ſuperius* dicta p. x.)

Dominum enim Chriſtum confiteor, filium altiſſimi Patris, *unici unicum, ipſum cum* Patre *& Spiritu ſancto unum ſolum Deum eſſe profiteor.*

S. Vincentius Diac. M. quum animoſe inſultaret Daciano Praefidi dum ſatellites ardentius urgebat ut Sanctum atrocioribus vexarent tormentis (ex *Act.* ut ſupra p. vii.)

Vides heic a fortiſſimo pugile praeclare expreſſa dogmata de Deo uno, de Patre Deo, de unico Patris Filio, de Chriſto Dei filio, de Spiritu ſancto Deo, de tribus Perſonis uno Deo. Peregregia ſane invicti Martyris confeſſio!

Pater *Domini noſtri Jeſu Chriſti, adjuva me & libera me de meritorio hoc, qui adjuviſti Petrum quum eſſet in carcere, qui eduxiſti cum ſine contumelia, educ me ſine macula heinc, ut omnes videant quoniam tua ſum ancilla.*

S. Theodora V. M. antiochena orans Deum Patrem vix in meritorium ex ſententia Proculi Judicis ingreſſa eſt (ex *Act.* SS. Didymi & Theodorae, uti ſupra p. xx.)

Benedictus Deus Pater *Domini noſtri Jeſu-Chriſti, qui cogitatum meum non deſpexiſti, qut & ancillam tuam Theodoram ſalvaſti & me per duas ſententias coronaſti.*

S. Didymus Miles, Virgo, M. orans quoque Patrem Deum morti proximus, ad quam duobus ex titulis damnatus eſt a Proculo Judice; quia enim & diis, Chriſtum confeſſus, immolare abnuit, & lupanar ingreſſus cum animo ſubeundi martyrium & liberandi Virginem, huic ſuas commodavit militares veſtes, quibus induta & hominem ſancte ſimulans, meritorium reliquit, & coram ſpectatoribus multis, quin ullus rem animadverteret, ad portum ſalutis illibata fugit (ex eiſdem *Act.* mox laudd.) Exempla alia, huic conſimilia indicavit *Papebroch.* ad d. 23. Apr. ubi de S Didymo, p. 572. n. 6.

Anne ſanctiſſima Virgo martyrium aliquod cruentum deinde ſuſtulerit? Ajunt Martyrologia nonnulla, e. c. genuinum Bedae, Uſuardi, Maurolyci, & Romanum; dubitant alii, quoniam de certo, aut veriſimili rei documento non conſtat. Et vero ut Martyr illa ſit ac reputetur, ſufficit plane confeſſio Virginis, & adductio ad meritorium, ſibi morte qualibet ſine dubio terribilior. Qui olim poſt confeſſionem Chriſti inter ſupplicia morte violenta non obierunt, Cypriano dicti ſunt *Confeſſores*. De iis plura nos alias.

Ego daemonibus, ſurdis ſcilicet ac mutis ſtatuis, non ſacrifico, ſed Chriſtum Dei filium unigenitum colo, per quem Pater *condidit omnia.*

S. Julitta M. Alexandrum Praeſidem adloquens, uti *ſupra* p. xxiv.

SPECTANTIA AD CLASSEM XIII. p. 494.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Spiritu ſancto Deo.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Nec blandimentis tuis reſolvi potero, nec terroribus tuis frangi. Habeo enim Spiritum ſanctum, *qui me non permittet vinci a diabolo...*

S. Felicitas nobilis Vidua M. adloquens Publium Praefectum, illam ad ſacrificium deorum blando colloquio provocantem, & poenarum

narum interitum minantem. Romae an. circ. 150. (ex *Act.* S. Felicitatis ſupra p. vi. indicatis, n. 1.) Sanctae feſtus dies vulgo 23. Nov.

Ego neque ab Athenis, neque ab oratore, ſed divina Scriptura irrigatus a Spiritu ſancto *tuis reſpondebo interrogationibus, optans te iterum ad meliora reverti.*

S. Theodoritus Presb. M. haec reponit Juliano Comiti, eum, quod ſuam increparet apoſtaſiam, iis verbis irridenti, *diſſertaris, ſacrilege, tanquam ab Athenis nuper adveneris* (ex *Act.* Sancti, uti ſupra p. xv.)

TOMO III. INSERENDA.

Nimirum

SPECTANTIA AD CLASSEM I. ad pag. 16.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Deo Creatore.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Rectum dogma, quod chriſtiani homines cum pietate ſervamus, hoc eſt, ut Deum unum exiſtimemus, factorem *atque* Creatorem *omnium quae videntur, quaeque corporeis oculis non cernuntur ...*

S. Justinus M. adloquens Ruſticum Praeſidem, uti *ſupra* p. xviii.

Chriſtum cum Patre & Spiritu ſancto Deum eſſe confiteor, dignumque eſt ut illi animam meam refundam, qui mihi & Creator *eſt & Redemtor.*

S. Epipodius M. uti *ſupra* p. xxiii.

Deum (*) *omnipotentem qui* fecit *coelum & terram, mare & omnia quae in eis ſunt, & nos omnes.*

(*) colo

S. Pionius M. reſpondens Polemoni Judici eum interroganti, *quem colis Deum?* uti ſupra p. xii.

Item rurſus Polemoni ſciſcitanti a Sabina, hoc idem reſponſum praebuit (ex eiſdem *Act.* uti ſupra p. iii.)

Chriſtianus ſum & Epiſcopus. Nullos alios Deos novi niſi unum & verum Deum, qui Fecit *coe-*

lum & terram, & mare & quae ſunt in eis omnia.

S. CYPRIANUS Ep. M. uti *ſupra* p. VI.

Vobis non obaudio, habens Deum verum, qui Fecit *coelum & terram.* Item, *Deum colo & Chriſtum ejus qui* Fecit *coelum & univerſa quae in eis ſunt.*

SS. NEO & DOMNINA MM. adloquentes ſubceſſive Lyſiam Praeſidem provinciae Lyciae, in civitate Aegaea an. 285. (ex *Act.* proconſul. SS. Claudii, Aſterii & Socior. uti ſupra ubi de S. Aſterio, p. VII.)

Domine Jeſu Chriſte coeli terraeque Conditor, *qui non derelinquis ſperantes in te, gratias tibi ago quia feciſti me dignum coeleſtis tuae urbis civem, tuique regni conſortem.*

S. THEODOTUS cauponarius Ancyranus M. Deum orans, poſt auditam Theotecni Praeſidis de morte ſua ſententiam, Ancyrae an. 303. (ex *Act.* Sancti & ſeptem Virginum ap. Bolland. ad d. 18. Mai. eis ſacrum ap. Graecos & Latinos recentiores.)

At ille magna voce non eſſe Deos multos ſed unum Factorem omnium *opificemque teſtatus eſt.*

S. PROCOPIUS Lector & Exorciſta M. adloquens Flavianum Judicem, illum impellentem ut diis ſacrificet, Caeſareae in Palaeſtina an. 303. (ex *Act.* Sancti, quae ex 3. codd. mſſ. & Valeſio in notis ad c. 2. libri Euſeb. de Martyribus Palaeſtinae vulgavit Ruin. p. 573. n. 2.) Primus Martyrum qui in Palaeſtina paſſi ſunt ſub perſecutione Maximiani Procopius eſt. Dies ei ſacer 8. Jul.

Minime, minime per Deum illum omnipotentem, qui Creavit *coelum & terram & omnia quae in eis ſunt.*

S. IRENE V. M. reſpondens Dulcetio Praeſidi eam interroganti, *num parata es ſacrificiis veſci & diis immolare?* (ex *Act.* ſupra p. XI. citt. n. 5.)

Ego non vitio temeritatis inflammor, ſed Dei qui Fecit omnia...

S. PHILIPPUS Ep. M. reſpondens Juſtino Praeſidi, ſic ejus conſtantiam increpanti, *cur tanta temeritate aptaris ut ſalute contemta Imperatoris detrectes obedire mandatis?* ſcilicet de immolando diis (ex *Act.* ſupra p. XIII. citt. n. 11.)

Ego

Ego Creatorem, *non creaturam adoro. Deum non in manufactis quaerendum ipse loquitur qui cuncta formavit, cujus testes sunt coelum, terra & quaecumque vel deorsum jacent, vel desuper fulgent.*

S. Ferreolus M. Viennensium Gallorum Patronus, respondens Crispino Praesidi, illum compellenti ad immolandum diis, Viennae Allobrogum an. circ. 304. (ex *Act.* Sancti e codd. mss. vulgatis a Ruin. a p. 509. n. 2.) Memoria Sancti vulgo celebratur ad d. 18. Oct.

Deum qui Fecit *coelum & terram, mare & omnia quae in eis sunt*, Creatorem & Factorem *omnium visibilium & invisibilium, & inenarrabilem.*

S. Phileas Ep. M. respondens Culciano Praesidi, qui postquam audivit a Sancto locum illum ex Deuter. 6. 5. *diliges Dominum Deum tuum qui te fecit*, rogavit illico, *quem Deum?* (ex *Act.* uti supra p. xix. ubi & Deum Creatorem percelebrat.)

Ipsa potius valeat vita, ipsae pessum eant fortuitae facultates, at ne ipsum corpus mihi prius superstit, quam in Deum Creatorem *meum ulla impia vox mihi ex ore egeratur.*

S. Julitta Matrona M. adloquens Judices in quadam lite sibi proponentes, ut si eam vincere in votis esset, primum Christi fidem abjuraret, secundum leges Imperatorum, Caesareae apud Cappadoces, an. circ. 300. (ex *S. Basil.* t. 1. orat. 5.) Sanctae festum recolitur ap. Graecos & Latinos ad d. 30. Jul.

Nos Christiani sumus Christum fatentes, qui Dominus unus est, per quem omnia, *& nos per ipsum* facti sumus.

S. Faustus M. adloquens Eugenium Praesidem, ipsi & Sociis praecipientem ut deos faterentur & colerent, Cordubae an. incerto (ex *Act.* citt. supra p. xviii. ubi de S. Martiali socio.)

Quomodo potest homo Christianus lapides & ligna colere, Deo relicto immortali, qui omnia fecit *ex nihilo, quem colimus?*

S. Nicander M. adloquens Maximum Praesidem, eum hortantem ut thure tantum Deos honoraret, Venafri, ut dicunt, in Cam-

Campania Italiae, ſub Domitiano vel Diocletiano, vel potius aera incerta (ex *Act.* SS. Marciani & Nicandri, quae ex codd. mſſ. & edit. inter ſe collatis vulgavit Ruin. a p. 617. n. 1.) Sancti feſtum colitur ap. Menaea Graecorum d. 8. Jun. ap. Martyrol. Rom. d. 17. ejuſdem menſis.

Ignem & aquam idem qui humani generis eſt Author *ex nihilo per ſuum unigenitum Filium omnipotens & aeternus Deus condidit: & ex igne quidem verbo lucem, ſolemque & reliqua luminaria molitus, nocti partim, partim diei praelucere ea juſſit. Eo enim ejus ſe extendit efficiendi potentia, quo volendi facultas. Ex aquis vero et coeli firmamentum compegit, et ſupra eaſdem tellurem ſolidavit, effecitque in ipſis provida et praeſcia virtute omnia ea, quibus formandum mox a ſe hominem carere non poſſe ſciebat.*

S. Patricius Ep. M. haec egregie de ſancto dogmate ad Proconſulem Judicem & numeroſam hominum coronam in peroratione, de qua *ſupra* p. xxi. ſq.

Nos in unam fidem & unam potentiam & veritatem pariter unam credimus, & in idem teſtimonium conſpiramus, & unum Deum coeli terraeque Conditorem *adoramus, ipſique ex tota anima, totaque noſtra virtute ſervimus: ſolem vero, quum ipſius opus ſit, non adoramus, ſed neque ignem veneramur: qui enim haec condidit, ipſe hominibus ea nobis ad obſequium conceſſit.*

S. Sadoth Epiſc. M. velut omnium ejus Sociorum numero 128. ore illos adloquens ſatellites, qui dum crudelius in Sanctos ſaevirent, illis inculcabant, *adorate ſolem & Regis voluntatem implete, & vivetis*, in Perſide ſub Sapore II, reor., ann. circ. 346. (ex *Act.* ap. Bollan. ad d. 20. Febr. Sancto, Sociiſque ſacrum in Martyrol. Rom., at in Menaeis tamen Graecorum d. 19. Oct. memorantur.)

Opera manuum hominum ne dixeris deos, ſed recognoſce Deum qui fecit *coelum & terram....*

Ego

Ego non cognoſco deos manu factos, niſi unum Deum qui fecit *coelum & terram.*

S. Theodoritus Presb. M. adloquens Julianum Comitem, compellentem illum ut idolis ſacrificaret (ex *Act.* Sancti, uti ſupra p. xv.)

Praeter hucuſque adductos complurimi Deum *Creatorem* confeſſi ſunt in tormentis, e quibus inſtar plurium nonnullos cum laude memorare ſufficiat ex cit. *Ruin.* Nimirum Fructuosus Epiſc. & Eulogius Diac. adloquentes Aemilianum Praeſidem pag. 221. n. 2. Thebaei Milites Maximianum Imp. per literas p. 292. n. 4: Rogatianus & Donatianus Praeſidem p. 298. n. 6: Ignatius Epiſc. Trajanum Imp. p. 697. n. 2: Julitta Ciryci Mater Maximum Judicem p. 529. n. 4. Quirinus Ep. Maximum Praeſidem p. 553. n. 2: Faustus, Januarius, Martialis uno ſpiritu Chriſtifideles adſtantes p. 598. n. 1: Leo denique Patarem civitatis Lyciae Procuratorem p. 611. ſq. n. 3.

SPECTANTIA AD CLASSEM II. ad pag. 71.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro exiſtentia Angeli cum ſancti, tum pravi.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Comperi enim Judaeos (*) *... Dominum Jeſum Chriſtum ſicut hominem ad mortem vi eſſe compulſum. Dicite quaeſo, cujus hominis diſcipuli, qui ſit per vim mortuus* daemonas *tot per annos ejecerunt?* Item, *ſicut omnibus qui Deum pura mente ſuſpiciunt,* Angeli *adeſſe feſtinant, ita veneficis, vel incantatoribus, vel ſortilegis, vel furorem ſub vaticinationis ſpecie per devia rura vendentibus* daemones *obſequuntur.*

(*) jactantes

S. Pionius M. in Sermone pathetico, quem carceri mancipatus cum ſociis habuit ad fideles & paganos (ex *Act.* Sancti & Socior. ſupra commemoratis p. 111. & alias.)

Habes heic traditionem egregiam de Angelis bonis, praviſque confirmatam auctoritate Pionii, quem *Chronicon Alexandrin.* ubi de perſequutione Deciana Virum eruditum vocat, & chriſtianarum diſciplinarum ſanctiore cognitione probe imbutum. Et ejus quidem Adloquutiones, quae recitant Acta, eruditione ſacra plenae ſunt, nervo, pietate, animi fortitudine.

Sane priori, quod perſcripſimus, teſtimonio intendit Sanctus, me

me judice, Divinitatem Christi probare, quoniam non vi compulsus, ut ceteri homines puri: sed sponte sua & liberrime, ut homo Deus occubuit, quippe *oblatus est quia ipse voluit* ex *Isaia*: quod rursum invicto confirmat argumento contra Judaeos; quia nempe discipuli Christi per multos annos illud frequenter patraruut miraculum de ejectione daemonum e corporibus energumenorum, in Synagoga de discipulis praecipuorum Prophetarum a seculis inauditum.

Qui loquutus est istis (*) *ille est Deus verus... Altissimus Adonai, sedens super* Cherubim & Seraphim. *Martianus ait, quid est Seraphim? cui Achatius, Altissimi Dei minister & excelsae sedis antistes.*

(*) Abraham, Isaac, Jacob,

S. Achatius Ep. M. interloquens cum Martiano Consulari Praeside, scisciante ab illo qualis esset Christianorum Deus (ex *Act.* supra citt. p. IV.)

Carissimi, virtutis vestrae memores in auctorem omnium Jesum Dominum, & qua ille transierit, quo pervenerit adspicientes, ne timeatis minas volaticas mortalium hominum, quibus promissa jam prae manibus est immortalium *societas* Angelorum.

S. Victor Massilienfis M. adhortans Socios Alexandrum, Felicianum, Longinum ut martyrium constanter subirent, Massiliae ancirc. 297. aut 303. (ex *Act.* Sancti & Socc. quae ex editis a Bolqueto, aliisque codd. mss. vulgavit Ruin. a p. 300. n. 12.) Memoriam Sancti & Socc. vulgo celebrant Martyrol. d. 21. Jul.

Ille enim venenatissimus serpens *& insatiabilis homicida christianam innocentiam tormentis & mortibus vos cogit adpetere, qui paradisi felicitatem primis invidens hominibus, immortalitatis spoliatos dignitate morti miserabiliter subdidit ac substravit. Ipse malignitatis astu idola pro Deo coli instituit, dolens illuc hominem posse obediendo redire, unde ipse superbiendo noscitur corruisse. Iste est quem cum satellitibus suis a corporibus humanis*

nis divina invocatione ejicimus, cui vos ſub vaniſſimis figmentis ritum profani cultus exſolvitis, & nova dementia Creatori creaturam praefertis.

S. VINCENTIUS DIAC. M. Dacianum Praeſidem adloquens & magna edocens tum de indole ſummopere maligna pravi Angeli, tum de aliis chriſtianae religionis arcanis (ex *Act.* Sancti, de quibus ſupra p. VII.)

Domine Jeſu Chriſte, qui pro mundi ſalute pati dignatus es, pateant coeli tui, ut ſuſcipiant Angeli *ſpiritum ſervi tui.*

S. IRENAEUS Epiſc. civitatis Sirmienſium M. orans Dominum morti proximus ſub Probo Pannoniae Praeſide, Sirmii an. 304. (ex *Act.* ap. Bolland. ad d. 25. Mart. Sancto ſacrum ap. Latinos, & ap. Ruin. qui ea ex pluribus codd. mſſ. vulgavit a p. 432. n. 5.)

Cariſſimi ... invocemus immaculatum, incomprehenſibilem, qui ſedet ſuper Cherubim.

S. PHILEAS M. uti *ſupra* p. XIX.

Quod condemnamur cum maleficis, beata cum Angelis *ſorte victuri ſumus.*

S. GORDIUS Caeſareenſis, Centurio M. adloquens Praeſidem, quum ſibi peſſima intentaret ſupplicia (ex *Act.* Sancti, quae Ruin. ad orat. S. Baſilii de Sancto Gordio, ex codd. mſſ. graecis e recenſionibus Combefiſii digeſta vulgavit a p. 567. n. 5. ſub fin.) Caeſareae ſub Diocletiano vel ſub Licinio. Dies 3. Januar. Sancto ſacer ap. Menologia Graecorum & Martyrol. Rom.

Vos potius recte ordinata perturbatis, praeponendo temporalia aeternis ... & propterea in ſuperbiam lapſi, atque in perpetuum damnati eſtis cum ſpiritibus malignis.

S. FERREOLUS Tribunus militum M. Criſpinum Judicem objurgans, Viennae Allobrogum an. circ. 304. (ex *Act.* Sancti, e compluribus codd. mſſ. a Ruin. pervulgatis p. 509. n. 2.) Sancto dies ſacer 18. Sept. ap. Martyr. Rom. apud alia 18. Oct.

Laetor ergo iis, quae facta ſunt; quod promeis prioribus peccatis viaticum idoneum adcipio

martyriuu, & quod in manus Angelorum *tuorum meum trado ſpiritum.*

S. Leo M. Deum Patrem orans martyrium jamjam ſubiturus, Patarae in Licia ſub Procuratore Reip. Patarenſis, an. incerto (ex *Act.* SS. Leonis & Paregorii ap. Bolland. ad d. 18. Febr. utrique ſacrum in Menaeis Graecorum.)

Inimicus eſt diabolus *qui per vos operatur; victoriae vero palmam dat Dominus Jeſus Chriſtus Salvator mundi.*

S. Theodoritus Presb. M. reſpondens Juliano Comiti, ſciſcitanti ab eo veram ſententiam loquuto, *quis eſt inimicus? vel quis tibi dabit victoriam?* (ex *Act.* uti ſupra p. xv.)

SPECTANTIA AD CLASSEM III. ad pag. 376.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro exſiſtentia peccati Originis.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Ille etenim venenatiſſimus ſerpens & inſatiabilis homicida chriſtianam innocentiam tormentis & mortibus vos cogit adpetere, qui paradiſi *felicitatem* primis *invidens* hominibus, immortalitatis *ſpoliatos* dignitate, morti *miſerabiliter* ſubdidit *& ſubſtravit.*

S. Vincentius Diac. M. uti *ſupra* p. xxxiii.

Plura ſane compendio adſeruit dogmata in rem noſtram invictus Levita perbrevi hujus periodi adloquutione. En tibi exſiſtentiam Paradiſi terreſtris, & feliciſſimi quidem pro ejus incolis in ſtatu innocentiae: tum Protoparentes noſtros primos omnium homines in prima mundi molitione, ac immortalitate donatos dum innocentes permanſerunt: inſuper pravum angelum ob invidentiam tantae protoparentum innocentium felicitatis, eos validiſſimis ſuggeſtionibus excitaſſe ad peccatum: peccaſſe demum protoparentes a daemone victos, & illico una cum poſteris eorum univerſis morti ſubditos, ſubſtratoſque jacuiſſe.

Haec porro Vincentius, in ſacris dogmatis eruditiſſimus juxta ac robuſtiſſimus in fide propugnanda. Quamobrem, uti habemus ex citt. Sancti *Act.* ap. Ruin. p. 391. n. 4. proxime ante laudatam adloquutionem „ quumque reticeret Epiſcopus (*ad objecta Duciani*) ... „ erat enim impeditioris linguae, ait Vincentius, ſi jubes, Pater, „ reſponſis Judicem adgrediar. Et beatus Valerius, dudum, filicaſ„ riſſime, divini verbi tibi curam commiſeram; ſed & nunc pro fi„ de,

„ de, pro qua adſtamus, reſponſa committo. Tunc Vincentius &c. „

TOMO IV. INSERENDA.

Nimirum

SPECTANTIA AD CLASSEM I.

pro Deo Fine creatorum ad pag. 21.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Cariſſimi ... invocemus immaculatum, incomprehenſibilem, qui ſedet ſuper Cherubim, factorem omnium, qui eſt initium & Finis, *cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

S. PHILEAS Epiſc. M. uti *ſupra* p. XIX.

Huic porro documento, quod Deum Finem exſerte depraedicat, complura poſſent opportune ſubjici; quae aliis vocibus Deum pariter Finem nuncupant & collaudant; ea nempe, quae pro coelo empyreo, hoc eſt pro aeterna beatitate, ſeu, quod eodem recidit, pro ſempiterna Dei ceu ſummi boni, & ultimi Finis hominis poſſeſſione recenſentur & illuſtrantur *inferius* ad Claſſem VI. Qui ſiquidem ſub voce *coelum* aut ſimili aeternam adſerit Dei poſſeſſionem homini merenti donatam, hoc ipſo Deum hominis finem profiteatur oportet; quum ea hiſce vocibus deſignata, eſto rem non adtendenti diverſa adpareant, re tamen ipſa unum idemque ſint.

Nihilo tamen ſecius, praeſtat, me judice, pro recto & adcuratiore claſſium ordine, cum expoſitione ſacrorum dogmatum connexo, monimenta cetera, quae aut coelum, aut vitam aeternam ſolitarie exprimunt, hoc loci penitus tacere, & ad Claſſem indicatam ceu ad ſedem propriam revocare.

SPECTANTIA AD CLASSEM II. ad pag. 113.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Deus ... qui me dignum hac paſſione duxiſti ... ut completo ſacrificio iſtius diei *promiſſa tuae veritatis adcipiam. Ob hanc rem te benedico ...*

S. POLYCARPUS Ep. M. orans Deum gladio jamjam confodiendus (ex *Act.* ſupra citt. p. IX.)

Credebat itaque Smyrnenſis Antiſtes, mox, eodem die quo ſacrificium martyrii compleret, ſe coronam Martyribus in coelis promiſſam adceptarum.

Et converſa ad filios ſuos dixit: Videte filii coelum & ſurſum adſpicite, ibi vos exſpectat Chri-

ſtus cum Sanctis *ſuis. Pugnate pro animabus veſtris, & fideles vos in amore Chriſti exhibete.*

S. Felicitas M. Mater feliciſſima ſeptem filiorum Martyrum eos adloquens coram Publio Praefecto Urbis, quum Matrem adigebat adhortari filios flore primo juventutis florentes ut diis immolarent, ne ipſi crudeli morte immolarentur, Romae an. circ. 150. (ex *Act.* Sanctae & filiorum citt. ſupra p. vi. n. 2.) Recolunt Sanctae memoriam Martyrologia d. 23. Nov.

Credebat porro quae ſic loquuta eſt, & filios quantocius perfeciſſent martyrium abſque mora migraturos in coelum, ibique Sanctos plurimos cum Chriſto diu regnantes reperturos.

Modo autem quia palam me voluit eſſe (*) paratus ſum pro nomine ejus pati, ut cum ceteris Sanctis *ejus partem habeam in regno ipſius.*

(*) Dominus Deus meus.

S. Serenus profeſſione olitor, fortaſſe monachus, M. roganti Praeſidi ubinam latitaret, ut martyrium ſubterfugeret, nec cogeretur deos colere, reſpondens, Sirmii in Pannonia an. circ. 307. (ex *Act.* Sancti, quae e cod. mſ. prae Bollandianis copioſiora vulgavit Ruin. p. 549. n. 3.) Sancto dies feſtus ad d. 23. Febr. vulgo refertur.

Sanctos heic Serenus abſque dubio intelligit, qui jam tum in coelis regnarent; quibus cum videlicet ſperabat quam cito habere partem in eo regno, vix martyrium perfeciſſet.

Ago tibi gratias, Pater Chriſti, quod me non diu ſeparaveris *a famulo tuo Paregorio, ſed velocem mihi occaſionem dederis eum ſequendi.*

S. Leo M. uti *ſupra* p. xxxiv.

Ubinam vero niſi in coeleſti patria putaret Leo, ſe cum Paregorio amico, paullo ante adfecto martyrio, citiſſime poſt mortem ſuam pro Chriſto obitam initurum eſſe ſocietatem? Et certe, niſi me omnia fallunt, ex frequentiſſimis eorundem Martyrum adloquutionibus apertiſſime colligitur, eos vulgo in illa fuiſſe ſententia, quod Martyrum animi poſt mortem corporis illico ad aeternam patriam, mercedem recepturi convolarent. Id quod egregie comprobat quae mox ſubcedit adloquutio.

Eſichyus autem quidam, chriſtianus, quum eſſet miles, & ipſe cuſtodiretur, dicebat ſancto Julio martyri: obſecro te, Juli, cum gaudio comple pollicitationem tuam & adcipe coronam, quam

Domi-

Dominus confitentibus se dare promisit, & memor esto mei, *nam & ego subsequor te. Plurimum etiam saluta Pascratem & Valentionem famulos Dei, qui nos jam per bonam confessionem praecesserunt ad Dominum* (*) *Julius vero osculans Esichyum dixit, frater, festina venire; mandata enim tua jam* audierunt quos salutasti.

(*) biduo scilicet

SS. Julius & Esichyus Milites & MM. mutuo sibi valedicentes, quum Julius ad locum martyrii, morti proximus, duceretur, & Esichyus in carcere martyrium sibi impendens magno desiderio exspectaret, Maximo Praeside, Dorostori apud provinciam Moesiam, ann. incerto post 300. (ex *Act.* S. Julii citt. supra p. xv. & S. Esichyi ap. Bolland. ad d. 25. Maii.) S. Julii memoria recolitur vulgo d. 27. Mai. Esichyi vero 25. ejusdem mensis.

Id vero ex praclaro Martyrum colloquio, nullo docente, plane intelligis, ipsis certum fuisse, Martyres quoslibet statim ac mortem obeunt, illico ad coelos migrare, coronam Martyrii recepturos.

Adde pro eodem argumento postremam adloquutionem Julii jamjam gladio feriendi; tunc enim (ex eisdem *Act.*) *tetendit cervicem suam & dixit: Domine Jesu Christe, pro cujus nomine haec patior, tu* cum Sanctis tuis *meum collocare dignare spiritum*; scilicet in coelis, ubi Sanctos jam tum cum Christo regnare censebat.

Rursum expende verba illa prioris cum Esichyo adloquutionis, *mandata enim tua jam audierunt quos salutasti*. Credebat itaque Julius, Sanctos in coelis res nostras divinitus intelligere.

Paullulum temporis, o senex, claude oculos tuos & bono animo esto, mox enim videbis lumen Christi.

S. Pusices Praefectus fabrorum omnium Regis Saporis, M. adhortans ut martyrium viriliter subiret Ananiam senem Presb. quem conspicatus est trementem quum in publico spectaculo pararetur ad mortem pro Christo jamjam perferendam: quocirca & idem illico delatus, & se christianum fassus, crudelissime mox occiditur una cum filia Deo consecrata, in Perside an. circ. 345. sub immanissima Saporis II. persequutione (ex *Act.* S. Symeonis, pluriumque MM. in Perside ap. Sozomen. hist. l. 2. c. 11.)

Profecto qui sic loquitur martyrio proximus, credit sine dubio ex sententia tum inter catholicos obtinente, Martyres post mortem mox, absque ulla mora videre in coelis jam beatos lumen Christi, hoc est visione beata faciem Dei.

SPE-

SPECTANTIA AD CLASSEM III. ad pag. 194.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Mihi enim nec fuſtes, nec ungulae, nec ignis ſentiendi dant dolorem, quia in me manet gratia Chriſti, quae me ſalvum faciet in aeternum, omnium Sanctorum orationibus, *qui in hac colluctatione certantes, veſtras ſuperaverunt inſanias, nobiſque virtutum exſempla reliquerunt.*

S. Maximus M. reſpondens in equuleo ſuſpenſus Optimo Proconſuli ad eum inclamanti, *jam reſipiſce, miſer, ab inſipientia tua, & ſacrifica ut animam lucreris*. (ex *Act.* quae primum edita a Sur. Baron. Bolland. deinde ad complurimos codd. mſſ. & edit. exacta vulgavit Ruin. p. 144. n. 2.) Apud Aſiam provinciam, forſan Epheſi, uti habet Martyrol. Rom. ad d. 30. Apr. an. circ. 250. ſub perſequutione Decii. Sanctus vulgo celebratur ad d. 30. Apr.

Habes in praeclaro documento, quod inſtar complurium eſt, dogma expreſſum de orationibus Sanctorum Martyrum pro victoria colluctantium ſimiliter in terris; itemque, ni fallor, de commoratione ipſorum in coeleſti habitaculo, quod, me judice, quum haec loqueretur, exiſtimabat Maximus.

Obſecro te Juli...& memor eſto mei:

S. Esichyus M. uti *ſupra* p. xxxvii.

Quid vero memorem ſui Julium, quum in coelis martyrii coronam nactus ſit, optet Sanctus, niſi ut ſuis precibus, ac interceſſione apud Deum eum adjuvet, ut quod caepit, feliciter proſequatur & abſolvat martyrium? Nullam porro video ejuſmodi verborum interpretationem magis obviam & naturae rei conſentaneam.

Velint itaque nolint adverſarii cum turba magna recentiorum Proteſtantium, ſancti dogmatis antiquiſſimam habemus traditionem ex fideliſſimis veritatis teſtibus.

SPECTANTIA AD CLASSEM IV. ad pag. 289.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Reſurrectio noſtra, *ſolutioque peccati...te benedico tibi ſerviens..*

S. Polycarpus Ep. M. Deum orans morti proximus, uti *ſupra* p. ix.

Praedicatur quidem a Sancto Deus reſurrectio noſtra, quoniam Reſurrectionem communem omnipotente brachii ſui virtute olim Dominus operaturus creditur. *Haec*

Haec me ducit cauſſa, haec me potiſſimum ratio compellit ad mortem, ut populus omnis intelligat, Reſurrectionem *futuram eſſe poſt mortem.*

S. Pionius M. adloquens populum, qui eum videns pyrae clavis trabalibus infixum, clamitabat, *poeniteat te, Pioni, tolluntur clavi ſi facturum te ſpondeas quod jubetur* (ex *Act.* de quibus ſupra p. 111.)

Dixerim exinde confidenter, Pionium pro ſancto dogmate de Reſurrectione communi Protomartyrem jure praedicari.

Culcianus dixit: caro haec reſurget? Sanctus Phileas reſpondit, Ita.

S. Phileas M. cum Culciano, longo ſermone colloquens (ex *Act.* uti ſupra p. xix.)

SPECTANTIA AD CLASSEM V. ad pag. 333.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Quid me interrogatis de Jeſu filio hominis? ipſe ſedet in coelo a dextris ſummae virtutis & venturus eſt in nubibus coeli.

S. Jacobus Apoſtolos primus Hieroſolymorum Epiſcopus M. reſpondens Scribis & Phariſaeis, ſic eum adloquutis, *quandoquidem populus omnis errat, Jeſum ſectans crucifixum, doce nos quod ſit oſtium Jeſu ſuffixi cruci* (ex *Act.* Sancti, referente Hegeſippo ap. Euſeb. hiſt. l. 1 c. 23. edit. Valeſii) Hieroſolymis an. circ. 61. Feſtum ei ſacrum ad d. 1. Mai. De eo plura Bolland. ad ipſum d.

Quod quidem τὸ *venturus eſt in nubibus coeli* idem omnino virtute ſit, ac *venturus eſt ad judicandum vivos & mortuos*, ita erudito cuiquam exploratum puto, ut nulla indigeat probatione.

Ignem mihi minaris, qui unius horae ſpatio aeſtuat & poſt frigeſcit, ignorans futuri judicii *& aeterni ignis in impios tormenta perpetua.*

S. Polycarpus Ep. M. reſpondens Proconſuli, ei minanti, *ſi ferarum morſus nova praeſumtione contemnis, ignibus te cremabo* (ex *Act.* Sancti, de quibus ſupra p. ix.)

Rectum dogma, quod chriſtiani homines cum pietate ſervamus, hoc eſt, ut Deum unum exiſtimemus... & Dominum Jeſum Chriſtum Dei filium confiteamur... qui & humani generis Judex ventu-

rus

turus eſt. Item, *hoc enim* (*) *nobis ſalutem & fiduciam conciliabit ante ejuſdem Domini & Salvatoris noſtri* terribile *illud* tribunal, *cui totus mundus divino juſſo adſiſtet.*

(*) pati pro Chriſto

S. JUSTINUS M. adloquens Ruſticum, uti *ſupra* p. XVIII.

Notate tamen nobis facies noſtras diligenter, ut recognoſcatis nos in die *illo* judicii.

S. SATURUS M. adloquens turbam ethnicorum, qui coram adſtabant in ultima coena, quam de more fecit Saturus cum ſociis pridie quam mitterentur ad beſtias ex ſententia Hilariani Judicis. Quin etiam ſub eadem coena Martyres ad ſanctam fidem eoſdem cohortabantur, *comminantes* JUDICIUM *Domini*, Carthagine an. circ. 203. (ex *Act.* SS. Perpetuae & Felicitatis, quae ex Act. editis ab Holſtenio & 2. codd. mſſ. vulgavit Ruin. a p. 85 n. 17. quem lege in admonit. praevia) Quis Sancto una cum Perpetua martyrium ſubeunti ſacer dies, incompertum mihi.

Moris quidem erat apud priſcos ethnicos, ut qui ad beſtias damnati eſſent, pridie pugnae coenarent lautiſſime coram populo, & eam coenam vocabant liberam: Martyres et vero, ſi *Acta* ibidem audias, *quantum in ipſis erat, non coenam liberam, ſed agapen coenarunt*. De Agape primitivorum chriſtianorum plura nos hoc Tom. V. ubi de re liturgica.

Infeliciſſime, & te, & tyrannum tuum Crucifixus, quem dicis, in die judicii, *ut ipſe optime noſti, habet mittere in gehennam.*

S. THEODORITUS M. adloquens Julianum Comitem ſibi dicentem, *infatuaſti cor tuum, obediendo magis mortuo Crucifixo quam Regi* (ex *Act.* ap. Ruin. p. 660. n. 3. Vide ſupra p. XV.)

Uſque eo, o Nerſan, malitia tua progreſſa eſt, ut non ſolum tibi ſatis ſit quod Deum tuum negaveris, ſed & ſervos ipſius interficere contendas? Vae tibi infelix! quid facies in die illo, aut quo fugies a terribili judicio, *quum ſteteris ante horrendum illud tribunal, magno & aeterno Deo rationem redditurus?*

S. BADEMUS Abbas M. adloquens Nerſanem apoſtatam, qui ut vitam

vitam ſervaret incolumem, adnuente Sapore Rege, Bademum enſe interficere adgreſſus eſt (ex *Act.* Sancti ap. Bolland ad. d. 8. Apr. Sancto & Sociis, opinor, ſacrum) In Perſide ſub Sapore II.

Praelaudatis denique pugilibus pro eodem ſancto dogmate adnecti poſſunt ex Ruin. cit. REVOCATUS & SATURNINUS uno ſpiritu Hilarianum Judicem adloquentes ad. p. 94. n. 18; tum GORDIUS reſpondens falſis amicis, qui eum & lacrymis, & precibus & eloquentibus ſermonibus a confeſſione publica Jeſu Chriſti, ut mortem evaderet, ſemovere conabantur ad p. 572. n. 7. Ut mittam PIONIUM, PHILIPPUM, BASILIUM in ſuis Adloquntionibus, ex *Act.* ipſorum ſaepe praecitatis.

SPECTANTIA AD CLASSEM VI. ad pag. 404.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Quid me interrogatis de Jeſu filio hominis? ipſe ſedet in coelo *a dextris ſummae virtutis.*

S. JACOBUS Apoſt. M. uti *ſupra* p. XXXIX.

Vir meus Getulius cum fratre ſuo Amatio... quaſi boni athletae daemones tuos vicerunt... paſſi mortem, quae pro nomine Chriſti ſuſcepta, inter homines terrenos quidem ignominiam eis peperit temporalem, inter Angelos vero decus & gloriam ſempiternam, inter quos nunc gradientes, & tropaea paſſionum ſuarum dantes, cum aeterno Rege vita aeterna *fruuntur in* coelis.

S. SYMPHOROSA M. Uxor maritti Martyris & Mater VII. filiorum Martyrum, Tiburti adloquens Hadrianum Imp. an. circ. 120. (ex *Act.* Sanctae & filiorum, quae ex Mombrit. Sur. Cardulo, & quodam mſ. cod. vulgavit Ruin. p. 28. n. 1.) Sanctae & Filiorum feſtum celebratur 18. Jul. ap. Martyrol. Rom. apud alia vero diebus aliis.

Animadvertis, reor, hac una percelebri adloquutione plura mirabiliter deſignari dogmata: ut puta de Martyrii praeſtantia, ſummoque apud Coelites pretio; de exſiſtentia Angelorum; de incolatu coeleſti Martyrum ſtatim a confecto Martyrio; de Deo aeterno; de fruitione vitae eternae in coelo empyreo. Jure quidem gloriari licet Tiburtinis tanta Cive, Martyre, Adloquutrice, Patrona.

Videte, filii, coelum, *& ſurſum adſpicite, ubi vos exſpectat Chriſtus cum Sanctis ſuis.*

S. FELICITAS, uti *ſupra* p. XXXVI.

Ad haec Praefectus Ruſticus : ergo futurum opinaris , ut in coelos *adſcendas , mercedem aliquam recepturus ? Non opinor , inquit Juſtinus , ſed ſcio & hoc tam certum habeo , ut nihil dubitem .*

S. JUSTINUS M. uti *ſupra* p. XVIII.

Ineffabili myſterio (*) *homo pariter & Deus famulus ſuis tramitem immortalitatis inſtituit & ad* coeleſtia regna *perducit .*

(*) Chriſtus .

S. EPIPODIUS M. Judicem adloquens (ex *Act.* uti ſupra p. XXIV.)

Putas ne ergo exſtinctas animas , quas fudiſti ? Illae quidem coelum *poſſident ... Deus noſter* coelos *quos fecit , poſſidet ... & animas quas interemtas judicas ,* regnum coeleſte *ſuſcepit ... Et quia fratrem meum carissimum* (*) *in* ſummo gaudio collocatum *ſcio , ſecurior viam devotionis ingredior .*

(*) Epipodium ſocium , primum martyrio adfectum

S. ALEXANDER M. Epipodii ſocius , uti *ſupra* p. XII.

Egregius hic plane locus ad communiendum dogma de coeleſti Martyrum incolatu ſtatim atque martyrium abſolverint .

Hoc eſt quod ſemper optavi (*) *Propterea enim me manifeſtavi ut tandem carens miſerabili & temporali vita ,* aeternam *recipiam .* Rurſum , *In me manet gratia Chriſti , quae me ſalvum faciet* in aeternum .

(*) Martyrio adfici .

S. MAXIMUS M. uti *ſupra* p. XXXVIII.

Chriſtiana ſum. Propter quod infelicem iſtum (*) *plango , quare adhuc modicum non toleravit ut* perpetuam requiem *inveniret.* Item , *Quum lapidarentur* (**) ... *clamans ergo & plorans & de cuſtodia ſe proripiens , cucurrit ad locum , jactavitque ſe ſu-*

per

per eos dicens, ut vobiſcum poſſim vivere in coelis, *opto vobiſcum heic mori in terris.*

(*) Nicomachum, qui a fide in tormentis jamjam moriens defecit.
(**) Andreas & Paullus in paſſione ſocii.

S. Dionysia Virgo ſexdecim annos nata M. primum adloquens Proconſulem, Sanctos deinde qui pro Chriſto lapidabantur, Lampſaci an. circ. 200. ſub Decio Imp. (ex *Act.* horum SS. Martyrum, quae ex multis codd. mſſ. edidit Ruin. a p. 147. nn. 3. & 5.) Sanctae, Sociiſque feſtus dies ap. Latinos 15. Mai. apud Graecos 18. ejuſdem menſis.

Quid mirabile recenſent *Acta* n. 3. de ſancta Virgine in haec verba. „ Proconſul tradidit eam duobus juvenibus corrumpendam... „ Juvenes ergo adceptam caſtiſſimam Dei puellam duxerunt ad „ ſuum hoſpitium. Quumque uſque ad mediam noctem inſiſterent „ ut ei vim turpitudinis inferrent, marceſcebat cupiditatis eorum „ libido. Circa autem mediam noctem quidam ſplendidus juvenis „ adparuit eis illuminans totam domum. Illi vero timore percuſſi „ magno ceciderunt ad pedes mundiſſimae puellae. At illa elevavit „ eos dicens, nolite timere, iſte enim eſt tutor meus & cuſtos pro „ eo quod vobis a nequiſſimo judice ſum tradita. At illi rogabant „ ut interveniret pro eis, ne quid eis male contingeret. „

Diſcas inde & morem illum antiquum apud Imperium Romanum violandi virgines chriſtianas, morti tradendas ex ſententia judicis, propter confeſſionem Chriſti; & praeclarum Caſtitatis exemplum in Dionyſia; & ſingularem ſummi Numinis providentiam in ſervanda puritate Virginum illibata. Et ille quidem qui adparuit juvenis, vel Angelus Cuſtos Virginis fuit, vel idem Chriſtus, etenim per τὸ *tutor meus & cuſtos* mſſ. codd. habent *Dominus & cuſtos*.

Gloria Chriſtianorum talis eſt & Domini promiſſio, ut qui fideliter certaverit cum diabolo, minas & quae ſunt praeſentia caduca contemſerit, perpetuam *& futuram* vitam *conſequatur.*

S. Lucianus primum Magus, deinde M. adloquens Sabinum Proconſulem, Nicomediae, aut Vici in Catalonia an. circ. 200. ſub Decio Imp. (ex *Act.* SS. Luciani & Marciani, quae ex vulgatis a Mombrit, & aliis codd. mſſ. digeſta dedit Ruin. a p. 151. n. 6.) Dies utrique ſacer 26. Oct.

Qui Deum timent nec igne, nec tormentis poſſunt laedi, magis enim proderit eis in ſalutem aeternam, *quia propter Chriſtum haec patiuntur.*

S. Claudius M. adloquens Lyſiam Praeſidem, ſibi graviora minitantem ſupplicia ſi diis non immolaret, Aegeae in provincia Lyciae an. 285. (ex *Act.* S. Aſterii & Socior. uti ſupta p. vii.

Nos vero pro Chriſti nomine parati ſumus excipere quidquid ira tortoris invenerit; quia non heic vita noſtra diſpendium patitur, ſi illi reddatur a quo ſumſit exordium, & in futuro multiplicatae lucis foenore muneratur.

SS. Rogatianus & Donatianus germani fratres MM. una voce adloquentes Praeſidem in confeſſione fidei ſuae, Namnetis in Aremorica provincia, quam hodie Britanniam minorem vocant, ſub Diocletiano & Maximiano (ex *Act.* ap. Sur. & Bolland. ad d. 25. Mai. eiſdem ſacrum & ap. Ruin. qui ex ipſis, aliiſque codd. miſſ. ea vulgavit a p. 295. n. 6.)

Cariſſimi, virtutis veſtrae memores... momentanea ferte ſupplicia, ut triumphaliter ſuperare poſſitis aeterna; *& qui antea malebatis mori, quam vinci perpetuo perituri, nunc patimini, oro vos vincere, in* aeternum *poſtmodum* regnaturi.

S. Victor M. ut *ſupra* p. xxii.

Domine Jeſu Chriſte coeli, terraeque conditor... gratias tibi ago quia feciſti me dignum coeleſtis *tuae* urbis *civem, tuique* regni *conſortem.* Tum, *Nolite lugere, fratres... deinceps enim in* coelis *cum fiducia pro vobis Deum deprecabor.*

S. Theodotus M. primum Deum orans, deinde conſolans ſocios in paſſione propter martyrium ejus proximum lugentes. Vide *ſupra* p. xxviii.

Conſpicua heic etiam ſunt dogmata de coeleſti incolatu Sanctorum proxime poſt martyrium, ac de interceſſionibus Coelitum.

O felicem me! Iſtae minae tuae ad laudem & gloriam mihi ſunt, & terror aſperior, cumulatior beatitudo.

S. Vincentius Lev. M. adloquens Dacianum Praeſidem acerbiſſima ſupplicia ei comminantem (ex *Act.* uti ſupra p. vii. & alias.)

Ad

Ad gloriam. *Gratias ago Deo regnorum. Adparet* regnum aeternum, regnum incorruptum. *Domine Jesu Christe, Christiani sumus, tibi servimus.*

S. THELICA M. quum vehementius laceraretur, respondens Proconsuli, uti *supra* p. XI. quam recolas.

Judex dixit, quia si ingenua, quare nubere non voluisti? Theodora respondit, propter Christum. Adveniens autem in carne in hoc mundo abstraxit nos a corruptione & vitam *nobis* aeternam *promisit.*

S. THEODORA V. & M. ut *supra* p. XX. sq.

Quid plura? Pene innumera pro dogmate vulgatissimo documenta suppetunt, ex ore testium veritatis profecta. Quid cuncta recenseamus? Eorum testium nomina secundum editionem Ruinartii cum laude proferre satis esto. Pro dogmate igitur adloquuti ulterius sunt SYMPHORIANUS ad p. 70. n. 3. & 5. PIONIUS p. 127. n. 5. LUCIANUS & MARCIANUS p. 154. n. 7: IRENAEUS Ep. Sirmiensis p. 434. n. 4. & 5: PULLIO p. 436. sq. n. 2. PHILIPPUS Ep. Heracleae p. 451. n. 11: PROBUS p. 468. n. 5: JULITTA p. 529. n. 3. & 4: SERENUS p. 547. n. 3: PHILOROMUS p. 550. n. 5: QUIRINUS Ep. p. 553. n. 2. & p. 555. n. 4: GORDIUS p. 571. n. 5: ARCADIUS p. 593. n. 5: FAUSTUS p. 597. n. 1: LEO p. 612. n. 3. & 4: JULIUS p. 616. n. 1: NICANDER p. 619. n. 2: PATRICIUS p. 622. n. 1: USTHAZADES p. 635. n. 2: PHERBUTE V. cum SOCIABUS p. 641. n. 3: BASILIUS p. 654. n. 5. sq. alii.

Hac itaque spe bonorum coelestium SS. pugiles communiti, martyria interdum atrocissima constantissime subierunt, ipsaque tandem bona nacti sunt.

SPECTANTIA AD CLASSEM IX. ad pag. 450.

EX ACTIS MARTYRUM ADLOQUENTIUM.

Vivent filii mei, si non sacrificaverint idolis; si vero hoc tantum scelus admiserint, in aeternum *ibunt* interitum.

S. FELICITAS M. respondens Publio, sibi ajenti, *misera, si tibi suave est mori, vel filios tuos fac vivere*; eos scilicet hortando ut diis sacrificent. (Vide *supra* ubi de Sancta p. XXXVI.)

Consimilibus pro dogmate sententiis Publio viriliter responderunt in examine fidei suae alii S. Felicitatis nati, PHILIPPUS, ALEXANDER, MARTIALIS (ex eisdem *Act.* citt. supra p. VI.) Quam egregie filios in timore Dei & christianis institutis pientissima instruxerat mater!

Deus

Deus noſter inferna *moderatur* ... *vos vero cum diis veſtris* inferna *retinebunt*.

S. ALEXANDER M. Epipodii ſocius, adloquens Praeſidem, ut *ſupra* p. XII.

Adſpicite fontes tepentes & anhelantes ibi unde exſtingui ſolent flammae. Unde eſſe putatis hunc ignem, niſi quia cum inferni igne *ſociatur?*

S. PIONIUS M. in longo ſermone coram Polemone judice (ex *Act.* ſupra citt. p. III.)

Anne putabat doctiſſimus Pionius, ignem illum, quo tepent fontes, ex gehemna erumpere? Ut ut vero ſit de ejuſmodi ſententia Martyris, at ipſe tamen adieruit & vere credidit exſiſtentiam ignis in inferno.

Haec non ſunt tormenta, quae pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti inferuntur, ſed ſunt unctiones. Si enim receſſero a Domini mei praeceptis, quibus ſum de Evangelio ejus eruditus, vera & perpetua *mihi manebunt* tormenta.

S. MAXIMUS M. adloquens quum ſuſtibus caederetur Optimum Proconſulem, ei dicentem, *Sacrifica, Maxime, ut ab his liber ſis tormentis* (ex *Act.* Sancti, de quibus ſupra p. XXXVIII.)

Miſer & infeliciſſime homo, cur propter unius horae ſpatium adquiſiſti tibi perpetuam & inenarrabilem poenam?

S. DIONYSIA V. M. adloquens Nicomachum apoſtatam, uti *ſupra* p. LXIII.

In hoc parati ſumus, ut quibus volueris nos impendas tormentis, quam denegantes vivum & verum Deum in tenebras exteriores & ignem inexſtinguibilem, *quem paravit Deus diabolo & ejus miniſtris, ingrediamur.*

S. MARCIANUS M. adloquens Sabinum Proconſulem, ita ſibi & Luciano ſocio minitantem, *audite me & ſacrificate diis, implentes regalia praecepta, ne exſcitatus furore novis vos & exquiſitis poenis impendam* (ex *Act.* uti ſupra ubi de S. Luciano p. XLIII. quam recole.)

Etſi

Etſi graviora tormenta adhibeas, in nullo me laedis, animae vero tuae provides aeterna tormenta ... *tormentis enim mihi non poteris nocere; animae autem tuae* ignem inexſtinguibilem providiſti.

S. CLAUDIUS M. adloquens Lyſiam Praeſidem, uti *ſupra* p. XLIV. quam recolas.

Ne in ignem aeternum *incidam &* tormenta perpetua, *Deum colo & Chriſtum ejus.*

S. DOMNINA M. uti *ſupra* p. XXVIII.

Ego ignem aeternum *timeo, qui poteſt corpus & animam perdere; & horum quam maxime, qui impie reliquerunt Deum, & adoraverunt idola & daemonia.*

S. THEONILLA Vidua M. adloquens eundem Lyſiam ſub eodem examine fidei una cum Domnina & aliis ſociis (ex *Act.* S. Claudii & Socior. MM. de quibus ſupra p. VII.)

Momentanea ferte ſupplicia, ut triumphaliter ſuperare poſſitis aeterna: *& qui antea malebatis mori, quam vinci* perpetuo *perituri, nunc patimini ...*

S. VICTOR M. adhortans vehementer Socios ad Martyrium jamjam ſubeundum, uti *ſupra* p. XXXII.

Minime, minime ... ſumma enim illius ignis ſempiterni *poena propoſita his eſt, qui Jeſum Dei Verbum negaverint.*

S. IRENE V. M. reſpondens Dulcetio Praeſii eam interroganti, *num parata es ſacrificiis veſci & diis immolare?* (ex *Act.* SS. Agapes, Chioniae &c. de quibus ſupra p. XI. ubi de S. Eutychia. Ea recole.)

Flammam mihi levis iſtius minaris ardoris, quae deficit pene antequam ſurgat, ignorans violentiam illius perennis incendii, *quod ſine remiſſione* ſemper exaeſtuat, *& diſcipulos diaboli longa tabe conſumat.*

S. HERMES Diaconus M. reſpondens Baſſo Praeſidi, illi minitanti,

tanti, *traderis incendio, si in hoc furore* (de non immolando diis) *permanseris*, Heracleae priusquam jussu novi Praesidis Justini Adrianopolim cum Sociis duceretur, an. circ. 303. (ex *Act.* S. Philippi & Socior. uti supra p. XIII.)

Ignem tuum temporalem non timeo, timeo autem, si consensero tibi, ne forte ignis aeternus *in me dominetur.*

S. Tarachus M. respondens Maximo Praesidi, qui ei minatur poenam ignis, si diis non immolet, in secunda confessione (ex *Act.* S. Tarachi & Socior. uti supra p. XV.)

Si mori vellem, & in interitum animam meam tradere & in ignem aeternum, *tuis daemoniis darem voluntatem meam,*

S. Crispina M. adloquens Anulinum Proconsulem, uti *supra* p. VIII.

Hae poenae nullae sunt, nec mihi aliquem incutiunt dolorem: quod si negavero nomen Dei mei, in veras poenas *& in majora* tormenta perpetua *ingressurum me esse cognosco.*

S. Petrus Balsamus M. adloquens Severum Praesidem illi minantem poenas crudelissimas si diis non immolaret, apud civitatem Aulonam in Palaestina, an. circ. 311. (ex *Act.* Sancti, quae e codd. multis mss. & edit. vulgavit Ruin. p. 557. n. 2. cujus opiniones nos hoic amplectimur.) Sancto dies vulgo sacer 2. Jan.

Nolite flere super me, sed flete super Dei inimicos, qui in christianos continuo grassantur, ipsos, inquam, flete, qui ignem nobis parant, sibimet gehennae incendia,

S. Gordius Centurio M. adloquens falsos amicos, uti *supra* p. XLI. (ex *Act.* Sancti, quae ex hom. 19. Basilii ad codd. mss. ex recensionibus Combefisii vulgavit Ruin. p. 567. n. 7.) Recole superius dicta ad p. XXXIII. ubi de exsistentia Angelorum.

Deus vero est permanens in aeternum, quem si quis ... negaverit, habebit poenam perpetuam.

S. Julius M. adloquens Maximum Praesidem, illum sugillantem, quod profiteretur mortui & crucifixi legibus obedire, non Imperatorum (ex *Act.* uti supra, ubi de Sancto p. XV.)

Prae-

Praenoſcens autem (*) *quod homines conditorem ſe ac Dominum ſuum offenſuri eſſent ... geminas praeter haec ſedes adparavit, earumque alteram ... perpetuis tenebris &* nunquam finiendae caſtigationis igne *velut* ſempiterno ſupplicio *implevit, ut qui ... vivendi licentia ejus iras commeruiſſent, in tenebras ad omne ſupplicium &* ſempiternos *cruciatus deturbarentur.*

(*) Deus

S. PATRICIUS Ep. M. uti *ſupra* p. xxii.

Quare impure canis ea loqueris quae ego audire non poſſum? ego enim pontifex mori cupio, ut aeternam vitam habeam. Nunquam hujus brevis vitae cauſſam remiſſior fiam, ne moriar morte ſempiterna.

S. PHERBUTE, aliis TARBULA V. M. adloquens Mauptem, ſeu Pontificem magorum, ei ajentem per internuntium & ſe & ſocias liberas omnino evaſuras, ſi ſponderet, eam ſecum conjugium inituram, in Perſide ſub Sapore ii. (ex *Act.* Sanctae & Sociar. ap. Bolland. ad d. 22. April. eis una cum aliis compluribus ſacrum ap. Latinos, quamvis in Menaeis Graecorum memorentur d. 4. ejuſdem menſis.)

Qui promto, ſtrenuoque ſunt animo (*) *talem quaerunt mortem ut aeternam ex ea vitam ſortiantur; ignavi vero & deſides ad ejus conſpectum in* latebras *ſe conjiciunt. Qui Deum diligunt, ad Deum exceſſerunt, qui vero mundum, in mundo manſerunt: illi quidem ad laetitiam & exſultationem, ii vero ad* aerumnas & ſuſpiria relicti.

(*) in via virtutis

S. SADOTH Ep. M. ſuum adhortans Clerum ad ſubeundum conſtanter martyrium ſub perſequutione Saporis impendente anno proximo, ut ſibi viſum eſt praenoſcere divinitus ex quadam viſione, quam veram porro eventus probavit (ex *Act.* de quibus ſupra p. xxx.)

Infeliciſſime, & te, & tyrannum tuum Crucifixus, quem dicis, in die judicii, ut ipſe optime noſti, habet mittere in gehennam,

S. Theodoritus Presb. M. adloquens ardenter Iulianum Comitem (ex *Act.* citt. p. xv.)

Jam vero ex documentis hac Claſſe productis manifeſto ediſcimus Eccleſiae primitivae doctrinae noſtram omnino conſonam eſſe, iis expreſſam Adſertis. Videlicet I. Eſt in locis ſubterraneis domicilium, quod gehennam vocamus, pro impiis a Deo providente deſtinatum. II. Habitaculum illud pro daemoniis, hominibuſque pravis a Deo vindice ab initio rerum paratum eſt. III. Plenum eſt tenebris, aerumnis, multiſque ac variis ſuppliciis. IV. Ignem ardentem, quo ejus incolae cruciantur, continet. V. Nec ignis, nec tormenta cetera in ſolatium aliquod ullo uſquam temporis intervallo remittuntur.

VI. Ignis ille inexſtinguibilis, atque acerbiſſima tormenta reliqua aeternum durabunt cum adcolis patientibus, quin ulla unquam adfulgeat ultoris Numinis indulgentia. VII. Ejuſmodi poenarum timore correpti ut plurimum SS. Martyres, ut eas evaderent, Deum verum non negarunt, [illegible] atrociſſima animo invicto ſubeuntes. Sanctus itaque eſt, Deoque gratiſſimus gehennae timor, qui nempe tot, tantoſque Sanctos ad palmam martyrii primum, ac deinde ad coronam praeſtantioris beatitudinis ſecuros perduxit. Valeant ergo qui adſerta iis oppoſita amplecti gaudeant cum nuperis & exſecrandis Deiſtis.

Haec de Adloquutionibus Teſtium veritatis &, quem nobis praefiximus, ſtilo productis & illuſtratis. Quid, quaeſo, in iis non ſanctum, non mirabile, non illuſtre, non eximium, & pro dogmate fidei, & pro evangelica doctrina morum, & pro inflammandis ad opera virtutum cordibus noſtris? Et en tibi methodum, quae in poſterum circa ejuſmodi documenta, Deo auſpice, ſi conſilia meliora non ſubcurrerint, uſui nobis erit. Eorum, una cum ceteris toto deinceps Opere ſubnectendis, noſtra haec exſcriptio Deo O. M., veritatibus divinis, ipſiſque Teſtibus ſacra ex animo eſto atque devota.

VETVS ANVLVS FERREVS
CHRISTIANORVM.

INDI-

INDICULUS

Martyrum pro ſanctis dogmatis adloquentium & rerum praecipuarum quas Adpendix complectitur.

MARTYRES ADLOQUENTES.

A

Achatius pro Exſiſtentia Dei. IV. Inviſibilit. XIX. Provid. XXIII. Angel. XXXII.
Afra pro Miſericordia D. XVII. Trinit. XXIV.
Agape pro Vita D. XIV.
Alexander pro Aeternit. D. XII. Inviſibilit. XIX. Coelo XLII. Gehen. XLVI.
Andronicus pro Scient. D. XXI.
Arcadius pro Coelo XLV.
Aſclepiades pro Exſ. D. III.
Aſterius pro Unit. D. VII.
Augurius pro Omnip. D. X.

B

Bademus pro Aetern. D. XIII. Judicio univ. XL.
Baſileus pro Juſtit. D. XVIII.
Baſilius pro Miſeric. D. XVIII. Scient. XXI. Judic. XLI. Coelo XLV.
Bonoſus pro Unit. D. VIII. Omnip. XII. Aetern. XIII. Vita D. XVI. Inviſibilit. XIX. Trinit. XXV.

C

Chionia pro Vita D. XIV.
Claudius pro Coelo XLIV. Geh. XLVII.
Criſpina pro Un. D. VIII. Omnip. XII. Geh. XLVIII.
Cyprianus pro Unit. Dei VI. Creat. XXVIII.

D

Didymus pro Patre Deo XXVI.
Dionyſia pro Coelo XLIII. Gehen. XLVI.
Domnina pro Deo Creat. XXVIII. Geh. XLVII.
Donata pro Exſ. D. III.
Donatianus pro D. Creat. XXXI. Coelo XLIV.

E

Epipodius pro Deo Creatore XXVII. Coelo XLII.
Eſichyus pro Interceſſ. SS. XXXVII. ſq.
Eulogius pro Deo Creat. XXXI.
Euplius pro Trinit. XXIV.
Eutychia pro Omnip. D. XI.

F

Fauſtus pro Deo Uno VIII. Creat. XXIX. & XXXI. Coelo XLV.
Felicitas pro Spiritu S. XXVI. Opport. fruit. beat. XXXVI. Coelo XLI. Gehen. XLV.
Felix pro Unit. D. VI.
Ferreolus pro D. Creat. XXIX. Angel. XXXIII.
Fructuoſus pro Unit. D. VI. Creat. XXXI.

G

Gordius pro Angel. XXXIII. Judic. XLI. Coelo XLV. Geh. XLVIII.

H

Hermes pro Gehenna XLVII.

I

Jacobus Apoſt. pro Judicio univ. XXXIX. Coelo XLI.
Januarius pro D. Creat. XXXI.
Ignatius pro Unit. D. V.
Irenaeus pro Angel. XXXIII. Coelo XLV.
Irene pro Omnip. D. XI. Scient. XX. Creat. XXVIII. Geh. XLVII.
Julitta pro Trinit. XXIV D. Creat. XXXI.
Julitta matrona pro Patre D. XXVI. Creat. D. XXIX. Coelo XLV.
Julius pro Vita D. XV. Opport. fruit. beatit. XXXVII. Coelo XLV. Geh. XLVIII.
Juſtinus pro Inviſibilit. D. XVIII. Creatore XXVII. Judicio XL. Coelo XLII.

L

Leo pro Unit. D. VIII. Angel. XXXIV. Opport. fruitione beatitudinis XXXVI. Coelo XLV.
Liberianus pro Exsiſt. D. II.
Lucianus pro Coelo XLIII.

M

Marcellus pro Omnip. D. X. Patre D. XXV.
Marcianus pro Omnipot. D. XII. Coelo XLV. Geh. XLVI.
Martialis pro Juſt. D. XVIII. Trinit. XXIV. Creat XXXI.
Maximilianus Mil. pro Unit. D. VIII. Aetern. XIII. Vita XVI. Inviſibil. XIX.
Maximus pro Interceſ. Coelitum XXXVIII. Coelo XLII. Geh. XLVI.

N

Neon pro Deo Creat. XXVIII.
Nicander pro D. Creat. XXIX. Aetern. XIII. Coelo XLV.

P

Patricius pro Omnip. D. XII. Aetern. XIII. Scient. XXI. Volunt. XXII. Provid. XXIII. Creat. XXX. Coelo XLV. Gehen. XLIX.
Petrus Balſamus pro Gehenna XLVIII.
Pherbute pro Coelo XIV. Gehen. XLIX.
Phileas pro Incomprehenſibilit. D. XIX. Sanctit. XII. Creat. XXIX. Angel. XXXIII. Deo Fine XXXV. Reſurrect. XXXIX
Philippus pro Aetern. D. XIII. Creat. XXVIII. Judic. XLI. Coelo XLV.
Pionius pro Omnip. D. IX. Aeternit. XIII. Creat. XXVII. Angel. XXXI. Reſurrect. communi XXXIX. Jud. XLI. Coelo XLV. Gehen. XLVI.
Polycarpus pro Omnip. D. IX. Provid. XXIII. Trinit. XXIII. Opportun. fruitione beatitudinis XXXV. Reſurrect. XXXVIII. Judicio XXXIX.
Probus pro Un. D. VIII. Vita XV. Coelo XLV.
Procopius pro Deo Creat. XXVIII.
Pullio pro Un. D. VIII. Coelo XLV.
Puſices pro Opport. fruitione beatitudinis XXXVII.

Q

Quirinus pro Unit. D. V. Immenſit. XIV. Coelo XLV.

R

Revocatus pro Judic. XLI.
Rogatianus pro D. Creatore XXXI. Coelo XLIV.

S

Sabas pro Unit. D. VIII.
Sabina pro Exs. D. III. Volunt. XXII.
Sadoth pro D. Uno VIII. Creat. XXX. pro Gehen. XLIX.
Saturninus pro Unit. D. VI. Sanctit. XXII. Judic. XLI.
Saturus pro Judicio univ. XL.
Serenus pro Opportuna fruit. beatitudinis XXXVI.
Silvanus pro Omnip. D. IX.
Speratus pro Exſ. D. III. Inviſibilit. XIX.
Symphorianus pro Omnip. D. IX. Coelo XLV.
Symphoroſa pro Exſ. D. III. Coelo XLI.

T

Tarachus pro Vita D. XV. Geh. XLVIII.
Thebaei Milit. pro Un. D. VII. Patre D. XXV. Creat. XXXI.
Thelica pro Omnip. D. XI. Coelo XLV.
Theodora pro Scient. D. XX. Patre Deo XXVI. Coelo XLV.
Theodoritus pro Unit. D. VIII. Omnip. XII. Vita XV. Spir. S. XXVI. Creat. XXXI. Angel. XXXIV. Judicio XL. Geh. XLIX.
Theodotus pro Omnip. D. XII. Deo Creat. XXVIII. Coelo XLIV.
Theonilla pro Gehenna XLVII.

V & U

Victor pro Angelo XXXII. Coelo XLIV. Geh. XLVII.
Vincentius pro Un. D. VII. Omnipot. XII. Vita XIV. Patre D. XXV. Angel. XXXIII. Exſ. peccati orig. XXXIV. Coelo XLIV.
Uſthazades pro Coelo XLV.

RES PRAECIPUAE.

A

Achatius in quibusdam Actis qualis? IV. Idem porro Martyr. *Ibid.*
Actiones materialiter, ut ajunt, criminosas permittit interdum Deus XXI.
Adpendix haec Authoris primitias Martyrologico-dogmaticas exhibet II.
Aetas martyrii Sabinae & Asclepiadis qualis? III.
Aeternitas Dei. XII. sq.
Afrae Acta singularia. XVII.
Angeli Sancti & improbi exsistentia. XXXI. sqq.
Apices divini Edicta Diocletiani & Maximiani dicuntur XIV.
Authoris mens & consilium in edendo Adpendicem, una cum ceteris deinceps monumentis Martyrologicis I. Ejusdem Authoris Clausula & Votum I.

B

Beatitudinis opportuna fruitio. XXXV. sqq.
Biblia sacra jubentur tradere Christiani. XII.
Bollandiani AA. commendantur I.

C

Cirycus trimus Martyr. XXXIV.
Claudii Imp. intoleranda superbia. X.
Coelitum intercessio XXXVIII.
Coena libera apud ethnicos. XI.
Creationis rerum oeconomia. XXX.
Creator Deus XXVII. sqq.

D

Didymi factum egregium. XXVI.
Diocletiani edictum de prodendis libris sacris igni addicendis XII.
Dionysiae eventum singulare. XLIII. Ejus illibata Virginitas. *ibid.*
Divinitas Christi. XXXI. sq.

E

Empyrei beatitudo XII. sqq.
Epocha ejusmodi documentorum prioribus IV. Christi Seculis circumscribitur II.
Exsistentia Dei. II. sqq.

F

Finis creatorum Deus. XXXV.

G

Gehenna XLV. sqq. De gehenna Ecclesiae primitivae doctrinae nostra omnino consona. I. Hac exploduntur sensa impia, quae in vulgus emittunt Origenistae nuperi, ac ceteri bene multi Deistae. *Ibid.* Est locus igne, tenebris, multisque suppliciis varii generis plenus, a prima inde rerum molitione pravis Angelis & hominibus a Deo paratus. *Ibid.* Haec omnia, una cum adcolis patientibus aeternum durabunt, nec ullo temporis intervallo in solatium miserorum intermittuntur. *Ibid.* Sancti plurimi eorum pio timore correpti Martyrium subierunt. *Ibid.*

H

Herculiani seniores milites. XVI.
Hieremias a Benettis laudatur. I.

I

Idola pro diis plerumque Paganis. XIV.
Idololatriae author Diabolus. XXXII.
Ignatii Adloquutio ad Trajanum quo anno? V.
Immensitas Dei. XIII. sq.
Impp. Romanis viventibus cultus deorum adtributus, auctore Claudio Imp. X.
Incomprehensibilitas Dei XIX.
Invisibilitas Dei XVIII. sq.
Judicium universale. XXXIX. sqq.
Juliani Augusti edictum de prodendis libris sacris nullum. XIII. Is mutat signa in labaro. XVI.
Justinus Philosophus M. pertinet ne ad Acta quaedam? II. & XIX.
Justitia Dei. XVIII.

M

Misericordia Dei XVI. sq.
Monumenta id genus omnium praecipua pro sanctis dogmatis. I. Nihil in iis non sanctum, non mirabile, non illustre, non eximium. I. In iis deinceps toto Opere exponendis Authori methodus eadem, ni consilia meliora subcurrerint. *Ibid.*

Omni-

O

Omnipotentia Dei. IX. ſqq.

P

Pater Deus. XXV. ſq.
Peccatum Originis. XXXIV.
Philippi Epiſc. paſſionis aetas. XIII.
Pionius vir doctiſſimus. XXXI. Chriſti Divinitatem qui probet? XXXI. ſq. Proto-martyr pro reſurrect. communi. XXXIX.
Polycarpi paſſionis aetas incerta. IX.
Polytheiſmum proſternunt SS. Martyres. IX.
Proto-Martyres Conſtantiniani monogrammatis Chriſti Jeſu Bonoſus & Maximilianus Milites. XVI.
Protoparentes humani generis. XXXII.
Providentia Dei. XXII. ſq.

R

Reſurrectio communis. XXXVIII. ſq.
Ruinartius Theodoricus laudatur. I. Reſiſtit Bollandianis. XI.

S

Sanctitas Dei. XXII.
Scientia Dei. XX. ſq.
Spes bonorum coeleſtium ac timor gehennae Sanctos ad Martyrium interdum perducit. XLIII. ſqq.
Spiritus Sanctus. XXVI. ſq.
Symphoroſa Tiburtina una adloquutione plura dat dogmata. XLI.

T

Theodorae Virginitas mirabiliter protecta. XX.
Traditores SS. Bibliorum. XII.
Trinitas Dei. XXIII. ſqq.

V & U

Veteranus miles apud Romanos. XV.
Vincentius in ſanctis dogmatis eruditiſſimus. XXXIV.
Violatio SS. Virginum. XXII. & XLIII.
Vita Dei. XIV. ſqq.
Vitis in militia Romanorum inſigne Centurionum. X.
Unitas Dei. V. ſqq.
Voluntarium ubi non eſt, nec peccatum. XXI.
Voluntas Dei. XXI. ſq.

VETVS ANAGLYPHVM IN SARCOPHAGO MARMOREO.

D. M

UNIVERSAE THEOLOGIAE

DOGMATICO-SCHOLASTICAE

PARS TERTIA

DEUS FINIS VIRTUTIBUS OBTINENDUS.

ACCEDIMUS jam ad expositionem mediorum, quorum usus est homini oppido necessarius ad optatam sui Finis adsequutionem, quem in Deo O.M. aeterna justos felicitate beante constitutum vidimus, & multis probavimus. Hoc plane hujusce Partis argumentum, quae propterea ternis de more Tractatibus absolvitur, quorum I. de gratia, II. de virtutibus, III. de peccato, virtuti opposito. Ex iis I. huic Volumini materiem dabit, de reliquis proximum (Deo favente) differet.

TRACTATUS PRIMUS

DE GRATIA.

2 NImirum de utraque gratia, puta de auxiliante, quam identidem actualem, seu transeuntem dicunt, ac de sanctificante, quae & habitualis, seu permanens ac inhaerens, & justificans saepe numero audit; tum subinde de merito theologico, quod gratiam utramque subsequitur. Tribuitur autem Tractatus in Libros tres, e quibus I. ceu

prolegomenon quoddam utile, immo ferme ad quaslibet Theologiae noſtrae Diſſertationes perneceſſarium, eſt de re ſupernaturali, II. de utraque gratia, III. de merito.

LIBER PRIMUS

De Re Supernaturali.

3 PRofecto res ſupernaturales perfrequentem ac ferme perpetuam praeſtant materiem theologicis diſciplinis, ubi praeſertim agitur de arcanis ſanctae Religionis myſteriis, de utraque gratia ſupercoeleſti, de merito theologico, de virtutibus theologicis & moralibus infuſis, de reliquis demum donis coelitus immiſſis aut effectis, quae ad ſupernaturam, hoc eſt ad quemdam rerum divinarum ordinem a natura ſibi relicta remotiſſimum pertinere catholice concipimus. Satis quippe ſuperque conſtat, Theologiam ſacram ex munere ſuo in ſupernaturalibus praemaxime verſari, ac in ſingulis quibuſque tractationibus, vel directa vel obliqua ſaltem facie in Deum qua ſupernaturalis Author eſt, ubivis tendere (*a*). Quocirca & in id negotii cum primis incumbere debet, ut rei ſupernaturalis exſiſtentiam ardenter vindicet, & notionem ſubinde, indolem, partitiones, ceteraſque tantae ſublimitatis dotes expendat. Hanc in rem, quae ſcitu digniora ſunt, pro inſtituto noſtro ediſſerere adgredimur. Sed audiamus primum Errones.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Rem Supernaturalem.

HISTORIA POLEMICA.

4 TUrba hominum propemodum infinita ſacroſancti Dogmatis capitibus qua cunctis generatim, qua particulatim paucioribus hoſtiliter adverſa heic ſeſe prodit; ut taceam Atheos, Polytheos, Pantheiſtas, Materialiſtas, Spinoſiſtas, aliaſque hujus furfuris gentes barbaras cimmeriis idololatriae, ignorationis atque impietatis tenebris obvolutas, ſuis in locis jam notatas, aut deinceps notandas. Quid autem illorum ſingulos vel ne curſim quidem perſequamur? Eos et vero heic praemaxime recenſendos duximus, qui prae ceteris directa facie, propiuſque in eximium ordinem rerum ſupernaturalium impegiſſe videantur. Itaque

E Paganis Scriptoribus

I. *C. Cornel. Tacitus* Hiſtoricus, Rom. Conſul ad an. Ch. 97. (*b*) haec de Religione noſtra revelata, ejuſque Authore ac profeſſoribus lite-

(*a*) Recole quae in hanc rem indicavimus in Tom. I. p. 145. & 247.

(*b*) Ex *Almeloveeno* in faſt. Conſul. p. 129. & 437. Conſentit *Cav.* hiſt. lit. ad calcem Seculi II. Dubitat *Murat.* in theſ. novo Inſcr. claſ. 5. Conſul. ad aeram Chr. 97.

literis mandavit (*c*) . „ Ergo abolendo rumori Nero ſubdidit reos , „ & quaeſitiſſimis poenis adfecit , quos per flagitia invitos vulgus *Chriſtianos* adpellabat . Author nominis ejus Chriſtus , qui Tiberio imperitante per Procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio adfectus erat. „ Repreſſaque in praeſens exſitiabilis ſuperſtitio rurſus erumpebat , „ non modo per Judaeam originem ejus mali , ſed per urbem etiam, „ quo cuncta undique atrocia, aut pudenda confluunt, celebranturque „.

Ergo ad mentem Taciti , inviſi vulgo erant chriſtiani propter flagitia - At quaenam haec ? Quod fidem ſupernam colerent , quod polytheiſmum abnuerent , quod S. Triadem , Chriſti Divinitatem , nova legis evangelicae ſacramenta , & cetera myſteria coelitus revelata profiterentur . Tum Chriſtus re ipſa improbus & ſceleſtus fuit , quoniam per Pontium Pilatum ſupplicio jure adfectus eſt . Nova demum Religio chriſtianorum exſitiabilis ſuperſtitio eſt , videlicet & quoad leges divinitus adceptas , quibus teneri mundum jactitat , & quoad ritus , quos claneulum frequentat , & quoad ſacra , quae ſibi a Deo uno patefacta eſſe confingit . Haec ſine dubio Hiſtorici mens (*d*) (*).

(*c*) Annal. l. 15. c. 44. (*d*) Confer *Baron.* an. 66. n. 6.

ADNOTATIO.

(*) Hic Scriptorum omnium ethnicorum , ſaltem inter Hiſtoricos primus cultores ſuperuae Chriſti legis *Chriſtianos* vocavit ex adpellatione vulgi ; heic nempe ubi primam Neronis in Chriſtianos perſequutionem enarrat , ingruentem an. Chr. 66. Imperii Neronis 10. ap. *Baron.* in eum an. vel ap. alios cum *Pag.* an. Ch. 64. Neron 2. ac inchoatam menſe Auguſto ineunte ex *Nicol Toinardo* , vel medio Novembri ex *Alphonſo des Vignoles* ap. *Jablonskium* inſt. hiſt. chr. ad Sec. I. c. 6. § 4.

Verum nec tum primum Chriſti cultoribus illud nomen impoſitum & apud vulgus notum ac frequentatum . Siquidem Antiochiae hoc natum eſt & illis adſcriptum ex *Luc.* Act 11. 26. ſub imperio Claudii , videlicet an. Chr. 43. Claudii tertio , ſi conſentias *Uſſerio* in annal. vet. & nov. teſt. ad an. 43 p. m 643 ac *Tillemont.* hiſt eccl. t. 1. in chronol. ad ipſum an p. m. 663. contra pleroſque hoc factum rejicientes ad an. Chr. 41. & alios ad 42. Sacratiſſimum ergo cognomen Antiochiae advectum , in Urbem , uti & in ceteras , quas diſcipuli Chriſti incolerent mundi provincias , ſenſim traductum eſt .

Porro *Baron.* ad an. 43. n. 12. fretus authoritate Athanaſii in diſput contra Arium coram Probo Judice , cujus textum ex n. 11. integrum profert , indubitanter adfirmat , Apoſtolos tum Antiochiae Chriſtianum nomen indidiſſe credentibus ad diſtinctionem aliarum ſectarum , quo nempe fideles ab infidelibus heterodoxis ſecernerentur ; ii ſiquidem uno identidem cum fidelibus communi nomine *Diſcipulorum* vocabantur .

Ceterum principio diſputatio illa non Athanaſii foetus eſt , ſed Vigilii Tapſenſis , ex ſententia *Caſſandri* & *Chifflerii* , quibus merito adhaerent *Maurini* Editores oper. Athan. t. 2. p 631. in admonit. praevia . Illam deinde rationem Scriptores alii veteres ſubticent .

Veriſimilius demum nobis eſt , cum *Mamachio* orig. & ant chr. l. 1. c. 1. §. 3. n. 2. Apoſtolos , qui probe norant , ex diverſitate nominum & gentium Judaeorum atque Graecorum poſſe , ut ſolet , ſuboriri diſſenſiones , voluiſſe ut omnes uno ſacroſancto nomine a Chriſto *Chriſtiani* cognominarentur.

Conſulto vero mittimus , quae cit. *Mamach.* adverſus effatum Tapſenſis profert , quod nempe ex priſcis Scriptoribus non orthodoxi modo , ſed etiam haeretici veteres ſibi nomen Chriſtianorum impoſuerint . Unde enim con-

Tacito jure ſubnectendi qui fidem Religionis chriſtianae ſuperſtitionem, aut homines noſtros qua ejuſdem fidei cultores ſcriptis olim ſuis generatim quoquo modo traduxerunt. Eos uno faſciculo chronologico colligatos brevitatis ergo indicare ſufficiat.

Nimirum e Seculo I. chriſtiano *Author* Lapidis profani, qui eſt hujuſmodi „.

NERONI. CLAVDIO.
CAESARI. AVG.
PONT. MAX. OB
PROVINCIAM. LA
TRONIBVS. ET. HIS.
QVI. NOVAM. GE.
NERI. HVMANO.
SVPERSTITIONEM.
INCVLCABANT.
PVRGATAM. (*)

E Seculo II. *C. Plinius Secundus* Romae Conſul ſuffectus ad an. Ch. 100. (e) fidem chriſtianam ceu pravam & immodicam ſuperſtitionem fugillat, & conſtantiam chriſtianorum in tuenda religione pervicaciam eſſe inquit, ſupplicio coërcendam . . *C. Suetonius Tranquillus* ſub Hadriano

conſtat id nominis ſibi haereticos adſumſiſſe ante inſtitutionem illam apoſtolicam?

Tunc quidem ii etiam dicebantur *Diſcipuli* ex citato Tapſenſi. Quod ſi hujus teſtimonium, aliis utique priſcorum Patrum non comprobatum, rejicias, & tibi probandum incumbit ſimilibus documentis, eos tum *Chriſtianos* adpellari.

Provocat ſubinde hic Author ad Euſeb. hiſt. l. 4. c. 11. ad Epiph. haer. 29. n. 6. ad Conſtantinum Aug. ap Socr. hiſt. l. 1. c. 9. Ii tamen Scriptores quod certum eſt produnt, nempe aliquando haereticos vulgo nomen *Chriſtianorum*, quo decorarentur, ſibi adrogaſſe; quod autem, quo lis vertitur, ante inſtitutionem Apoſtolicam hoc ſibi adrogarint, illorum exprimit nullus.

ADNOTATIO.

(*) Sic Lapidem deſcribit *Moraleſius* in Chron. Hiſp. l. 9. fol. 265., adnotatque ſe illum non vidiſſe, ſed tradere eo modo, quo ſua aetate ferebatur inter Antiquarios Hiſpanos ceu exſcriptum olim ab aliquo, qui viderat Marmor in via vulgo *de la plata* apud Luſitanos, opinor. Lapidem varie varii exſcripſerunt, ut puta *Baron.* ad an. 69. n. 46. *Gruter.* p. 238. 9. e Scotti, Metellique ſchedis, *Halloixius* de Script. eccl. orient. in S. Ignatio c. 4. p. m. 299. *Bingham.* orig. eccl. l. 1. c. 2. §. 6. *Mamach.* orig. eccl. l. 1. c. 2. §. 7.

Vides heic Religionem Chriſtianam, quam ejus cultores per totum terrarum orbem hominibus enixe praedicabant, *novam ſuperſtitionem* vocari, dicique in ſummum Neronis plauſum ab eo purgatam; quo plane innuitur, perſequutionem Neronianam uſque ad extremos Hiſpaniae terminos pertigiſſe.

Haec quidem eorum opinio, qui cum *Baron.* cit. Lapidem hunc exſiſtimant genuinum. Non ita vero eorum, quibus cum *Scaligero*, *Fleetwoodo*, *Ittigio* ap. cit. Mamach. aut nothus eſt, aut ſaltem inter dubios referendus.

Ceterum hos omnes in Scaligero perſtrinxit cit. *Pagius* ſenior in crit. Baron. ad an. 64. ſecundum Baronium 66 n. 4 „quum „ Scaliger, inquit, ſuae ſuſpicionis ratio„nem nullam in medium adferat, nec cum „ fundamento adferri poſſit „. Haec ille; qui tamen in eo fallitur, quod adſerat, Marmor in Hiſpania Piſvergae exſtare, ac etiamnum videri; niſi forte poſt editum, quem laudavimus, Moraleſii librum, fortunata forte illud comparuerit.

(e) L. 10. epiſt. 97. ad Trajan.

no epiſtolarum Magiſter (*f*) chriſtianam Religionem dixit eſſe *genus hominum ſuperſtitionis novae ac maleficae* .. Tum *Domitius Ulpianus*, gente Tyrius, J. Ctus clariſſ. Praetorio Praefectus (*g*) *reſcripta Principum nefaria collegit, ut doceret quibus poenis adfici oporteret eos, qui ſe cultores Dei* (h. e. Chriſtianos) *confitereutur*.

E Sec. IV. *Himerius* ex Bithynia ortus, Sophiſta non incelebris ſub Conſtantio & Juliano Auguſto „ in dicendo talis, tantuſque quum eſſet, impie „ tamen de religione ſenſiſſe perſpicuum eſt, latenterque mordentes imi„ tatus canes, chriſtianos adlatravit „. (*h*) .. *Theoſtenes* Peripateticus ſacrorum Evangeliorum calumniator impius (*i*) .. *Eunapius*, de quo dictum *ſuperius* (*k*) .. *Libanius* Antiochenus patria, profeſſione ſophiſta, S. Jo. Chryſoſtomi olim Magiſter, haud raro ſcriptis ſuis clam ſugillat religionem chriſtianam, ejuſque cultores (*l*). His forte quiſpiam adjiciendum cenſuerit *Authorem*, vel *Authores* duorum Marmorum, quae apud Hiſpanos adſervata feruntur (*m*), & ſunt ejuſmodi,

DIOCLETIAN. IOVIVS. ET. MAXIMIANVS. HERCV
LIVS. CAESS. AVGG. AMPLIFICATO. PER. ORIEN
TEM. ET. OCCID. IMP. ROM. ET. NOMINE. CHRIS
TIANOR. DELETO. QVI. REMP. EVERTEBANT

Tum alterum,

DIOCLETIAN. CAES. AVG.
GALERIO. IN. ORIENTE. A
DOPT. SVPERSTITIONE. CHRIST.
VBIQVE. DELETA. ET. CVLTV
DEORVM. PROPAGATO (*)

E Sec. V.

(*f*) In Nerone c. 16.

(*g*) Inter Libros X. de Principum reſcriptis ad librum 7. de Officio Proconſulis, teſte *Lactant.* de juſt. l. 5. c. 11. ſub fin.

(*h*) Haec *Photius* cod. 165. ſub fin. p. 355.

(*i*) Eum 4. libris oppugnavit *Macarius Magnes* Epiſcop. qui fl. ſub initia hujus Sec. Conf. *I. A. Fabr.* in luce evang. c. 8. n. 11.

(*k*) Tom. IV. p. 148. ſq.

(*l*) Praeſertim 1°. in Monodia Juliani, 2°. in Epitaphio Juliani, 3°. in orat. de templis gentilium.

(*m*) Ap. *Moraleſium* cit. l. 10. c. 26. fol. verſo 381. & f. 382. ex *Cyriaco Anconitano*.

ADNOTATIO.

(*) UTrumque Marmor, ceu Cluniae apud Hiſpanos aliquando profans, recitat *Gruter.* p. 280. 3. & 4. e ſchedis Scotti. Utrumque pariter *Occus* in Inſcript. Hiſpaniae p. xxxv. n. 2. & 3. Tum utrumque *Baron.* ad an. 304. n. 9. ex Aldo Manutio & Occo tanquam Arevaci exſiſtens. Item *I. A. Fabr.* in luce Evangel. c. 8. §. 14. p. m. 157. Alterum denique recitat *Mamach.* cit. l. 1. p. 83. atque indicat *Bingham.* cit. l. 1. c. 2. §. 6.

Anne vero legitima, atque indubia ſint

E Sec. V. *Maximus* & *Hierax* alias notati (*n*).. *Olympiodorus* Thebis Aegyptiacis oriundus, non modo ſuperſtitionum paganarum ritus commendavit, ſed & Chriſtianos ceu novae ac falſae religionis cultores clam traduxit (*o*).. E Sec. VI. *Damaſcius* Philoſophus, iis Peripateticus, illis Stoicus, patria Damaſcenus, ſanctam religionem, quamvis timide, tectaque malevolentia, haud raro tamen fugillat (*p*).

Et ii quidem, quos hucuſque praelibavimus Scriptores Ethnici obiter, quaſi aliud agendo, leviuſque religionem noſtram ſupernam perſtrinxerunt. Venio ad alios, qui fuſius & acerbius hoc idem argumenti genus perſequuti ſunt.

II. *Celſus* ille, quem libris octo celebratiſſimis exagitavit Origenes, ſecta Epicureus (*q*) ſub Hadriano Imp. malitia deteſtabili in veritaſint haec Marmora? Ejuſmodi quidem ſunt citatis Occo, Grutero, Baronio, Fabricio, Binghamo; Mamachius autem nihil decernit; Moraleſius demum, emunctae naris vir, mihi vehementer dubitat.

Quod ſi rem definire lubeat, ab uno teſte tota lis pendet, ſcilicet a *Cyriaco Anconitano*, e cujus editis Antiquitatibus Marmora depromſiſſe Moraleſius teſtatur.

Jam Cyriacus patria Anconitanus apud Italos, Antiquarius percelebris, circa medium Sec. XV. primus omnium, vel inter primos fuit, qui Viatorem agens Eruditum verſus Orientem & univerſam Italiam, praeter alia antiquitatis monumenta, veteres Inſcriptiones undique collegit: ex iis vero, illarum, quas per Illyricum reperit, collectionem in vulgus edidit ſub hoc titulo: „ Epigrammata reperta per Illyricum a Cy„ riaco Anconitano apud Liburniam „ quam xxxxiv. paginis conſtantem prelo committendam curavit Card. Franc. Barberini ſenior; reliquas autem in ſchedis ſuis, quae ampliſſimae ſuperſunt in Bibliothecis Vaticana, & Mediceo-Laurentiana, ineditas reliquit, at cum pluribus, reor, literis communicatas & in vulgus ſparſas. Ex iis etenim haud parum profecerunt proximi Inſcriptionum veterum Collectores, puta *Mazochius*, *Petr. Apianus*, *Barthol. Amantius*, quos ſerius imitatus videtur *Moraleſius* quum de antiquitatibus Hiſpaniae ageret.

Heinc ergo Cyriacus ceu diligentiſſimus juxta ac eruditiſſimus vir in diſciplina veterum monimentorum ſummis ornatur laudibus ab ſuis amicis, quas idem, nimia captus philautia, recitat in Itinerario, quod dicavit Eugenio P. IV., primum edito a *Laurent. Mehuſio* 1742. adjecta Praefatione erudiriſſima, nonnulliſque ſparſim notulis.

Jam vero quam in hiſce anecdotis mereatur Cyriacus fidem, paucis habe ex *Ant. Auguſtino*, Viro ſummo & adprime critico, in dial. 9. Antiq. p. m. 124. „ Cyriacus, in„ quit, Inſcriptiones fingendo commentus „ eſt, ut Jo. Annius Viterbienſis Beroſium „ & Metaſthenem ſuppoſuit „ & dial. 11. p. 161. „ Cyriaci autem Anconitani Inſcri„ ptiones plurimas in Annalibus Hiſpaniae „ Ambroſius Morales temere deſcripſit. Mi„ rari equidem ſoleo in tot, tantiſque Inſcri„ ptionibus, quas ille adtulit, nullas ho„ die in Hiſpania legi „ &c.

Auguſtino quidem ſuffragari videntur *Jo. Ger. Voſſius* de hiſtor. lat. l. 3. c. 10. p. m. 809. & *Jo. A. Fabric.* in bibl. med. & inf. latinit. l. 3. in Cyriaco. Eiſdem & nos adſentimur, putamuſque ſubinde adlata Marmora ad ſpuria, vel ſaltem vehementer ſuſpecta eſſe amandanda. His adde, nullum ex tot Encomiaſtis ſynchronis, aut ex poſteris Epigrammatum ſuorum exſcriptoribus, Viatorem hunc a fidelitate, adcuratione, critice commendaſſe.

(*n*) Ad Tom. IV. p. 149. ſq.

(*o*) In libris 22. hiſtoriae, quarum ampliſſima excerpta habes ap. *Phot.* cod. 80. a p. 178.

(*p*) In vita Iſidori ejus Praeceptoris. Conf. cit. *Phot.* cod. 181. a col 407. & cod. 242. col. 1027. ſqq.

(*q*) Quidquid aliis Stoicus fuerit, aliiſque Platonicus; de qua controverſia plura vide ſis ap. *Spencer.* in adnotat ad Origen. contra Celſ. non procul ab init. *Hornium* hiſt. philoſ. l. 5. c. 4. *Cudvvort.* ſyſt. int. c. 4. p. 654. cum not. Moshem. *Voſſ.* hiſt. graec l. 2. c. 15. *Delarueum* in admonit. ad 8. libros Origenis contra Celſ. *Brucker.* hiſt. phil. t. 2. a p. 604.

ritatem divinam inflammatus libros duos adversum religionem christianam exaravit. In iis autem sceleſtiſſimis foetibus impudens nebulo quidquid fere sanctum est ac supernaturale creditur in nostra religione instar canis rabidiſſimi morsibus, cavillis, jocis, scommatis, calumniis irrisit ac dilaceravit: videlicet Christi Domini personam, divinitatem, originem, miracula, virtutes, gesta omnia; veritates item revelatas & codicibus utriusque Testamenti comprehensas, tum divinam Apostolorum electionem, eisque tributas, actisque comprobatas gratias, quas gratis datas vocarunt; tum resurrectionem Christi & nostram, quam vel ne quidem possibilem insipienter voluit; cetera demum Mysteria, quae Christi Ecclesia, revelatione duce jure amplectitur & adorat (r).

III. *Lucianus* Syrus Samosata, Celsi praefati synchronus, itemque Epicureus, genere humili, suopte ingenio valde satyricus, saepe in dialogis, praesertim in morte Peregrini, in Triephone & Critia, in Asino, Philopatride religionem Christi supernam irrisit & exagitavit; qnin immo impiissimus nebulo, quem ex *Suida* Atheis alias (s) adnumeravimus, haud dubitavit Christum Dominum inter Sophistas, hoc est inter impostores referre, cujusmodi Apollonius Thyanaeus, Alexander, hujusque furfuris alii fuerunt (t) (*).

IV. *Por-*

(r) Singula haec luculenter edidicimus, non ex eisdem Celsi libris, qui perierunt, sed ex laudatissimis Origenis eorum oppugnatoris commentariis contra Celsum, quos consule sis.

(s) In Tom. II. p. 3.

(t) Conf. citt. dialogos una cum ejus *Interpretibus* in edit. Amstelod. 1687. & *Brucker.* hist. Phil. t. 2 a p. 615. §. 7.

ADNOTATIONES.

(*) I. NOn convenit inter Eruditos, num dialogus Philopatridis foetus sit legitimus Luciani, vel suppositicius. Volunt quidem suppositicium, aliique Authori vetustiori, aut synchrono aut longe recentiori tribuendum *Theodor. Marcil.* interpres Luciani sub init. Philopatr. in cit. edit. Amstelod. t. 2. p. 763. sq *Caveus* (subdubitans tamen) ad Sec. II. sub fin. *Joa. Matthias Gesner.* in diss. de aetate & authore Philopatridis, quae exstat inter opera Luciani tom. 3 sub fin. edit. gr. lat. Amstel. 1743. *Huet.* dem. ev. prop. ... *Walter. Moyle* apud. cit. Gesner. §. 25. *Brucker.* cit. p. 621 sub fin. fere *Jacob. Mycill.* in argumento in Philopatrid. in edit. Basileens. Lucian. t. 4. p. 456. in dialogis nothis.

Alii vero frequentius legitimum putarunt cum *Baron.* ad an. 66. n. 10. & 68. n. 2. ac *Indice Rom.* libr. prohib. in Luciano. Neque ambigere porro licet, apud hujus Authoris opera cum olim inedita, tum primum edita hunc de quo differimus dialogum Luciano adscriptum fuisse.

Quid vero? Ii profecto Scriptores nihil in dialogo animadverterunt Luciani ingenio acuto, dicaci, faceto, impio non omnino dignum. At illi tamen nonnulla repererunt, quae in legitimitatem ejus foetus dubium aut suspicionem animo ingerere possint.

Quia nempe, ajunt, e. c. phrasis ac tota adeo Philopatridis compositio ceteris dialogis Lucianeis haud quaquam similis est, quod eos heinc inde adcurate conferenti satis innotescet. Et instar plurium heic stili ineptias illa produnt, quae Critia interloquutore fatur pag. m. 765. „ phy, phy, „ phy, nugas illas. Heu, heu, heu, heu, „ consultationes malas. Vae, vae, vae, „ vae, spei inani „.

Peccat deinde hic dialogus in chronologiam; quoniam fingit, Lucianum, qui floruit post bellum Marcomanicum an. Chr. 171., ex ejusdem Pseudomante, baptisme tin-

IV. *Porphyrius*, hoſtis ille chriſtiani nominis infenſiſſimus, de quo plura alias (*u*) in XV. libris impiis contra chriſtianos exſaratis, in ſacra pene ſingula ſupernae legis immaniter debacchatus eſt. Ii quidem omnes perierunt, prorſus aboliti ex lege *Conſtantini* M. (*x*) & *Theodoſii* M. (*y*) quin & ap. *Cod. Juſtin.* (*z*) haec legimus. „ Decerni„ mus igitur, ut quaecumque Porphyrius propria impulſus veſania „ contra piam chriſtianorum religionem ſcripſit, apud quemcumque „ inventa fuerint, igni tradantur; ſiquidem omnia ſcripta, quae di„ vinam iram provocant & animas laedunt, ea ne ad aures quidem „ hominum venire volumus „. Nihilo ſecius illorum aliqua memoria nobis ſupereſt apud veteres Patres, e quibus porro conjicere licet praecipuum Philoſophi laborem in eo verſatum eſſe ut Scripturarum ſacra,

tinctum fuiſſe a Paullo, martyrii palma coronato an. Ch. 69. Nemo autem unus Luciano annum aetatis tertium ſupra centeſimum adſcripſit. Mitto cetera, quae adcuratiſſime pertractata videris a cit. *Geſnero*, alias Luciani interprete praeſtantiſſimo.

Utut vero ſit de certo hujuſce foetus parente, nec iſtum Lucianus noſter ediderit, alios tamen nobis mox indicatos edidit, in quibus ſupernam religionis chriſtianae fidem ceu falſam, exſicialem, ſuperſtitioſam, aut aperte, aut obſcure inſectatus eſt.

Animadvertas heic obiter, ap. cit. *Theodor. Marcilium* faili Baronium, quod verba Philopatridis mox recitata ad an. Ch. 68. Neronis 12. referat; quaſi adſeruerit hic Author Lucianum eo anno floruiſſe ac dialogum concinnaſſe.

Fallitur autem Marcil. nimiumque praecipiti critice Baronium notavit. Hic enim in primis verba illa retulit non ſub an. Neronis 12. ſed ſub 10. n. 10. Nec ea deinde tum poſuit, quod putaret ſub ea aetate ſcripſiſſe Authorem dialogi, quippe deinceps ad an. Ch. 171. M Aurel. & L. Veri 9. n. 7. diſerte adfirmat ad ea uſque tempora perveniſſe Lucianum, ac etiam eadem ſupergreſſum eſſe.

II. Sunt qui cum *Scholiaſte* veteri, & *Hoffman.* in lex. univ. in Luciano, autumaverint, Lucianum e caſtris chriſtianis ad ſacra gentilium transfugiſſe. Quia nempe in praenotatis dialogis ſe rerum chriſtianarum callentiſſimum oſtendit, ac in Philopatride ſanctum lavacrum ſuſcepiſſe adfirmat. Qui etiam a *Suida* art. Λουκιανός dicitur fuiſſe in Antiochia *concionator*, ut legit *Baron.* an. 171. n. 7.

Oppoſitum vero tenet vulgatiſſima opinio cum *Tillem.* hiſt. Imp. t. 2. in M. Aurel. art. 29. *J. A. Fabric.* bibl. gr. l. 4. c. 16. in vita Luciani p. 487. *Bruck.* cit. p. 622. Iis quippe documenta illa nihil probant. Principio etenim potuit Philoſophus acutiſſimus res chriſtianas inſigniter callere, quin profiteretur Chriſtianiſmum. Deinde Philopatris vel alterius parentis eſt, vel quae de ſuſcepto baptiſmo enarrat, inſtar fabulae habenda qua baptiſmum irrideat qui „ deorum, hominumque irriſor, eſt *Barth.* in Rutilio.

Baronius demum adcepit interpretationem Scholiaſtis veteris, qui hunc Suidae locum ſic vertebat δημηγόρος ἐν ἀντιοχείᾳ τῆς συρίας, *fuit concionator Antiochiae, quae Syriae urbs eſt*. Verum recentior & adcuratus Interpres *Lodov. Kuſter* in edit. Cantabrig. 1705. ex Mſs. Pariſ. legit δικηγόρος ἐν ἀντιοχείᾳ, *Cauſidicus Antiochiae*; & haec quidem lectio & ipſi & nobis multis nominibus praeferenda. Nullo igitur titulo ethnici impiiſſimi chriſtianiſmus paucioribus Scriptoribus adſeritur.

Praeter laudatos Fabricium, Tillemont. Brucker. plura olim in Lucianum documenta congeſſit *Pope-blount* in cenſ. celebr. auth. ad an. 170., at more ſuo abſque ulla critice.

(*u*) *Supra* ad Tom. IV. p. 147. ſqq.

(*x*) Conſtat ex altera ejuſdem epiſt. qui initium *Quum malos*, ap. *Socr.* hiſt. l. 1. c. 9.

(*y*) Habetur in Act. Synod. Epheſ. ap. *Harduin.* t. 1. p. 1720.

(*z*) De ſum. Trin.

ſacrarum authoritatem, hoc eſt fundamentum cui ſuperna religio innititur, prorſus convelleret (*a*).

Heinc ex Patribus diſcimus, illum e. c. *libro* 1. de contrarietate ac contradictionibus ſacrarum literarum egiſſe (*b*) *libro* 3. Scripturae interpretationem inter chriſtianos tunc temporis receptam, prae primis allegoricam perſtrinxiſſe (*c*) *libro* 4. hiſtoriam Moſaicam & antiquitates Hebraeorum ſugillaſſe (*d*) *libro* 12. & 13. contra prophetiam Danielis ardenter diſſeruiſſe (*e*) *libris reliquis* in ſacram hiſtoriam Evangeliorum pugnare (*f*).

V. *Hierocles* Bithyniae Praeſes, deinde Alexandriae, ut ajunt, Praefectus, Diocletiano author & conſiliarius ut perſequutionem in chriſtianos excitaret, hoc „ ſcelere non contentus, ajebat *Lactant.* (*g*) „ etiam ſcriptis eos quos adflixerat inſequutus eſt. Compoſuit enim „ libellos duos, non contra chriſtianos, ne inimice inſectari videre„ tur, ſed ad chriſtianos, ut humane ac benigne conſulere putare„ tur; (eos ex *Euſeb.* mox adducendo inſcripſit Φιλαλήθης, hoc eſt „ amatoris veritatis) in quibus ita falſitatem Scripturae ſacrae argue„ re conatus eſt, tanquam ſibi eſſet tota contraria .. praecipue tamen „ Paullum, Petrumque laceravit, ceteroſque diſcipulos tanquam fal„ laciae ſeminatores, quos eoſdem tamen rudes & indoctos fuiſſe te„ ſtatus eſt „. Idem (*h*), quum facta ejus (Chriſti Domini) mira„ bilia deſtrueret, nec tamen negaret, voluit offendere, Apollo„ nium vel paria, vel etiam majora feciſſe „. Sycophantam acriter carpit laud. *Lactant.* fuſiuſque ac vehementius *Euſebius* commentario polemico, quem inſcripſit „ Liber contra Hieroclem, qui ex Philo„ ſtrati hiſtoria comparavit Apollonium Tyaneum Salvatori noſtro Je„ ſu Chriſto „. (*)

(*a*) Lege *Euſeb.* pr. ev. l. 10. c. 9.

(*b*) Conf. *Hieron.* in proem. ep ad Galat. & in cap. 2. ejuſdem ep. & l. 14 commentar. in Iſai. ſub fin. & ep. olim 89 ad Auguſtin.

(*c*) Adeundus *Euſeb.* hiſt. l. 6. c. 19.

(*d*) Evolve *Euſeb.* pr. ev. l. 1. c. 9 & l. 10. c. 9. nec non *Theodoret.* ſerm. 2. de Therapeut.

(*e*) Conf. *Hieron.* in prooem. comment. in Daniel. & in Apolog. adverſ. Ruſin. & in Matt. l. 4. ad cap. 24.

(*f*) Ita ſimpliciter *Caveus* hiſt. lit. ad Sec III ſub fin. ſed abſque ulla probatione. Quod autem nebulo eam hiſtoriam alicubi fallitatis inſimularit, erui videtur ex *Hieron.* l. qq. hebraicar. & ep. olim 101. ad Pammach. modo 57. n. 9. Reliqua de Porphyrio petenda ab *Holſten.* in celebri diſſ. de ejus vita & ſcriptis, quae exſtat ap. *J. A. Fabric.* bibl. gr. l. 4. par. 2. a p. 207.

(*g*) Inſt. l. 5. cap. 2.

(*h*) Proſequitur *Lactant.* c. 3.

ADNOTATIO.

(*) SUnt ex ſchola Eruditorum Proteſtantium, qui tenuerint, Hieroclem hunc diſtinguendum non eſſe ab Hierocle illo Philoſopho Alexandrino, Eccleſiaſticis adnumerato, praeclaro Interprete illorum, quae dicuntur *aurea carmina*, Pythagorae vulgo adſcripta (de quibus plura *J. A. Fabric.* bibl. gr. l. 2. c. 12. p. 459. ſqq.) quem Hiſtoriographi Philoſophiae ad ſeculum v. rejiciunt. Ita quidem

Jo.

VI. *Anonymus*, qui in Bithynia antiſtitem ſe philoſophiae profitebatur, eodem ipſo tempore, quo juſtus populus nefarie lacerabatur, tres libros evomuit contra religionem, nomenque chriſtianum (*).

VII. *Julianus* Auguſtus, vulgo *Apoſtata*, Conſtantii Imp. ſubceſſor, primum chriſtianus, Ethniciſmi deinde inſtaurator, tres libros con-

Jo. Jonſius, *Lud. Kuſterus*, *Jo. Pearſonius*, quos duntaxat citatos legere licuit, ap. *Brucker.* hiſt. Phil. t. 2. pag. 307. ſqq.

Oppoſitum tamen ceu hucuſque indubium docet vulgatiſſimus Criticorum chorus cum *Baron.* ad an. 302. n. 58. ſq. *Tillem.* hiſt. eccl. t. 5. in notis ſuper Dioclet. perſeq. not. 19. *Jo. A. Fabr.* bibl. gr. l. 2. c. 12. §. 6. p. m. 459. *Bruck.* cit. *Orſio* hiſt. eccl. ad an. 303. *Nicol. Lenglet* in notis ad Lactant. l. 5. inſt. c. 2.

Et jure quidem optimo. Quippe Hierocles, de quo Lactant., ille idem eſt Bithyniae Praeſes,, qui author & conſiliarius ,, ad faciendam perſequutionem fuit ,, quod, exprimens nomen Hieroclis, alias tacitum, repetit Lactant. in l. de mort. perſequutor. c. 16. Nec alius item ipſe eſt ab eo, quem laudato commentario perſtrinxit Euſebi. Caeſareenſ. Id quod Lactantium cum hoc Euſebio conferenti ad evidentiam conſtare videtur. Floruit autem idem Hierocles ſub perſequutione Diocletianea, niſi aperte mendacii reum Lactantium velis.

At vero Hierocles Alexandrinus Philoſophus non niſi ſeculo v. floruit. Namque ſi qua fides Damaſcio .... hic diſcipulum habuit Theoſebium, qui Juſtiniani temporibus vixit. Ac inſuper ſi idem Hierocles conſcripſerit librum de providentia & fato, lectum *Photio* cod. 214. a p. 547. (quae ſententia eſt Jonſii poſt *Caveum* bibl. lit. ſec. IV. ſub fin. in Hierocle) hunc porro librum dicavit Author Olympiodoro hiſtorico, qui ſub Honorio ac Theodoſio II. Impp. inclarebat.

Quod autem Jonſius ap. cit. *Tillem.* excogitavit de Euſebio quodam juniore, qui ſub Theodoſio confutarit memoratum Hieroclis commentarium de providentia & fato, quaſi hic ille idem ſit, qui Euſebio Caeſareenſi tribuitur, commentum inſigne eſt. Nemo quippe Caeſareenſem percurrens non videt, eum potius, aut unice Philoſtratum convellere ab Hierocle laudatum, non Hieroclis a Photio lecti diſſertationes.

ADNOTATIO.

(*) HAec idem *Lactant.* inſt. l. 5. c. 2. ubi & ejuſdem Philoſophi audaciam, intemperantiam, barbariem, vanitatem, aliaque vitia vivis coloribus depingit. At impudentiſſimi tamen hominis nomen omnino reticet, quemadmodum & nomen Hieroclis heic ſiluit; quo plane videris, quam parum odioſus eſſet in hoſtes quorum nominibus parcit.

Heinc vero nonnulli divinare adgreſſi hunc celati nominis Philoſophaſtrum. Ex *Barenii* ſententia ad an. 302. n. 51. ille Porphyrius fuit, qui nempe & inter Platonicos hujus temporis excellebat, & adverſus chriſtianam religionem virulentos edidit commentarios.

Acriter refragantur *Baelius* lex. in Hierocle, *Cav.* hiſt. lit. ſec. IV. ad an. 302. *Holſten.* de vita & ſcript. Porphyr. c. 3., quatenus nempe quae de Anonymo tradit Lactant., nec Porphyrii moribus, nec aetati, nec numero librorum contra chriſtianos in Sicilia conſcriptorum admodum conveniunt. Id quod Holſtenius prae ceteris convincere videtur. Ne actum agamus, eum conſulas.

Hunc alii exiſtimant fuiſſe Maximum illum, ortu Epheſium, natalibus clarum, ea tempeſtate inter philoſophos praeceptorem, quem deinceps Nicomediae audivit Julianus Auguſtus.

Ceterum non video cur ipſe potius, ac alii Philoſophiae antiſtites, eadem tempeſtate florentes, neque minus ſcientia ſua tumidi, & Imperatorum adulatores, & chriſtianis ceu novae religionis ſibi adverſae cultoribus hoſtes infenſi (quales dixeris Plotinum, Jamblichum, Aedeſium, & alios; quorum vitas habes apud *Eunapium* ejuſdem Seculi Scriptorem) hic ille Maximus fuerit. Abeant ergo ejuſmodi hariolationes curiolae in re, quam Lactantius ſilentio contectam voluit.

contra ſancta Evangelia & venerandum chriſtianorum cultum compoſuit (*i*) immo commentarium confecit ſeptem libris conſtantem adverſum chriſtianos (*k*). Quot hic ethnicus convicia, probra, ſcommata effutierit in ſupernam religionem, ejuſque Authorem Chriſtum & profeſſores, non modo in libris citatis, ſed etiam in reliquis ſparſim ejuſdem ſcriptis, quae hodieque exſtant (*l*) quis enarrare ſufficiat? Satis ſit unum aut alterum ex deteſtandis ejus effatis innuiſſe. Videlicet Chriſtum Jeſum adpellat *novum conſictae Deitatis Deum Galilaeum*, ejuſque cultum *religionem agreſtem* (*m*) profeſſionem vero Ss. Trinitatis, ob quam Chriſtiani complurimi a Conſtantio Imperatore Ariano patria ejecti ſunt, dixit *amentiam Galilaeorum* (*n*) demum chriſtiani nominis cultum *impiam chriſtianorum religionem* vociravit (*o*). Plura alias de Juliano inter Ethnicos apud ſyllabos noſtros adnumerando.

VIII. *Libanius* Sophiſta, Juliani encomiaſtes, haud leviter data occaſione ſupernam religionem carpere geſtit (*p*).

IX. *Eunapius* ſub Juliano Auguſto ſuum, quo aeſtuabat in religionem chriſtianam odium hiſce verbis explicuit (*q*) „ fieri namque „ poteſt ut iſtud (adflatum divinum) occultum habuerit Aedeſius ob „ temporum iniquitatem, quod tum Conſtantinus Imperium regeret, „ qui fana toto orbe celebratiſſima evertebat & chriſtianorum aedi„ ficia exſtruebat „. Vir nequam *temporum iniquitatem* vocat, quae Conſtantinum everſorem ſuperſtitionis, & adſertorem, propagatoremque ſupernae veritatis ferebant. Tum ritus Paganiſmi ſuperſtitioſos, *invaleſcente jam lateque omnia occupante religionis chriſtianae negotio*, ut idem loquitur, *felicem & beatam vivendi formulam* vocat, quam gloriatur Sardis innovaſſe Juſtum Aſiae Praefectum (*r*). Ejuſdem ſcommata in cultum chriſtianum erga SS. Martyres, eorumque lipſana *ſuperius* indicavimus (*s*).

X. 2. *Aur. Symmachus* Roma oriundus, ejuſdemque Urbis Senator, & Praetor, ac demum Conſul ad an. 391. cum Collega Tit. Fab. Tatiano, aliis Titiano, infenſum religioni revelatae animum prodidit prae primis in Relatione pro ara Victoriae, ſenatus nomine Valentiniano Imperatori oblata ſub an. 384.; in qua nempe cauſſam religionis ethnicae contra chriſtianam ſtrenue atque ex inſtituto tutatur (*t*). Hoſtem

(*i*) Author eſt *Cyrill. Alex.* l. 1. contra Julianum p. m. 3.

(*k*) Teſtem habeo *Hieronym.* epiſt. 70. alias 84. ad Magnum n. 3.

(*l*) Edidit gr. lat. *Ezech. Spanhem.* cum obſervat. *Petav.* an. 1696.

(*m*) In epiſt. ad Photinum haeret quae exſtat ap. editionem Sirmondianam Facundi Hermiani pro tribus capit. ad lib. 4. c. 2. p. m 59.

(*n*) In epiſt. 31. ad Aetium Epiſc. in t. 1. oper. p. 404.

(*o*) Epiſt. 49. ad Arſacium Pontific. Galatiae p. 429.

(*p*) Prae primis in orat. de ulciſcenda Juliani nece §. 22. ap. *J. A. Fabric.* bibl. gr. t. 7. p. 173. ſqq. ac in orat. parentali in ipſum Julian. §. 60. 61. 87. ap. cit. *Fabric.* p. 286 ſqq. Libanium haec diſſerentem acriter confutavit *Socrat.* hiſt. l. 3. c. 23.

(*q*) In vitt. Philoſoph. in Aedeſio.

(*r*) In vita Chryſanthii ejus Magiſtri.

(*s*) Tom. IV. p. 148. ſq.

(*t*) Proſtat inter opera S. Ambroſii edit. Maurinae poſt epiſt. 17. claſſis I.

hunc pluribus profligarunt *Ambroſius* (*u*) & *Aurel. Prudentius Clemens* (*x*).

XI. *Zoſimus* Comes & Ex-Advocatus Fiſci ſub an. circ. 425. in ſuis hiſtoriarum libris ferme quoties de rebus chriſtianorum occurrit ſermo, religionem eorum acerbe perſtringit; eoque nomine in omnes pene Principes chriſtianos, ac prae primis in Conſtantinum M. invehitur (*y*). Et huic quidem „ ob id infenſus, quod primus ex Imperatotibus „ relicta exſecrabili Graecorum ſuperſtitione, chriſtianam religionem „ amplexus eſſet „ (*z*). Calumniatorem ethnicum pluribus ptoſcindunt, & chriſtianum Imperatorem ſtrenue vindicant complurimi (*a*). Porro *Jo. Leunclavius*, eruditiſſimus vir, prolixam in Zoſimi gratiam edidit apologiam (*b*). At ſi *Caveum* audias (*c*) laterem lavat, ac Aethiopem dealbare conatur. Secus tamen ex parte alii ſentiunt, quippe, ajunt, nec in omnibus ſine crimine Conſtantinus. Litem alii, quibus eſt otium, dirimant. Interim vero oppido conferendus *J. A. Fabricius* (*d*).

XII. *Proclus* Byzantii natus, dictus vulgo Lycius, quod parentibus ſit genitus Lyciis, Syriani diſcipulus, & in ſchola Athenienſi Platonicorum ſubceſſor, exſtinctus an. 485. „ Hic eſt Proclus ille „ qui ſecundus a Porphyrio impuram & petulantem linguam in chri„ ſtianos ſtrinxit. Adverſus hunc Joannes cognomento Philoponus „ ſcripſit, qui argumenta ejus XVIII. admirabili dexteritate refu„ tavit „ (*).

XIII. *Jang*

(*u*) Epiſtola ad eundem Valentinianum conſcripta eodem an. 384. quae eſt 18. in ipſa claſſe.

(*x*) Duobus libris carmine concinnatis, quos *Iſaacus Grangeus*, Vindocinenſis commentariis eruditis expoſitos ſcorſim evulgavit Pariſ. 1614.

(*y*) Ad l. 2. hiſtoriar.

(*z*) Haec *Evagr.* hiſt. l. 3. c. 40.

(*a*) Cum cit. *Evagr.* c. 40. ſq. *Niceph.* hiſt. l. 16. c. 41. ſqq. *Baron.* ad an. 306. n. 18. apud quos videris capita adcuſationum & vindicias.

(*b*) Eam praefixit libris hiſtoriar. ejuſdem Zoſimi ubi de Scriptor. gr. hiſt. Rom. t. 3. par. 2.

(*c*) Hiſt. lit. ad an. 425. p. 269.

(*d*) Bibl. gr. l. 5. c. 5. §. 21. a p. 608.

ADNOTATIO.

(*) HAec *Suidas* Grammaticus, qui vivebat an. circ. 980. in lexico, art. Πρόκλος ὁ λύκιος. Haec autem XVIII. quibus Proclus impura & petulante lingua chriſtianos inſectatus Suidae dicitur, argumenta continebat, mea opinione, quoddam opuſculum, quo Philoſophus ille dogma Platonicum & Peripateticum de aeternitate mundi, ab orthodoxis olim inſigniter confutatum, evincere conatus eſt.

Eo quippe proculdubio tendunt aliquot ſaltem Procli argumenta nobis citata *ſuperius* Tom. II. p. 91. ac Tom. III. p. 4. Conſentire nobiſcum videtur *Brucker.* hiſt. Phil. t. 2. p. 336. tametſi hoc loci Suidam minus fideliter citet.

At dubitaverit fortaſſe quiſpiam de praefato XVIII. argumentorum commentario Procli. Quippe antiquiores ejus biographi cum *Marino* Philoſophi auditore illum omnino ſubticent. Quid vero hic e ſchola platonica chriſtianis ardenter infenſa eum non protuliſſet, quo caneret victoriam & pro ſuo dogmate, & pro Magiſtro?

Nihilo tamen ſecius quidquid quacumque de cauſſa rem ſiluerint vetuſtiores Platonici, ea certo conſtat ex apologia, quae exſtat, Philoſophi, qui florebat an. circ. 601,

XIII. *Jang Kuang Sien*, Doctor Sinenſis, bina concinnavit volumina adverſum legem chriſtianam, ejuſque profeſſores (*e*).

De Scriptoribus ethnicis ſatis. Iis vero procul dubio adnecteudi ſaltem Imperatores pagani, qui in odium religionis chriſtianae ceu falſae ac impiae, eoque nomine ejuſdem cultorum Edicta ſcriptis mandata tulerunt. Hos ego dixerim non modo Scriptores profanos & perfidos, verum etiam *Errones crudeles*, quorum nempe errorem ac ſaevitiem in religionem ſanctam & innocentiſſimam lata Edicta apertiſſime teſtantur. Itaque

E paganis conditoribus edictorum Imperialium

I. *Nero* Imp. ad an. circ. aerae chriſtianae 64. primus omnium in gregem Chriſti ferociit (*f*). Videlicet *hoc initio in chriſtianos ſaeviri coeptum. Poſt etiam datis* (alias *latis*) *legibus religio vetabatur, palamque, edictis propoſitis, chriſtianum eſſe non licebet* (*g*). Adde quod Nero chriſtianos non modo Romae, ſed *per omnes provincias pari perſequutione excruciari imperavit* (*h*) quo tamen pacto diſerte imperaſſet, niſi per reſcripta, ſeu monita, ejus nomine ad Praeſides provinciarum miſſa? Huc fortaſſe referendus *Lapis*, quem mox adtulimus, Neroni dicatus *ſupra* p. 4.

II. *Domitianus*, Nero ſecundus ob ſaevitiam animi dictus, ad an. circ. 93. *Chriſti Eccleſiam datis ubique crudeliſſimae perſequutionis edictis convellere auſus eſt* (*i*) Adcinunt *Acta* S. Antipae M. Epiſcopi Pergami in Aſia (*k*) per haec verba, *quum adverſus Chriſtianos perſequutionem excitaſſet Domitianus . . . per orbem univerſum ad omnes magiſtratus miſſae ſunt literae ut homines chriſtiani decretis Imperatoris parerent, & ſine ulla excuſatione ſtultam idolorum religionem colerent, eorumque templa omni honore venerarentur.*

III. *Ulpius Trajanus* gente Hiſpanus *in perſequendis chriſtianis ſane deceptus, tertius a Nerone, quum paſſim repertos cogi ad ſacrificandum ido-*

601. philoſophus ſummus, ac Tritheitarum dux ex *Niceph.* l. 18. c. 46. ſq., edita graece Venetiis an. 1535. ac ibidem latine an. 1551. apud Hieronymum Scotum ſub hoc titulo „Joannis grammatici cognomento Philoponi libri duo de viginti adverſus totidem Procli ſubceſſoris rationes de mundi aeternitate, ad octavum Phyſicorum Ariſtotelis librum adtinentes. Gaſpare Marcello Montagnenſi Philoſopho Patavino Interprete „.

Quin etiam idem Philoponus in tr. de creatione Mundi lat. gr. Interprete *Corderio* Soc. J., edit. 1630. in prooem. ad lib. I. ſine dubio ad commentarium illum, de quo diſſerimus, ceu foetum ingenii ſui adludit ſub illis verbis „oſtendi quoque (mundum) „ habuiſſe principium exiſtendi, pluribus „ id argumentis convincens „. Nec ullum denique de legitimitate illius foetus Philopono tributi ſuſpicantem vidimus. Ex eo manifeſtiſſima cuique ſunt quae indicavit Suidas Procli argumenta.

(*e*) Eorum argumenta refert *Dominic. Fernandez Navarrete* O. P. in tractatib. hiſtor. Monarchiae Sinenſium l. 6. c. 15. p. 359. ſqq. edit. Matritti 1676.

(*f*) Ex *Tertul.* in apol. c. 5.

(*g*) Totidem verbis *Sulpic. Severus* hiſt. ſacr. l. 2. c. 29. edit. Hieron. de Prato 1754.

(*h*) Haec *Paul. Oroſius* hiſtoriar. adv. Paganos l. 7. c. 7.

(*i*) Inquit *Oroſ.* cit. l. 7. c. 10.

(*k*) Ea proferunt *Bollandiani* ad d. 11 April. p. 4. Interprete *Franc. Zino*.

idolis, ac detrectantes interfici praecepiſſet (*l*) in reſcripto miſſo ad Plinium ſecundum juniorem Bithyniae praefectum, ab eo quaerentem modum, quo ſibi agendum eſſet in rebus criſtianorum, haec edixit Imperator.

Reſcriptum Trajani.

„ Conquirendi non ſunt, ſi deferantur & arguantur (*eſſe chriſtiani*) puniendi ſunt, ita tamen ut qui negaverit ſe chriſtianum eſſe, idque re ipſa manifeſtum fecerit, id eſt ſupplicando diis noſtris, quamvis ſuſpectus in praeteritum fuerit, veniam ex poenitentia impetret „ (*m*)

Quo nempe chriſtianos a vera religione facilius avertat (*n*). Aetas utriuſque epiſtolae fortaſſe ad an. 107. haud incongrue referri poſſit. Aliud autem reſcriptum vel edictum commune ac univerſale Trajano adjudicandum reperias nullum.

IV. *M. Aurelius* ad an. 166. circ. Videlicet *ſub Aureliano* (lege *Aurelio*) *principe* (*o*) *quum adverſum chriſtianum nomen perſequutionis irae procella detonaret, & ad delendam religionem catholicae legis imperii ſui decreta converteret* &c. (*p*)

Deinde (*q*) *quod enim nunquam antea factum fuerat, perſequutionem nunc patitur piorum hominum genus, novis per Aſiam decretis exſagitatum. Impudentiſſimi namque delatores & alienarum opum cupidi ex imperialibus edictis occaſionem nacti palam diu noctuque graſſantur, ſpoliantque homines innoxios.* Tum (*r*) M. Aurelius Antoninus *terribile praeconium evulgavit per univerſam terram ſic praecipiens:*

M. Aurelii Antonini Edictum.

„ Omnes qui noluerint Diis ſacrificare jubeo crudeliter interfici „.

Quum autem Edictum illud tam iniquum ubique divulgaretur ad Europam quoque perlatum eſt &c. (*s*) Item (*t*) *Dux dixit, Victor, literae mihi venerunt ab Antonino, jubentes ut ſacrificent chriſtiani, qui autem noluerint ſacrificare, in magna erunt damnatione.*

Praeterea ſub eodem M. Aurelio an. 167. (*u*) *Quo tempore efari ſuperſtitionis idolorum repugnatores impia contra pietatem ac religionem ſer-*

(*l*) Ex cit. *Oroſ.* l. 7. c. 11.

(*m*) Exſtat epiſtola Plinii una cum reſcripto Trajani ap. *Plinium* juniorem epiſt. l. 10. epiſt. 101. ſq. cum commentar. *Jo. M. Catanaei* edit. 1600. & aliorum.

(*n*) Conf. *Tertull.* apol. c. 2. contra hoc reſcriptum & *J. Ger. Voſſ.* in analyſi ac comm. ejuſdem reſcripti poſt comment. in cit. Epiſt. Plin. ubi de opuſculis a p. m. 62.

(*o*) Ex actis S. Symphoriani Martyr. ap. *Ruinart.* p. 62. quibus alia ſubcinunt acta ap. *Bolland.* ad d. 22. Aug. a p. 493.

(*p*) Quod autem haec Acta, licet proconſularia non ſint, pro antiquiſſimis & germanis tuto haberi poſſint, pluribus contra Tillemont. jure comprobant citt. *Bollandiani*, qui inſuper una cum *Ruin.* cit. aliiſque recte putant pro *τὸ Aureliano* dicendum *Aurelio*, ſub quo utique paſſus eiſdem adſcritur Auguſtoduni Symphorianus a. circ. 180.

(*q*) Ex Melitone Sardiano Epiſc. in apol. M. Aurelio oblata ap. *Euſ.* hiſt. l. 4. c. 26.

(*r*) Ex Act. S. Glyceriae V. & M. ap. *Bolland.* ad d. 13. Maii c. 1. p. 189.

(*s*) Conf. citt. *Bolland.* in notis.

(*t*) Ex Act. SS. Victoris & Coronae ap. citt. *Bolland.* ad d. 14. Maii c. 1. p. 266.

(*u*) Ex Act. S. Juſtini M. ap. *Ruin.* p. 49.

ſervantes chriſtianos per ſingulas urbes ac regiones Edicta propoſuerunt, ut quicumque chriſtiani deprehenſi eſſent, idolis ſacrificare cogerentur .... Ruſticus Praeſes dixit Juſtino, age, eſto diis ipſis obediens & Imperatoris edictis .... Haec audiens Praefectus talem ſententiam pronuntiavit : qui diis ſacrificare & Imperatoris edicto parere noluerint, flagello caeſi ad capitalem poenam abducantur, quemadmodum leges praecipiunt (x). His denique adjiciendum

M. Aurelii Edictum alterum.

„ Aurelianus (lege Aurelius) Imperator omnibus adminiſtratoribus ſuis atque rectoribus. Comperimus ab his qui ſe temporibus noſtris Chriſtianos dicunt, legum praecepta violari. Hos comprehenſos, niſi diis noſtris ſacrificaverint, diverſis punite cruciatibus, quatenus habeat diſtrictio prolata juſtitiam & in reſecandis criminibus ultio terminata jam finem „ (y).

V. *Severus Pertinax* an. circ. 204. (z) *Alexandriam petiit. In itinere Palaeſtinis plurima jura fundavit. Judaos fieri ſub gravi poena vetuit. Idem etiam de chriſtianis ſanxit.* Inſuper *Divus Severus reſcripſit, eos etiam qui illicitum collegium coiſſe dicantur, apud Praefectos Urbi adcuſandos* (a). His nempe vetat Severus ne chriſtiani conventus cogant (b). Quo plane, me judice, tendere videtur *Tertull.* (c)

VI. *Decius*, exſecrabile animal (d) nova tulit Edicta ſub an. circ. 250. Nimirum (e) *exoritur ultio violati nominis chriſtiani, & uſquequo ad profligandas eccleſias Edicta Decii cucurrerunt, eatenus incredibilium morborum peſtis extenditur.* Item (f) *mittit* (Decius) *ad rectores gentium Edicta, quae terribilium poenarum in eos ſtatuendarum minas continebant, niſi omni genere tormentorum atque ſuppliciorum mulctaſſent eos, qui Chriſti nomen invocarent & adorarent, metuque ac tormentorum vi rurſus eos ad patrium daemonum cultum adduxiſſent. Ut autem hoc terribile atque impium Edictum Magiſtratibus exhibitum eſt* &c. Adde teſtimonium *Dionyſii* Epiſc. Alexandrini (g). Conſulto vero mittimus Edictum illud Toloſae typis editum an. 1664. quod praefert nomina utriuſque Decii, nempe Patris Auguſti, & filii Caeſaris; jure ſiquidem

(x) Haec autem *Tillemontium* hiſt. t. 2. in M. Aurelio, art. 2. negantem Aurelio Edictum quodlibet ex *Tert.* apol. c. 5., ubi tamen loco *nullus Severus* legendum putant Critici *nullus Verus*, egregie revincunt.

(y) Ex *Actis* ſinceris S. Symphoriani e codd. mſſ. ad an. circ. 180. vulgatis a cit. Ruin. n. 2.

(z) Inquit *Aelius Spartianus* in Severo c. 17. p. m. 618. edit. 1671.

(a) Haec *Ulpianus* ille chriſtianis infenſiſſimus, quemadmodum recitantur in corpore Juris civ. Juſtinianei Digeſtor. l. 1. tit. 12. de offic. Praefecti Urbi ſub fin.

(b) Haud ſecus Reſcriptum interpretantur noſtrates plerique omnes.

(c) Tr. de jejun. adv. Pſychicos c. 13.

(d) Qualem vocat eum *Lactant.* de mort. perſeq. c. 4.

(e) Verba ſunt *Oroſ.* cit. l. 7. c. 21.

(f) Haec antiquius retulerat *Nyſſen.* in vita S. Greg. Thaumat. ubi narrat perſequutionem Eccleſiae Neocaeſareenſis in Ponto ſub Decio, ad p. 999. ſq. t. 2. oper. gr. lat. Nyſſeni.

(g) Ap. *Euſeb.* hiſt. l. 6. c. 41.

dem haud omnibus Eruditis genuinum habetur (*h*) quemadmodum & illud quod fertur nomine *Philippi* & *Gordiani* Impp. (*i*)

VII. *Gallus* aut *Volusianus*, vel ambo insimul Imperatores tulerunt Edicta sub an. circ. 255. quod *Cornelius* tum temporis Papa data epistola sic testatur, *Scias frater carissime arcam dominicam vento persequutionis acerrime commoveri, & edictis Imperatorum christianos ubique tormentis variis adfici; nam in urbe Romana* (alias *Roma*) *Imperator* (alias *Praefectus*) *ad hoc constitutus est; unde* (alias *neque*) *publice neque in cryptis notoriis Missas agere christianis licet* (*).

VIII. *Va-*

(*h*) Adeundus *Tillem.* hist. t. 3. de persec. Decii art. 2. & in notis ad eandem persec. nota 2.

(*i*) In Actis suspectis S. Heliconidis V. & M. Corinthiae ap. *Bolland.* ad d. 27. Mart. p. 738.

ADNOTATIONES.

(*) I. HAec porro Cornelius grassante jam persequutione literis datis ad Lupicinum Episc. Viennensem. Erat dicitur ex bibl. Floriacensi, & exstat ap. bibl. PP. *Paris.* t. 3. col. 71. & ap. *Jo. a Bosco* in antiq. bibl. Floriac. Anne vero genuina haec Pontificis epistola? Ita sane *Baron.* ad an. 255. n. 47. & consentiunt *Pagius* senior in crit. Baron. ad eum an. n. 11. *Bellarm.* de Scriptor. in S. Cornelio, *Binius* t. 1. CC. in notis ad hanc epist. *Franc. Pag.* in brev. ubi de S. Cornelio ad Sec. III. §. 3. *Jo. Chenu* hist. Archiep. & Episc. Galliae ubi de Viennensibus, in Lupicino n. 10. p. m. 467. *Bona* rer. lit. l. 1. c. 3. §. 1. cui adcedere videtur *Sala* ibid.

Multis vero post *Pearson.* supposititia est, ut puta *Tillem.* h. e. in Cornelio art. 17. *Nat. Alex.* hist. Sec. III. c. 4. art. 3. sub fin. *Bollandianis* ad d. 14. Sept. vita S. Cornel. n. 255. p. 180. sq. *Constant* de epist. Rom. Pont. in adpend. col. 25. *Bocquillotio* tr. hist. de liturg. l. 1. c. 1. p. 14. sub init. aliis, quibus adhaerere videtur *Harduinus* collect. CC. t. 1., ubi de decretis Cornel. P. sub fin. col. 134. post *Labbeum*.

Et ii quidem sic disputant. Quippe, ajunt, 1°. epistolam dirigit Cornelius ad Lupicinum *Archiepiscopum* (esto Baronius gratis & absque veteri documento correxerit, scripseritque *Episcopum*) quod porro nomen recentiora tempora spectat: quid insuper Cornelius se diceret *Episcopum*, Archiepiscopum vero Lupicinum, *cujus* praeterea *nullus vetevum meminit*, ut ait *Nat. Alex.* 2°. haec inscriptio epistolari methodo Cornelii non congruit: hic enim in epistolis, quae hodieque exstant, ad S. Cyprianum missis titulum episcopalem nunquam non praeterit.

3°. *Missae* vox aevo Cornelii usitata non erat, immo & Ambrosio antiquior minime videtur, nec ea insuper usi sunt Cornelius, Tertull. & Cyprian., etsi alias uti debuissent: quo plane nomine, praeter alia, epistola Pii P. I. ad Justum Eruditis spuria est. 4.° ante persequutionem, qua Cornelius interiit, Missas *publice* agere Romae christianis licuisse nemo unus dabit.

Sed haec tamen contra opinantes nequaquam deterrent. Namque 1.° potuit in apographum Floriacense ex inscitia vel incuria exscriptoris obrepere *Archiepiscopum* pro *Episcopum*. Et passim quidem occurrunt monumenta, in quibus pleraque similibus de causis corrigenda, vel supplenda sunt, & nihilominus genuina reputantur. Id quod infinitis propemodum exemplis confirmare supervacaneum est. Quod autem Lupicinus quidam Episcopus Viennensis Cornelio synchronus floruerit, nemo qui seriem Episcoporum Ecclesiae Viennensis Allobrogum apud *Chenum*, aliosque scriptores Gallos viderit, dubitare potest.

In ea quidem serie reponi solet S. Lupicinus Martyr, S. Florentii item Martyris subcessor, Cypriano, Cornelio, & Novato Haeresiarchae synchronus. Festum ejus colitur 8. cal. Januar. Haec autem monumentis veteribus innixa sunt absque dubio. Solum ambigitur de chronologia martyrii S. Florentii, qui Lupicini decessor dicitur. Sed ea tamen systemati chronologico, quod quisque sibi cordate adfixerit, facile aptari potest, ut eruat exinde Lupicinum superstite Cornelio Ecclesiae Viennensi jam praefuisse.

2.° Fortasse Cornelius in aliis, quae-

perie

VIII. *Valerianus* an. 257. illud edixiſſe Reſcriptum legitur. *Imperatore Valeriano quartum & Gallieno tertium Conſulibus, tertio cale-*

perierunt, literis, ad Cyprianum, vel alios Epiſcopos miſſis alia uſus eſt methodo, ac dignitatem epiſcopalem expreſſit. Aut fortaſſe alterius ſcribae ſecus cogitantis opera, epiſtola ad Lupicinum exſarata eſt. Nec denique quod ſemel in epiſtola hac ſtilum aliquanto mutarit Cornelius, ſuſpecta debet eſſe falſitatis.

3°. Vox *Miſſa* pro celebratione Sacrificii Euchariſtici vetuſtiſſima eſt jam a primis inde Seculis. Sic enim *Ignatius* epiſt. ad Smyrnenſ. §. 8. ex Interprete antiquiſſimo ap. *Coteler.* PP. Apoſtolic. t. 2. p. 153. „ propterea non licet ſine Epiſcopo, neque offerre, neque ſacrificium immolare, neque *Miſſas* celebrare „. Sic *C. Chartag. V.* vulgo II. an. 390. can. 3. ſtatuit „ reconciliare quemquam in publica *Miſſa* non licere „.

Neque vero *τὸ Miſſas agere* in epiſtola Corneliana contrahi debet ad celebrationem augûſti Sacrificii, quum varia fuerit ejus formulae notio jam inde a primis temporibus, e. c. conventus agere &c. Quod ſi vox *Miſſa* deſcendat ab hebraeo *Miſſach*, quod ſonat oblationem voluntariam, quae plurium ſententia eſt, facile ctedideris eam tempore Apoſtolorum ſacrificio Euchariſtico tributam, & deinceps inter nomina liturgica adſervatam, non ſecus ac ſervatae ſunt hebraeae voces *Hoſſanna, Sabahot, Amen, Alleluja*; eſto illa non alias occurrat in ſcriptis priorum Patrum ante Ambroſium. Nec demum eo tantum titulo praefata Pii epiſtola ad ſpurias amandatur a pluribus, aliis tamen diſſentientibus, quos ſupra indicavimus ad Tom III. p. 279.

Plura nos de origine, uſu, ſignificatu vocis *Miſſa* ubi de ſacrificio Euchariſtico. Interea conſule ſis Liturgiographos cum *Bona* cit. ejuſque Adnotatore *Sala*, necnon *Fontanino* hiſt. lit. Aquilej. l. 2. c. 4. §. 2. p. m. 85. ſq. ac unum ſufficiat nobis commonere cum *Bollandian.* citt. p. 181. n. 257., videlicet „ nolim cum Conſtantio adſerere, vocem *Miſſas*, quae in epiſtola praefata occurrit, Cornelii aevo certo recentiorem eſſe „.

4.° Quod etiam ſaevientibus perſequutionibus fideles quoad ejus fieri poſſet Miſſas agerent, aut conventus, in quibus Deo ſacrificium laudis offerrent, monimenta pleraque demonſtrant: e. c. *Dionyſ.* Alex. in epiſt. ad Germanum ſcripta poſtquam de edicto Valeriani conventus inhibentis meminit, ap. Euſeb. l. 7. c. 11. *Cypr.* epiſt. 5. & alias, *Acta* SS. Saturnini, Dativi &c. ap. Ruin. §. 1. p. 338. ſq. ad an. 304. tum *Acta* S. Theodoti ad an. 303. ibid. §. 7. p. 298. Videlicet quouſque fideles Imperatorum, Praeſidumque juribus & coactionibus, quibuſcumque conventibus prohiberentur.

Audi cit. *Dionyſium* in epiſt. ad *Hieracem* miſſa quum exul eſſet, ap. *Baron.* an. 57. n. 130. ex Euſeb. „ quum ab omnibus perſequutione exagitati eſſemus & morte multati, feſtum laetis animis celebravimus, & ſingula loca ad ſingula adflictionum genera nobis praeſtituta, ut ager ſilveſtris, ſolitudo deſerta, navis fluctibus jactata, diverſorium publicum & horridus carcer opportuna videbantur in quibus celebres conventus maximo cum gaudio ageremus.„

Similiter ergo Romae etiam ingruente perſequutione, qua Cornelius interiit, potuerunt fideles conventus agere & *publice*, hoc eſt in campo, aut aede aliqua privata, & *occulte*, hoc eſt in crypris ſubterraneis, donec & iſtos agere modis omnibus impedirentur.

Jam nihil inde prohibet quominus praefatam epiſtolam edicta Imperialia indicantem, & alias ſimplicitatem illius aevi plane referentem, legitimum Cornelii foetum quis aliqua cum probabilitate exſiſtimet. Heinc vero conſequenter animadvertimus Cornelium ſubiiſſe Martyrium in perſequutione Galli & Voluſiani, ſub quibus interiit ex *Hieron.* de ſcript. in Cornelio, non autem Decii, uti profert *Martyrol. Rom.* ad d. 14. Sept. abſque ulla Baronii nota in eum locum.

II. Anne huic Edicto duo alia Perſequutorum Principum jure ſubnectenda, nempe *Claudii II.* ad an. 270. & *Probi* ad an. circ. 280.? Porro Claudio Edictum tribuit Baron. ad an. 270. n. 3. ex Actis SS. Marii & Socior. quae exſcripſit ex Sur. die 14 Febr. Et conſentiunt *Bolland.* ad d. 19. Jan. p. 216. ex Actis ſimilibus e pluribus veteribus mſſ.

At merito repugnant Eruditi recentiores cum *Pagio* in crit. Baron. ad an. 269. n. 2. ac

lendarum Septembrium, Carthagine in secretario Paternus proconsul Cypriano Episcopo dixit: sacratissimi Imperatores Valerianus & Gallienus literas ad me dare dignati sunt, quibus praeceperunt, eos qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas ceremonias recognoscere... non solum de Episcopis, verum etiam de presbyteris mihi scribere dignati sunt... praeceperunt etiam ne in aliquibus locis conciliabula fiant, nec coemeteria ingrediantur (ii). Et quidem secundum Fastos captigatiores Valerianus IV. & Gallienus III. Consules processerunt an. 257. Quis autem dubitet, Imperatores hoc eodem anno suum scripsisse Paterno praeceptum?

Ad an. vero 258. ferale illud Edictum adtinet, quod enarrat idem *Cyprian.* (*k*) in haec verba, *quae autem sunt in vero ita se habent. Rescripsisse Valerianum ad Senatum ut Episcopi & Presbyteri & Diacones in continenti animadvertantur, senatores vero & egregii viri & equites Romani dignitate amissa, etiam bonis spolientur, & si ademtis facultatibus Christiani esse perseveraverint, capite quoque multentur, matronae vero ademtis bonis in exsilium relegentur, Caesariani autem quicumque vel prius confessi fuerant, vel nunc confessi fuerint, confiscentur & vincti in Caesarianas possessiones descripti mittantur. Subjecit etiam Valerianus Imperator orationi suae exemplum literarum, quas ad Praesides provinciarum de nobis fecit.* Et en tibi Valerianus *nefarii author edicti & constitutor praecepti* (*l*).

IX. *Au-*

ac *Tillem.* t. 4. in notis sup. S. Dionysio P. nota 4. & 5. a p. 673. quibus utique citata Acta multis nominibus suppositia sunt, & ab authore recentiore parum idoneo conscripta; eo maxime quod nullus ex antiquis sciatur tradidisse, quod regnante hoc Claudio Ecclesia vexata sit.

Probo insuper Edictum adscribunt *Bollandiani* ad d. 19. Sept. ex Actis SS. Trophimi & Sabbatii, primum editis a Metaphr. ut testatur Allat. in diatr. de scriptis Simeonum p. m. 128. & ex scriptis deinde a Lipom. & Sur., at pracipue ex Actis Authore anonymo e codice Mediceo biblioth. reg. Paris. Interprete Stiltingo, ubi sub init. atrox ipsum & universale Probi Edictum recitatur.

Hanc praeterea de persequutione Probi sententiam confirmant celebri illo S. Leon. P. testimonio in serm. 2. de Pentec. c. 6. ubi habetur „ Probo Imperatore, Paullinoque „ Consulibus, quum octava jam in Chri„ stianos persequutio ebulliret (alias *de„ saeviret*) & innumera Martyrum millia „ ipsis suis victoriis probavissent, impletum „ esse „ &c.

Ceterum ex veteribus reliquis ne vel unus quidem persequutionis a Probo illatae meminisse deprehenditur. Idcirco cit. Leo de persequutione Aureliani loqui videtur omnino ejus editori Quesnellio nota 3. in eum locum, & Ruinartio in praef. gen. ad Acta MM. n. 54.

Videlicet heic sermo est apud Leonem de persequutione Valeriani jamdiu exacta & sub Gallieno exstincta: quamobrem non soli Martyres persequutionis octavae per tō „ innumera Martyrum millia „ ibi indicantur, sed omnes, qui in octo anterioribus persequutionibus pro Christo mortem oppetierant; quod scite Ballerinii is Editoribus observatum. Heinc vero facile crediderim cum laud. Ruin., eo loci ap. S. Leonem pro *ebulliret* legendum *ebullii isset*.

Iis autem praejactis, parva quidem habenda fides Actis memoratis, saltem quod spectat Probi Edictum (quod etiam Sanctus Leo prorsus tacuit) quidquid eorum autentiam legitimam laudat. Bollandianus Stiltingus promovere conetur adversum Tillemont. nobiscum sentientem in t. 4. ubi de S. Felice P. p. m. 366. Utrumque igitur, quod proposuimus, Edictum nobis merito exploditur.

(*ii*) In Act. procunsular. S. Cypriani ap. *Ruin.* in Act. MM. p. 188.

(*k*) Epist. 82. ad Successum de nuntiis Roma reversis persequutionem nuntiantibus.

(*l*) Verba sunt *Oros.* cit. l. 1. c. 22.

IX. *Aurelianus* ad an. circ. 275. *cruenta scripta*, seu edicta tulit (*m*) adtamen quum vix ea tulerat occisus ille fuerit, fortasse nec publicata sunt, nec ad Praesides provinciarum perlata. Id quod fortasse intendit *Euseb.* ubi inquit (*n*) de hoc Principe, *sed eum paratum jam & compositis contra nos edictis ut ita dixerim subscribentem, ulta est divini justitia, quasi constricto cubito conatum ejus reprimens.* Et hunc quidem sensum habere videntur cit. *Lactantii* verba, quae hujusmodi sunt, *verum illi ne perficere quidem quae cogitaverat, licuit, sed protinus inter initia sui furoris exstinctus est. Nondum ad provincias ulteriores cruenta ejus scripta pervenerant, & jam Caenofrurio, qui locus est Thraciae, cruentus ipse humi jacebat.*

X. *Diocletianus* plurima & immanissima quidem edicta promulgavit. Nimirum ad an. 285. *Lysias Praeses* (Provinciae Lyciae in civitate Aegea, sedens pro tribunali) *dixit* (Claudio) *noli juventutem tuam cum insania perdere. Sed jam nunc adcedens sacrifica Diis secundum praeceptum Domini nostri Augusti* (*o*). Tum ad an. circ. 290. *quum Diocletianus & Maximianus Romanae Urbis apicem gubernarent & eorum praeceptis in christianorum nomen bestialis feritas desaevirot, ut gratiam religionis catholicae gentili sub lege calcarent, missis epistolis ad Praesidem Galliarum decreto sanxerunt ut simulacra Jovis vel Apollinis, non deorum sed daemonum quasi divino cultu deberet universitas venerari: ea ratione praefixa pollicentes his qui eorum ceremonias colerent vel sacrificia devote offerrent, publico se cognoscerent stipendio munerandos... Eos vero qui christiani nominis in confessione persisterent, post illa tormenta jubent capitalem subire sententiam* (*p*).

Item anno 290 *Temporibus Diocletiani quatuor, Maximiani ter* (Consulum) *Imperatorum orta est seditio maxima tempore persequutionis eorum adversus Christianos, ut omnes Dei cultores ad inclinandas cervices nefandissimis idolis compellerentur. Qui etiam Tyranni miserunt ex personis suis una cum divis apicibus* (*q*) *Judicem atrocissimum & astutum nimis, Simplicium nomine, in partes Orientis, in Tarsum civitatem, quia est Metropolis Ciliciae Provinciae, ut ibidem omnes qui Christum confiterentur utriusque sexus & aetatis per publicam audientiam interrogaret, ipsosque per diversorum tormentorum macerationem ad suae mentis vesaniam quantocius inclinaret* (*r*). Rursum (*s*) ad an. 299. *Sanctis* (Edessae in Mesopotamia) *dicit Prases, divinissimus noster Imperator haec jubet,*

(*m*) Ap. *Lact.* de mort. pers. c. 6.

(*n*) H. E. l. 7. c. 30. sub fin.

(*o*) Sic *Acta* Proconsularia SS. Claudii & Socior. ap Ruin. ad eum an. §. 1. p. 234.

(*p*) Haec *Acta* SS. Rogatiani & Donatiani MM. ap. cit. *Ruin.* § 1. p. 246. quo cum Edictum istud ad tempora persequutionem illam acerbissimam praecedentia merito revocaveris.

(*q*) *Divini & Sacri Apices* dicebantur Imperatorum literae evocatoriae, rescripta, mandata, Edicta, constituriones ex L. 24. *de erog. mil. ann. Apicem* pro epistola habes ap. *Horat.* 3. carm. 21. 19. *Prudent.* Peristeph. 3. v. 136. *Sidon.* l. 6. ep. 8.

(*r*) Haec praefatio ad *Acta* S. Bonifatii M. ap. cit. Ruin. p. 149. ex Holsten. qui ea e graeco latine reddidit.

(*s*) Ex *Actis* SS. MM. Guriae, Samoni & Abibi ap. Metaphr. quae recitat *Sur.* ad d. 15. Nov.

bet, ut & a Chriſtianiſmo deficiatis, quem ſequimini, & imagini Jovis cultum tribuatis, thus in ara ſacrificantes (t) (*).

Venio

(t) *Arethas* in *Actis* ipſorum MM. ap. Lipom. t. 3. fol. 103. §. *Nolite*. ſic Praeſidem loquentem inducit „ licet innumerabilia ur„ geant Regum juſſa „ &c.

ADNOTATIONES.

(*) SUnt qui ad initia Diocletiani, Imperio ſuffecti, debellato Carino, ad an 284., illud Romae vulgatum edictum ferale referant, quod ſic habet „ ut nullus emeret, vel venumdaret „ aliquid, niſi ſtatunculis poſitis in eo loco, „ ubi emendi gratia ventum fuiſſet, thu„ ris exhibuiſſet incenſum. Circa inſulas, „ circa vicos, circa nymphaea quoque „ erant poſiti compulſores, qui neque „ emendi copiam darent, aut hauriendi „ aquam ipſam facultatem tribuerent, niſi „ qui idolis delibaſſent. „ Et haec quidem eſſe facta enarrant *Acta* S. Sebaſtiani, juſſu Diocletiani ſub an. 286. peremti, S. Am-

„ Et ne quiſquam potuiſſet
„ Contutari latebris,
„ Ubique componebantur
„ Hoc modo inſidiae
„ Quae cunctos compuliſſent
„ In jus idolatriae

Tum nonnulla iis conſentanea perſpicere licet in *Actis* SS. Guriae, Samonae, Abibi, Edeſſae in Meſopotamia Martyrio adfectorum ſub Diocletiano, conſcriptis ab Aretha Epiſc. Caeſareenſi ſub an. 540., ap. Lipoman. in vit. ipſorum SS. t. 3. p. m. 105. §. *Ad haec*. ac Metaphr. ap. Sur. ad d. 15. Nov. & in *Actis* SS. MM. Nannetentium in Armorica provincia, ſeu Britannia minore Claudii & ſoc. mox recitatis.

Ceterum in primis Acta illa S. Sebaſtiani, certis utpote anachroniſmis non vacua, aliiſque ſcatentia vitiis, aut certo ſpuria ſunt Eruditis, aut vehementiſſime ſuſpecta & Ambroſio minime digna; atque ea quidem ratione ab Actis ſinceris Ruinartii rejecta ſunt, quidquid ſecus ſenſerint *Baron.* ad an. 286. n. 3. *Jo. Neſſels a Lovanio*, *Galeſin.*, *Roſweyd.* ap. & cum *Bolland.* cit. in commen. praev. §. 2. p. 257. ſq. ac partim cit. *Farlat.* p. 422.

Deinde eſto germana ſint, germanumque teſtimonium ex eis depromtum, hoc vero quae tum Romae in ea perſequutione geſta ſunt, plane probarent, ac minime palam convincerent, ab expreſſo Imperatorum edicto, quod omnino ſilent, eſſe profecta. At enim ex nullo alio documento, quod Baron. & Farlat. tulerint, de ejuſmodi edicto expreſſo, quod in praeſentia quaerimus, conſtat.

broſio tributa, ap. *Bolland.* ad d. 20. Jan. §. 18. n. 65. p. 275.

Ita plane ſentit *Baron.* ad an. 286. n. 37. cui ſubcinit cit. *Farlat.* p. 422. col. 1. ſub init. Addunt, idem Edictum promulgatum protinus eſſe ap. aliquas ſaltem provincias cum Occidentis, tum Orientis, quod ex ſinceris documentis palam erui videtur. Nimirum e. c. *Ven. Beda* in hymno de paſſione S. Juſtini (alias Juſti) pueri novennis, in Gallia martyrium paſſi, Praeſide Rictiovaro ad an circ. 295., in l. 3. oper. de an. 1563. p. 367. a verſ. 37. haec de immani perſequtione profert.

„ Non illis emendi quidquam
„ Aut vendendi copia,
„ Nec ipſam haurire aquam
„ Dabatur licentia,
„ Antequam thurificarent
„ Deteſtandis idolis.

Nec idem praeterea Edictum indicatum repereris ap. cetera, quae laudavimus Acta Martyrum ex Metaphr. Beda, Aretha, Ruinart. Ubi vero illud conſulto mittimus *Euſebio* aſſertum hiſt. l. 8. c. 1. quod nempe ab interitu Carini uſque ad eam, quae decima vulgo memoratur, perſequutionem Diocletianeam, an. 202. vel inſequenti ſubortam, eccleſiam ubique gentium, Imperatoribus faventibus aut diſſimulantibus pace optima perfruitam eſſe.

Haec enim cum feralibus perſequutionibus, quas ex Actis modo productis habemus, ac Euſebio apud Palaeſtinam degenti ignorari potuerunt, aperte pugnant. Niſi forte repoſueris, quae in hiſce Actis memorantur, ad tempora perſequutionis decimae referenda eſſe; eo maxime, quod illa non niſi ad extremam Ethniciſmi barbariem ac feritatem pertinere videantur.

Sed & cum iis pugnant Acta praefata, quo-

Venio ad an. cir. 301. ſub eodem Diocletiano. Principio *ira furoris ſacrificare non eos tantum, qui ſacris miniſtrabant, ſed univerſos* (Chriſtianos) *qui erant in palatio juſſit, & in eos, ſi detrectaſſent, verberibus animadverti; datiſque ad Praepoſitos literis etiam milites cogi ad nefanda ſacrificia praecepit, ut qui non paruiſſent, militia ſolverentur* (*u*). Deinde an. 303. 14. Februar. Nicomediae Diocletiani *propoſitum eſt edictum, quo cavebutur ut religionis illius* (Chriſtianae) *homines carerent omni honore ac dignitate, tormentis ſubjecti eſſent, ex quocumque ordine aut gradu venirent, adverſus eos omnis actio valeret, ipſi non de injuria, non de adulterio, non de rebus ablatis agere poſſent, libertatem denique ac vocem non haberent* (*x*). Quin etiam (*y*) *haec ille primo adverſus Chriſtianos permiſerat datis legibus ut poſt tormenta damnati lentis ignibus urerentur* (*z*).

Tum (*a*) *non multo poſt aliae rurſum literae ſupervenerunt, quibus mandabatur ut omnes ubicumque Eccleſiarum Antiſtites primum quidem conjicerentur in vincula, deinde vero diis ſacrificare omnibus modis cogerentur*. Praeterea (*b*) *paullo poſt* (primordia perſequutionis apud Nicomediam) *Quum alii in Syria imperium adripere conati eſſent, promulgatum eſt Imperatoris Edictum ut omnes ubique Eccleſiarum Antiſtites vincti in carcerem truderentur, . . Rurſum vero quum aliud Edictum priora illa ſubſequutum eſſet, quo praecipiebatur ut carceribus incluſi, ſi quidem ſacrificaſſent, liberi abire ſinerentur, ſi vero id renuerent, tormentis graviſſimis cruciarentur* &c. (*c*)

Item *altero perſequutionis anno* (304) *vehementior adverſum nos Tyrannorum furor atque immanitas erupit. Flaviano id temporis in Palaeſtinae*

quoniam S. Juſtini paſſio ad an. circ. 287. vulgo refertur cum *Tillem.* in perſ. Diocl. ar. 2. p. m. 4. & Martyrium SS. Nannetenſium ante an. 300. ap. cit. *Ruin.*, triumpho denique Martyrum Edeſſenorum conſignatur annus 299., quo nempe Maximianus Conſul ſextum proceſſit, apud Acta eorum a Metaphraſte conſcripta, quae genuina *Allatio* ſunt in diatr. de Simeonum ſcriptis p. m. 129. ſub fin. edit. 1664.

Jam vero ex hucuſque diſputatis haec concludimus. 1°. ante perſequutionem decimam Diocletianeam aliae ſub eodem Diocletiano & Romae, & alibi excitatae ſunt. 2°. de expreſſo, quo idem Imperator illas excitaverit Edicto, diſerte non liquet. 3°. ex ſuſpectis S. Sebaſtiani Actis & illae perſequutionis circumſtantiae, quas mox recitavimus, ſuſpectae, dubiaeque ſint oportet, ſi alio documento graviori non probentur: fortaſſe eorum ſcriptor quae carmine narravit Beda, proſa ſuis Actis inſeruit.

4°. Nec in Martyrum Nannetenſium, nec in Edeſſenorum Actis ap. Metaphr. Areth. & Ruinart. illae de *ſtatunclus* &c. habentur circunſtantiae, quod eos perlegenti plane conſtabit, eſto apud omnes audiantur Praeſides obtendere decreta Imperialia: quod utique argumento eſt, illud, quod praetenditur Romae emiſſum decretum, illico in alliis provinciis minime promulgatum fuiſſe, ſed aliud quodpiam, diverſam cruciatuum infligendorum formam praeferens.

(*u*) Author eſt *Lactant.* de mort. perſeq. c. 10.

(*x*) Ibidem Author *Lact.* c. 13.

(*y*) Idem adjecit c. 21.

(*z*) *Euſeb.* hiſt. l. 8. c. 2. explicans primum illud perſequutionis generalis Edictum, addit, quod eo „ Eccleſiae quidem ad ſolum uſque dirui, ſacri vero codices flammis abſumi jubebantur „.

(*a*) Pergit ibidem *Euſeb.*

(*b*) Addit. *Euſeb.* l. 8. c. 6.

(*c*) Conf. *Valeſius* in hunc Euſebii locum, de quatuor Edictis Diocletianeis diſſerens.

ſtinae Praefectura Urbanus fuerat ſubfectus, quum iterum ab Imperatore literae in Chriſtianos datae ſunt, prioribus longe quidem ſeveriores. In illis enim ſoli Eccleſiarum Dei Rectores ſacrificare jubebantur, in iſtis vero crudeliſſimum mandatum in cunctos ferebatur; ut omnes ſcilicet ubique locorum ac gentium viri, feminaeque cum filiis ſacrificia ac victimas inanimatis ſimulacris offerrent. Atque hujuſmodi erant Tyrannorum Edicta, qui ſupremo omnium Regi inſanientes bellum intentabant (*d*).

Inſuper an. 304. aliis 303. perſequutionis ſecundo *quum perſequutionis adverſus nos furor* (*e*) *vehementius incaluiſſet, Urbano tunc provinciam regente, primum Imperatoris miſſae ſunt literae, quibus generali praecepto jubebatur ut omnes ubique locorum ac gentium publice idolis ſacrificia ac oblationes offerrent.*

De hoc quidem Edicto loquutus eſt *Conſtantinus* M. quum haec zelo Dei ardens proferebat (*f*): Diocletianus *gladios ad punienda crimina paratos adverſus ſanctitatem omni reprehenſione vacuam diſtrinxit. Statim igitur ſanguinolenta edicta cruentis, ut ita dicam, mucronibus ſcripſit, & judicibus praecepit ut ingenii ſolertiam ſibi a natura inſitam ad acerbiora ſupplicia excogitanda intenderent.*

Item Proculus *Judex dixit* (*g*) *juſſerunt Imperatores, vos, quae eſtis virgines, aut diis ſacrificare aut injuria meritorii* (hoc eſt meretricii) *provocari. Theodora reſpondit, puto non ignorare te, quoniam Dominus voluntatis inſpector eſt, nam voluntatem caſtitatis Deus adſpicit. Quod ſi autem haec facere cogis, non eſt meritorium, ſed violentia* (*h*) (*).

Inſu-

(*d*) Referunt *Acta* S. Timothei, Gazae Martyrium paſſi, ap. *Steph. Evod. Aſſeman.* qui primus Acta Chaldaico-latine edidit, in Actis MM., occidentalium, ſub init. p. 184.

(*e*) Verba ſunt *Euſeb.* de Martyr. Palaeſt. c. 3.

(*f*) Ap. *Euſeb.* in vita Conſt. l. 2. c. 51.

(*g*) Sic habent *Acta* ſincera SS. Didimi & Theodorae V. quorum paſſio apud Alexandriam revocatur ad an. 303. aut 304., ap. Bolland. ad d. 29. Apr. p. 373. & Ruin. p. 352. ſq.

(*h*) Haec plurimum faciunt pro dicendis *inferius* ubi de ſimili Romanorum lege de non occidendis virginibus abſque ſtupro praevio: quo fortaſſe Proculus hoc reſpexit, videlicet ſecundum veteres Imperatorum leges. Nihilo ſecius veri ſimillimum eſt, barbarum id genus Edictum Diocletiani Collegae nomine promulgatum eſſe, quidquid contra ſentiat *Tillem.* h. e. t. 5. in perſeq. Diocl. art. 19. p. m. 50.

ADNOTATIO.

(*) SI *Danielem Farlatum* audias in Illyrico ſacro t. 2. ubi de hiſt. Diocletiani, quam luculenter & adcurate illuſtrat, p. 369. §. *Diocletianus*, Edictis Diocletianeis hucuſque propoſitis illud praemittendum erat Aquilejae ab Imperatore perſcriptum intra finem vergentis anni 289. Siquidem, ait Cl. Author „ in ea urbe „ quum eſſet, per literas ad Praefectum Urbis datas juſſit Chriſtianos omnes, qui „ tum Romae in vinculis erant, vel dimitti, ſi Chriſto nuntium remitterent, vel ſi „ abnuerent, occidi; Chryſogonum vero „ magiſtrum Anaſtaſiae ad ſe Aquilejam „ perduci „.

Haec autem Farlatus non aliunde plane depromſit quam ex Actis S. Anaſtaſiae, ad quae hoc loci, & p. 425. & alias idem provocat. Videlicet acta ejuſmodi ap. *Bolland.* ad d. 3. Apr. p. 248. ſic habent n. 1. „ Eo tempore quum Diocletianus in Aquilejae partibus poſitus interficeret chriſtianos,

Insuper (*h*) *Diocletiano octies & Maximiano septies* (an. 303) *Consulibus Augustis exivit edictum Imperatorum & Caesarum super omnem faciem terrae & propositum est per colonias & civitates Principibus & Magistratibus, suo cuique loco, ut libros deificos peterent de manu Episcoporum & presbyterorum. Tunc programma positum est in civitate Tibiurensi die nonarum Iuniarum*, apud Africam. Anne edictum hoc peculiare fuit, ac seorsim ab aliis promulgatum? Ita porro laudata Acta denotare videntur. Historici vero nonnisi Decreta quatuor a Diocletiano persequutore universali profecta vulgo dignoscunt (*).

XI. *Maximianus Herculius* Diocletiano collega adscitus, *anno post susceptum Imperium quinto* (297) *datis ad provinciarum Praefectos literis sollemnia diis sacra omnibus Romanae ditionis civitatibus imperavit. Atrox inde & saeva adversum christianos tempestas exorta est; capiebantur enim christianae professionis homines, atque exquisitis suppliciis summa cum immanitate necabantur Cyzici* (*i*). Deinde (*k*) *tunc Praeses Apollonium compellans* (Stratonicae patrem ethnicum) *Equidem, inquit ... Hoc enim ab invictis Principibus cautum esse nosti, ut quicumque Jesum, a Ju*

„ nos, relatio cucurrit de christianis Praefecturae Urbanae. Tunc rescripsit Rex „ debere omnes eos interfici, ad se vero solum Chrysogonum destinari. „ Et iis quidem actis ceu legitimis fidem esse adhibendam Farlatus p. 426., *Henschenio* Duce, contendit.

Ceterum *Ruinart.* consulendus in act. sinc. a p. 346. multo graviori rationum pondere, me judice, communitus, adversus Henschenium Acta illa, e quibus eruit passionem SS. Agapes, Chioniae, Irenes, spuriis adnumeranda censuit. Atque adeo reserlptum illud Diocletianeum Farlato probatum, illis actis insertum, saltem valde dubium, suspectumque sit oportet, nobisque subinde silentio obvolvendum.

(*h*) Sic ferunt *Acta* S. Felicis Episc. Afric. & M. ap. Ruin. §. 1. p. 313.

ADNOTATIO.

(*) Haec hostis infensissimi Edicta certa proferre licuit, ex quibus aperte colligas Diocletianeae persequutionis binas periodos, priorem nempe localem ab exordio sui Imperii sub an. 284. ad an. usque 302., alteram vero universalem ab hoc an. ad usque 305. quo „ Diocletianus Nicomediae, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt „ ut inquit *Euseb.* in chron. ad an. 20. Imperii Diocletiani.

Iis tertiam localem subnectit cit. *Farlat.* hist. Dioclet. c. 4. §. IX. ad an 305., ab hoc scilicet an. usque ad 313. quo vivere desiit. Sub hac nempe epocha Diocletianus in Dalmatia, cujus administrationem inte-

gram sibi retinuit, christianos Dalmatas Urbium & insularum adcolas feralibus decretis peracerbe vexare non destitit; quo diis suis, quibus se devotissimum fatebatur, praeclarum, gratumque praestaret obsequium. Inde vero ingens SS. Martyrum strages apud Dalmatas sub ea tempora.

Haec Author; qui tamen (ceteris, quas viderim, historiis subticentibus) ne vel unum quidem sub ea periodo Martyrem ex relatis, indubiisque documentis nominatim protulit, nec ullum in Christianos decretum a Diocletiano profectum. Quibus itaque fundamentis novam illam periodum innixam dixeris?

(*i*) Haec *Acta* SS. MM. Stratonicae & Seleuci, Cycici ap. *Steph. Evod. Assem.* in Actis MM. occidentalium, quae primus chaldaico-latine edidit, p. 68.

(*k*) Uti narrant ibidem eadem *Acta* p. 82. sq.

a Judaeis Hierosolymis crucis supplicio adfectum colere convicti fuerint, omni cruciatuum genere torti, interficiantur, quin etiam ut similis poena adfines quoque involvat, qui ejusmodi crimen dissimulassent, quum id statim ad judices detulisse oporteret. Cui Apollonius ... Eam (Stratonicam) *itaque tua in potestate habeas, non abnuo, constitutas Edicto Principum poenas actutum luat.*

Rursum *Maximianus impius Imperator anno Imperii sui quinto* (eodem an. 297. apud cit. Assem.) *edixit ut in cunctis Romanae ditionis civitatibus stata Diis sacrificia, sollemnesque supplicationes fierent. Instante vero sollemni quadam ethnicorum celebritate, ipse Imperator, qui Samosatae iis forte diebus versabatur, Edictum ea de re promulgari, populumque ad aedem Fortunae in ipso urbis medio positam convenire mandavit* (*).

Idem praeterea Maximianus ad an. 302. Romae praeceptum edidit. Nimirum *Decernitur in Senatu persequutio. Rescriptumque dedit Maximianus ad Venustianum Augustalem Tusciae his verbis:*

Maximiani Rescriptum.

„ Ex suggestione Patris nostri Hermogeniani P. P. apud nos claruisse cognosce ... Ideo monemus ut ubicumque christiani inventi fuerint superstionem colentes, aut sacrificare cogantur diis, aut certe poenis intereant; facultatibusque nudati eadem Fisco cum tributis publicis socientur. Vale parens carissime. Dat. pridie Kal. Majas „. (*l*)

XII. *Galerius Armentarius*, dictus quoque *Maximianus*, Diocletiani & Herculii una cum Constantio Chloro subcessor, in plagis orientalibus, quas sibi gubernandas adsumsit, Edicta protulit in Christianos. Siquidem *bello repente moto ... ex lege satanica decretoque, quo Deus oppugnaretur* (*quicumque enim christianus esset impio scripto exagitabatur & ad mortem ducebatur*) *tunc nimirum, tunc hic ter quaterque beatus Theodorus &c. Praeses & Tribunus ... dic, inquiunt, unde tibi innata audacia atque temeritate adversus legem Imperatoris contumax es? nec te tremens Domini jussis submittis? neu quemadmodum placet iis, qui rerum potiuntur, adoras? Maximianus enim cum consorte* (Maximino) *tunc imperium tenebat* (*m*). Rur-

ADNOTATIO.

(*) ITa plane ferunt *Acta* SS. MM. Samosatensium Hippaschi & Sociorum ap. laudatum Assemanum p. 124. qui tamen spectare haec Galerium Maximianum jamjam adducendum adfirmare non dubitat. Anne jure quidem? Rem Eruditis Lectoribus definiendam relinquimus.

(*l*) Sic *Acta* mss. S. Sabini Episc. Spoletini & M. quae Baron. an. 301. n. 18. sq. protulit tanquam sinceriſſima, cui libenter adhaeremus, quidquid contra suspicetur Tillem. t. 5. de persec. Diocl. ar. 13.

(*m*) Haec *Nyssen.* in vita S. Theodori Mart. Amaseae, t. 2. oper. p. m. 1013. Similia habes in *Actis* ejusdem Sancti ex Metaphr. ap. Surium ad d. 9. Nov. Hoc autem Edictum cum Baron. a. 304. n. 59. ac Tillemont. cit. de pers. Diocl. §. 30. Maximiano Galerio adtribuimus, ad an. circ. 305. quo una cum collega Maximiano persequutionem universalem in christianos Orientales movere coepit.

Rursum *quum... Diabolus adversus Dei servos turbinem commovisset sub Maximiano Diocletiani genero... statim impia ejus edicta per omnes regiones missa sunt. Edictis autem illis id praecipiebatur, ut in omni urbe si quis esset qui nollet ad deorum culturam adcedere sine remissione aliqua omnibus suppliciis ac tormentis subjiceretur. Edicta vero ipsa omni terrore & regalibus minis ac periculis referta erant. Ad haec & exercitus Ducibus praeceptum fuit* &c. (*n*) (*).

XIII. *Maximinus* cognomento *Daja* vel *Daza*, & Caesar in gubernio Orientis Galerio avunculo adlectus, & Imperator a se ipso renuntiatus atrocia Edicta tulit. Nimirum (*o*) *quum Maximinus secundum adversus nostros bellum excitasset anno tertio persequutionis Diocletiani, & per omnes provincias missa essent tyranni edicta, quibus Rectores jubebantur operam dare, ut omnes omnium urbium incolae diis publice sacrificarent; quumque praecones per universam Caesaream cunctos patres familias ad daemonum templa jussu Praesidis evocarent; ac praeterea Tribuni militum singulos ex tabella nominatim citarent* &c. Insuper (*p*). *Porro in mediis urbibus, quod nunquam antea factum fuerat, civitatum adversus nos decreta* (*q*) *& constitutionum Imperialium rescripta, aereis incisa tabulis proponebant* (*r*). Impium Maximini Rescriptum ad ea civitatum decreta, sic reddidit *Eusebius*. (*rr*)

(*n*) *Acta* S. Acacii M. & Soc. Byzantii ap. Bolland. ad d. 8. Mai. c. 1. p. 293.

ADNOTATIONES.

(*) PRo Edictis Galerii circumferri solet testimonium petitum a *Chrysost.* in t. 1. orat. 51. p. 566. 6. Ita Tillem. cit. in pers. Diocl. art. 30. & Farlatic. in hist. Diocl. p. 448. col. 2. Ceterum ejusmodi testimonium, quod conferrem, prout citatur, nec apud veteres, nec apud recentiores Chrysostomi editiones, quibus utor, hucusque reperire licuit.

II. *Baron.* ad an. 304. n. 61. sq. adeundem Galerium refert Edicta, quae pro persequutione Ecclesiae Caesareensis in Cappadocia, qua S. Gordius Centurio passus est, indicat *S. Basil.* hom. 18. in ipsum Gordium n. 2.

Enim vero is Gordius ap. Menaea Graecorum, ex *Bolland.* ad d. 3. Jan. p. 130. passus est sub Licinio; idemque legi ap. pervetustum Menologium a Cardinale Sirleto latinitate donatum, testatur ipse *Baron.* in Martyrol. Rom. nota *h.* Quod quidem ex cit. Basilii homilia veri similius colligi putamus cum laud. Tillem. in nota 72. sollerter consulendo.

Eo maxime quod Basilius in ea oratione, concinnata sine dubio paullo ante an. 370. quo Episcopus Caesareensis creatus est, vel quum esset Episcopus usque ad 379. quo migravit in coelum, fert, plures tum in vivis agentes martyrio Gordii testes oculatos adfuisse.

Naturae autem rerum congruentius est, eos testes persequutionem Licinianam vidisse ac toleravisse sub an. circ. 319, quam vetustiorem Galerianam ante an. 313. Quocirca Edicta illa, de quibus Basilius, Licinio jamjam adpingimus.

(*o*) Ut author est *Euseb.* de Mart. Pal. c. 4.

(*p*) Verba sunt ejusdem *Euseb.* hist. l. 9. c. 7.

(*q*) De iis loquutus *idem* est ibid. capp. 2. 3. 4.

(*r*) Quod olim a tempore saltem Constantini M. Edicta Imperialia figerentur ad aeternam memoriam in tabulis aeneis, ex pluribus constat legibus: e. c. ex L. a. *de priv. eor. qui in sacro pal.* L. 1. *de alim. quae inope.* L. 4. *de suariis.* L. ult. *de frum. V. CP.* L. un. *de jure Italico.* L. 2. *quem ad. mun. civil.* (*rr*) Proxime cit. l. 9. c. 7.

Maximini Reſcriptum.

Exemplum interpretationis epiſtolae, qua Maximinus reſpondit Decretis civitatum adverſum Chriſtianos ex tabula aenea Tyri deſcripta.

„ Tandem aliquando infirma humanae mentis audacia, abjectis ac diſcuſſis erroris tenebris, quae miſerorum verius, quam impiorum hominum ſenſus exſitiali ignorantiae caligine involutos antehac obſederant, perſpicere potuit ſe prolixa erga omnes bonos Deorum immortalium providentia regi & confirmari. Quae res incredibile dictu eſt quam grata, quamque jucunda nobis fuerit & adcepta; quod religioſi veſtri erga Deos propoſiti illuſtriſſimum ſpecimen dederitis. Nam antea quidem nemini erat obſcurum quanta obſervantia ac religione Deos immortales coleretis; quippe quibus non nudorum & inanium verborum fides, ſed continua & ſtupenda illuſtrium facinorum miracula innotuiſſent. Unde & civitas veſtra Deorum immortalium ſedes & domicilium jure merito adpelletur. „

„ Multis certe argumentis evidentiſſime adparet, eam coeleſtium Numinum adventu ac praeſentia florere. Nunc vero Civitas veſtra, neglectis omnibus, quae ipſius intereſſe videbantur, & omiſſis precibus, quas pro reipublicae ſuae negotiis antehac nobis offerre conſueverat; ubi primum ſenſit homines deteſtandae vanitatis integrum ſerpere coepiſſe, & quaſi neglectum ac ſopitum quemdam rogum redivivis fomitibus ingentes ignium globos denuo exſcitare, confeſtim ad noſtram pietatem tanquam ad totius religionis metropolim confugit, remedium aliquod & ſubſidium efflagitans. Quod quidem ſalubre conſilium, vobis ob fidem pietatis veſtrae a Diis immortalibus ſuggeſtum eſſe non dubium eſt „.

„ Scilicet altiſſimus ille & maximus Jupiter, qui clariſſimae civitati veſtrae praeſidet, qui patrios veſtros Deos, qui uxores & liberos, qui penates & domos ab omni peſte atque exſitio ſervat incolumes, veſtris mentibus hanc ſalutarem injecit cogitationem, aperte indicans, atque oſtendens, quam eximium, quamque praeclarum & ſalutare ſit, ad cultum ipſius & ad ſacras Deorum immortalium ceremonias cum debita veneratione adcedere. Quis enim tam demens, tamque omnis ſenſus exſpers reperiri poteſt, qui non intelligat, propitia Deorum in nos benevolentia fieri, quod nec terra credita ſibi abnegat ſemina, ſpem agricolarum vana exſpectatione deludens; nec impii belli adſpectus impraepedite defixus haeret in terris; nec corrupta coeli temperie arentia pereunt corpora; nec immoderatis ventorum flatibus agitatum pelagus intumeſcit; nec ſubitae ac praeter exſpectationem ingruentes procellae pernicioſam exſcitant tempeſtatem; quodque parens omnium & auctrix terra, nec ab imis ſedibus horrendo tremore concuſſa emergit, nec rurſus montes eidem ſuperpoſiti hiatu ſubito abſorbentur. Quas quidem omnes cala-

calamitates, iisque adhuc acerbiores alias antehac saepius contigisse, nemo est qui ignoret „.

„ Haec porro omnia ob pestiferum errorem inanissimae vanitatis sceleratorum illorum hominum evenerunt, quo tempore error ille in animis eorum pullulavit, & universum propemodum terrarum orbem probro ac dedecore opplevit „.

. . . . . .

„ Adspiciant in aperta camporum planicie florentes segetes & spicis quodammodo fluctuantes; prata considerent plantis & floribus collucentia propter opportunam imbrium irrigationem; coeli statum intueantur in placidissimam temperiem restitutum. Laetentur in posterum cuncti, quod per vestram pietatem & sacrificia & cultum Deorum numen fortissimi & potentissimi Martis placatum est, atque idcirco tranquillissima pace quietius perfruentes se se oblectent. Sed & quicumque caeco illo errore & ambage liberati ad rectam sanamque sententiam redierunt, eo magis gaudeant, tanquam ex inopinata tempestate, aut ex gravissimo morbo servati & jucundissima inposterum vita fruituri „.

„ Quod si qui in detestando suae vanitatis errore adhuc perstant, ii quam longissime a vestra urbe ac territorio secluſi, sicut petitis, abigantur, ut hoc pacto civitas vestra juxta laudabile studium vestrum ac desiderium omni piaculo ac scelere liberata pro insito sibi adfectu cum debita veneratione Deorum immortalium sacrificiis inserviat. „

„ Porro ut intelligatis quam grata nobis fuerit vestra haec postulatio & qualiter animus noster, etiam absque decretis ullis ac petitionibus, ultro sua sponte ad beneficia viris bonis largienda promptissimus est, devotione vestrae concedimus ut quodcumque & quammaximum volueritis beneficium pro hoc pio ac religioso vestro proposito postuletis. „

„ Jam ergo ut id faciatis, utque adcipiatis operam date. Etenim illud absque ulla mora consequuturi estis. Quod quidem vestrae civitati praestitum beneficium, cum religiosissimae vestrae erga Deos immortales pietatis perpetuum deinceps erit testimonium; tum vestris liberis ac nepotibus declarabit, vos pro hujusmodi vivendi ratione ac instituto digna praemia a benignitate nostra retulisse „.

Hucusque ex cit. *Euseb.* Interprete *Henr. Valesio*.

Item *repente Edicta Maximini* (s) *contra Christianos quoquo versus per singulas sunt missa provincias. Simul Praesides, ipseque Praefectus Praetorio propositis edictis & epistolis ac publicis jussionibus instabant Curatoribus civitatum & Magistratibus ac Tabulariis ut Imperatoris praeceptum exsequutioni mandarent, quo jussum erat ut idolorum quidem delubra, quae vetustate collapsa erant, omni cura ac studio instaurarent; cunctos vero tam viros quam mulieres, una cum servulis & infantibus sacrificare & libare diis immortalibus cogerent & immolatis hostiarum carnibus vesci; utque cuncta in foro venalia sacrificiorum libationibus inquinarent-*

(s) Pergit *Euseb.* de Mart. Pal. c. 9. edit. Valesii.

narentur, & ante publica balnea quasi in insidiis collocarentur custodes, qui lavantes illic homines, sordesque corporis expurgantes exsecrandis sacrificiis macularent.

Praeterea (*t*) *quum tertio persequutionis, quae diebus nostris excitata est, anno* (Chr. 306) *impii Maximini literae pervenissent, quibus Rectores urbis jubebantur operam dare, ut omnes daemonibus sacra facerent; quumque praecones per cunctas civitates inclamarent, ut viri simul ac mulieres cum filiis ad Idolorum fana convenirent; atque idcirco Chiliarchae & Centuriones per domos, vicosque vagantes oppidanorum censum agerent, & singulos inde nominatim citarent, ut eos ad sacrificandum, prout ipsis imperatum fuerat, compellerent* &c.

XIV. *Licinius* Orientis Imperator sub an. circ. 316. *lege lata praecepit ne Episcopi uspiam inter se de ulla re conferrent, neve ulli eorum in alterius sibi vicini ecclesiam ventitare liceret & synodos ac concilia de communibus negociis habere* (*u*). Deinde *alteram legem tulit, qua jubebat ne viri orandi caussa in Ecclesiam Dei simul cum mulieribus convenirent, neve mulieres ad venerandas virtutis scholas discendi caussa ventitarent; postremo ne Episcopi divinae religionis praecepta mulieribus traderent, sed ut mulieres ad id electae docendis mulieribus praeficerentur* (*x*). Haec autem quum ab omnibus riderentur, aliud quidpiam commentus est ad Ecclesiarum eversionem, *Jussit enim ut sollemnes populorum conventus extra portas in aperta planicie celebrarentur, adserens liberum extra portas aërem turbis longe commodiorem esse, quam oratoria intra urbem sita* (*y*).

Nunquam insuper a persequutione in Christianos abstinuit. *Quippe lege lata Episcopos ad gentilium aedes vetuit adcedere, ne scilicet christianorum religio hujusmodi obtentu propagaretur* (*z*). Item *lege lata prohibuit ne quis miseris* (christianae legis adsertoribus) *in carcere detentis alimenta humaniter subministraret, neve quis homines in vinculis fame contabescentes miseratione prosequeretur... Quin & legi adjecta erat haec poena, ut qui reis stipem dedissent, pari cum reis ipsis supplicio plecterentur; utque in carcerem & vincula conjecti, eandem cum noxiis hominibus poenam subirent, qui humanitatis officia illis praestitissent.* Hujusmodi fuere constitutiones *Licinii* (*a*).

Praeterea Caesareae in Cappadocia sub an. circ. 322. *quum tyrannus, qui tunc imperabat* (Licinius) *amaritudinem animi atque crudelitatem usque ad Ecclesiae bellum exstenderet, tolleretque adversus pietatem manum Deo infensam & denuntiaretur ubique ac ediceretur in omni foro & in*

(*t*) Sic rem confirmant *Acta* S. Apiani Caesareae passi, edita ab Evod. Assem. tit. p. 191.

(*u*) Totidem verbis *Euseb.* in vita Const. l. 1. c. 51. edit. Vales.

(*x*) *Euseb.* idem c. 53.

(*y*) Ibid. *Euseb.*

(*z*) Haec *Socrat.* hist. l. 1. c. 3. edit. Vales.

(*a*) Singula *Euseb.* hist. l. 10. c 8. ed. Vales. = Quod autem haec ultima lex adversum christianos in carcerem detrusos lata fuerit, disertis verbis adfirmat *Farlat.* tit. p. 463. col. 1. in lectione citati loci Eusebiani, quem ipse adducit ex l. 9. hist. eccl. c. 10. sed fortasse aliud cogitans.

& in omni loco insigni ut ne adoraretur Christus, alioquin morte multarentur cultores; quumque praeceptum esset, ut omnes adorarent idola, haberentque pro diis lapides & ligna artis caelatura conformata; alioquin si qui dicto audientes non essent, perferrent intolerabilia &c. (*b*).

Denique (*c*) *postquam autem promulgatum est impium illud, scelestumque Edictum* (a Licinio latum) *ut ne quis confiteretur Christum, alioqui subeunda pericula essent, tum nullum non intentabatur genus supplicio-rum, atque judices iniquitatis adcendebantur multa ira ac ferina in hos pietatis cultores* &c.

XV. *Teredates* ethnicus Armeniae Rex ad an. fortasse circ. 316, priusquam ad Christi fidem opera S. Gregorii Armenorum Apostoli traduceretur, quocumque per ditionem suam literas transmitti jussit, quae hujus erant tenoris:

Edictum Teredatis.

„ Teredates Rex magnae Armeniae magnatibus, ducibus, satrapis, praefectis & reliquis in ditione mea subditis, oppidis, vicis & locis, liberis simul, & libertate carentibus, omnibus pacem. Providentia sit ab auxilio deorum & plurimum alacritatis a fortissimo Jove, cura a Domina Diana: virtus ab Hercule virtute ornato adsit vobis & omni regioni, & reliqua. „

„ Porro omnibus annis temporum suorum Teredates Rex, inimicitias gerens cum Regno Persarum, vindictam exquisivit per pugnam & bellum, donec impleretur tempus quatuordecim annorum, quibus sanctissimus Gregorius erat in carcere castri. Erat enim bellum durissimum inter Teredatem Regem & reges Persidis. Rursum jussit componi secundum mandatum omnibus provinciis hunc in modum „.

„ Teredates magnae Armeniae Rex locis & provinciis, satrapisque & belli ducibus ac civibus, pacem. Valete, nam & nos ipsi valemus. Vos scitis quomodo antiquitus & a tempore progenitorum nostrorum victoria & pax multa nobis data sit per auxilium deorum ut omnes gentes concorditer haberemus subditas. Nam quando illos in simulacris colere non studuimus, & mandata eorum contemsimus, ira sua nos ejecerunt & expulerunt a maxima dominatione nostra. „

„ Nunc ergo maxime propter religionem Christianorum mandamus vobis (nam saepe contingit ut illorum aliquis inveniatur, ipsique cultum deorum praecipue impediunt) ut si quos tales inveniatis, in medium producatis. Nam eos manifestantibus & dona & honor dabuntur a Regibus: si vero illos non indicabunt, si etiam absondent, hi comprehensi cum damnatis habebuntur, ductique in carceres regios moriantur, domus vero eorum publico detur. „

„ Si

(*b*) Haec *Basil.* in ea, quam nuper laudavimus hom. 18. in Gordium M. n. 2. versus fin.

(*c*) Verba sunt ejusdem *Basil.* hom. 19. in SS. quadraginta Martyres, Sebaste in Armenia passos, n. 3.

„ Si ego vel maxime non peperci dilecto meo & bene merito Gregorio, quem propter hoc mandatum, multis cruciatibus & tormentis prius subjectum, demum in profundissimum praecipitium projici jussi, ibique simul a serpentibus devorari; neque enim magnum ejus laborem exsistimavi aliquid esse in comparatione ad amorem & cultum deorum, ut vobis etiam metus sit ac timor mortis & sub eorum vivatis providentia, & beneficia a nobis consequamini; intelligite. Valete, & nos valemus. „ (*)

XVI. *Sapor* II. cognomento *Longaevus*, Persarum Rex Edictis complurimis in Christi gregem daeseviit quidem 40. totos annos & amplius usque ad an. 380. quo ipse interiit. Principio enim an.circ.327. *Inierat Sapor Persarum Rex annum Regni sui duodevigesimum, ratusque id e republica esse adversus Christi Ecclesiam, adeo acerbam persequutionem commovit, ut etiam ecclesias & altaria dirueret, monasteria incenderet, gravissimisque oneribus universos christianos divexaret. Haec porro Rex ad eum finem moliebatur, ut ii a Deo rerum omnium opifice deficientes, ad ignem*

ADNOTATIO.

(*) HAec Authore Agathangelo in vita perantiqua graece conscripta S. Gregorii primi Armenorum Episcopi *Stiltingus Bollandianus*, ejus vitae interpres ad d.30. Sept. n.57. sq.p.346.

Scio equidem, *Papebrochium* t.1. Mai. in Ephemer. graeco mosch. p 43. & alias, *Tillemont.* t.5. mon. eccl. in persecq. Dioclet. art.44. *Baillet* de vit. SS. in tab. critica in acta S. Gregorii ad d. 30. Sept. Agatahangeli acta ceu fabulis & historiolis incredibilibus, aliisque naevis refertam aut omnino rejicere, aut saltem valde suspecta & dubia tenenda jubere.

Ego tamen malim consentire cit. *Stiltingo*, qui prae ceteris quibusque minutim, prolixius, & adcuratius re discussa, hisque Agathangeli actis diligenter collatis cum ceteris fere cunctis gesta S. Gregorii concernentibus, censuit demum, & aperte probavit, haec acta, tametsi miscre corrupta, multisque naevis faedata, perplura tamen continere, quae aut certa quidem sunt, aut veri similia, quam Critici praelaudati crediderint; atque adeo nec omnino probanda esse, nec omnino rejicienda. Confer diligenter hunc Authorem in commentat. praev. & mecum eris.

Huc ergo pro re nostra quod Edictum Teredatis spectat, veri satis simile est ab hoc Rege editum esse Seculo IV. ineunte. Quippe quod pridem ante hoc Seculum Armeni ad fidem vulgo conversi fuerint, testantur *Euseb.* hist. l.9. c.8. & *Sozom.* l.2. c.7. & 8., quod insuper Maximinus, qui ab an. 305. Syriam administrabat, vicinos Armenos ad cultum simulacrorum ac daemonum traducere per vim conatus sit, refert ibid. *Euseb.*, quod praeterea Teredates una cum gente Armena pacem & amicitiam coleret cum populo Romano ejusque Imperatoribus, perspicue deducitur ex eodem *Euseb.* passimque produnt rerum Teredatis Scriptores ap. cit. *Stilting.*, quod demum Teredates idem tum a fide Christi alienus aegre ferret Deos immortales ethniciimi in ejus imperio despici ac fidem christianam coli & promoveri, testatissimo documento sunt atrocia supplicia, quibus S. Gregorium, Ripsimen Virginem, aliosque pro fide Christi pugnantes dire adfici jussit: quae omnia constant ex historiis Armenorum ap. *Galan.* in concil. eccl. arm. cum Rom. par.1. historiali c.1. & ap. laud. *Stilting.*

His itaque praejactis liquido eruitur ceu veri longe simile, Teredatem Regem praefatum Edictum promulgasse, & vel sponte quidem sua, vel potius Galerii, aut Diocletiani suggestionibus perductum; quod secundum exsistimavit idem *Stilting.* ad n.58. notat. *b.*

Maneat igitur, hoc duplex Edictum, aut saltem quod ab Interprete dicitur *secundum mandatum*, ab Teredate adhuc ethnico, adeoque deorum suorum observantissimo, adversum religionem supernaturalem conditum esse, atque ad omnes provincias transmissum.

ignem ſolem & aquam tanquam ad nova numina transfugèrent . Si quis itaque horum inanium deorum cultum recuſaſſet , atroces & intolerandas quaeſtiones ſubire cogebatur (*d*); cogentibus videlicet Saporis Edictis ; quoniam (*e*) *mactı animo agite dum , Regis Regum edictis obſequentes , ſolem , lunam , ignem praeterea & aquam ſanctis , ſtatiſque a Principe ceremoniis colite* (*f*).

Deinde *anno trigeſimo Saporis* (hoc eſt Chriſti 339.) *Perſarum Regis Magi adverſum Nazarenos haec detulerunt ad Regem ... contumeliis, probriſque ſolem adcipiunt , contemnunt ignem , & nullo aquam honore dignantur . Ob haec Rex ita excanduit , ut ab itinere quod ſuſcepturus erat in oppidum Aſphareſam abſtineret , ediceretque ut caperentur Nazareni ... Ad haec Rex , reos* (chriſtianos Saporem Epiſcopum & alios ad Regem nominatim delatos) *inquit , per univerſum regnum meum exquiri, compertoſque ante triduum ad quaeſtionem vocari jubeo* &c. (*g*)

Tum *anno centeſimo decimo ſeptimo Regni Perſarum , qui fuit trigeſimus primus Saporis Regis Regum* (Chriſti 340.) *ea populum noſtrum calamitas pervaſit . Tum vero Rex* (reſponſis fortiſſimi M. Simeonis convictus & efferatus) ... *irrugiit tandem horrendum in modum , terramque horrenda oratione commovit , atque edixit ut in Sacardotes ac Levitas ſine cunctatione animadverteretur , aedes ſacrae funditus exſcinderentur , ſanctiſſima Religionis monimenta conſpurcarentur , direptaque ſacri miniſterii inſtrumenta in profanos uſus abjicèrentur* (*h*).

Inſuper *anno trigeſimo ſecundo Saporis Regis hoc eodem die* (in paraſceve an. Chr. 341.) *immaniſſimum promulgatum eſt Edictum , immittis exſerta romphaea , ferroque datum jus ad perniciem cujuſvis fatentis ſe eſſe chriſtianum , ut ſub jugum cogeretur & loris conſtrictus in ſervitutem adduceretur ... Illo* (Rege) *namque tonante acerbum Edictum emiſſum eſt ceu horriſonae grandinis excuſſa nubibus procella ... Etenim ab hora ſexta feriae ſextae , quae in quartam decimam lunae Aprilis diem incidit , qua Edictum illud promulgatum fuit , ad alteram uſque Dominicam Pentecoſtes* (hoc eſt Dominicam in Albis) *diebus ſcilicet decem a caedibus numquam ceſſatum* (*i*).

Ceterum *re comperta* (quod nempè Azades ei cariſſimus pro fide Chriſti martyrium ſubierit) *Rex magna animi perturbatione ac moerore*

(*d*) Hoc initium ap. *Acta* ſincera SS. MM. Jonae , Brichieſu & ſociorum in Perſide , ea referente chaldaico-lat. *Steph. Evod. Aſſemano* in Actis ſinceris MM. Oriental. c. 5. a p. 215.

(*e*) Sic loquutus eſt Praeſes Jonam & Brichieſum , ibidem p. 217.

(*f*) Recole admonitionem Aſſemani in haec Acta .

(*g*) Sic *Acta* SS. Saporis Epiſc. & aliorum MM producta ſimiliter ab cit. *Aſſem.* p. 226. ſq.

(*h*) *Acta* SS. MM. Simeonis Barſaboë Epiſcop. & Socior. ab cit. Aſſem. edita p. 15. 19. ſq. = Hoc porro Edictum celeberrimae perſequutioni Saporis annorum 40. initium poſuit .

(*i*) Sic ibidem *Acta* Azadis Eunuchi Regis & aliorum MM. deſcripta a S. Marutha , qui Synodo Nicaenae I. interfuit , & producta a cit. *Aſſem.* p. 45. 47. = De eodem Edicto eadem fere *Sozom.* hiſt. l. 2. c. 11. quem ceteri exſcripſerunt cum *Niceph.* hiſt. l. 8. c. 3. *Bolland.* ad d. 21. April. p. 845. *Hermant* in vita S. Athan. l. 5. c. 26. *Ruin.* in Act. ſel. p. m. 498.

rore adflictus est: Edictoque cavit, ne deinceps in obvios quosque pro ipsorum (Praesidum) *arbitrio saeviretur, sed eorum duntaxat judicia exsercerentur qui viae istius duces esse videbantur* (*k*). Videlicet Sapor *hanc generalem christianorum caedem compressit, solos vero christianae legis doctores interimi praecepit* (*l*).

Praeterea sub an. regni Saporis 36., persequutionis 6., Christi 345. *impius Rex justitiae nescius & aequitatis, immani exarsit ira, eamque repente excussit, profuditque christianos omnes cruento atque saevissimo Edicto proscribens ... Edicti haec summa erat.*

Saporis II. *Edictum.*

„ Quicumque me amat, meumque regnum salvum cupit, det operam ne quis christiani nominis tenax intra Persidis fines, aut sub ditione mea commoretur, quin solem adorare, atque ignem & aquam colere, vesciique animantium sanguine compellatur. Si quis haec facere detrectaverit, hunc Praefectis actutum dedi jubeo, atque ex eorum sententia torqueri & ultimo adfici supplicio „. (*m*)

Item sub an. Chr. 346. Narsetus Tamsapor Praetor in quaestionem vocatas SS Theclam, Mariam & alias Virgines Deo sacras *hunc in modum compellat: vos vero nisi Regis Edicto obtemperaveritis, ut soli litare & nuptias inire velitis, acerbissimam quaestionem, constitutamque capitis poenam neutiquam evadetis. Statui enim quae in mandatis habeo celerrime perficere, atque in contumaces animadvertere* (*n*). E quibus constare videtur, ex peculiari Saporis Edicto teneri Virgines ad ineundas nuptias, spreto Virginitatis voto.

Rursum ad an. 376. *trigesimo septimo nostrae persequutionis anno crudele & atrox Edictum adversus cujuscumque nominis christianos promulgatum est, imperatumque Praefectis ut in christianos exquisitissimis supplicüs animadverterent, eosque fustibus caederent, lapidibus obruerent, confícerent aerumnis* (*o*).

Postremo quum Zarusciates quidam Praefecto, qui eorumdem Martyrum quaestioni praeerat, nove subcederet, *huic Rex impius severissima adversus christianos mandata dederat. Inter cetera Praefectis ederat, ut laicos quoscumque in christiana professione perseverantes exquisitis tormentis cogerent, ad Visitatores suos lapidibus obruendos* (*p*). Haec de Edictis Saporianis, quae clariss. Praesuli *Evod. Assemano* debemus (*q*).

XVII. *Ju-*

(*k*) Sic eadem *Acta* ap cit. Assem. p. 50.

(*l*) Ita *Sozom.* l. 2 c. 11. idemque ferme repetit c. 12. sub fin.

(*m*) Haec ferunt *Acta* SS. MM. Barbascemini Episc. & Socior. chaldaice exarata ab eodem S. Marutha & latine reddita a laud Assem. p. 117. = In eisdem *Actis* alia antiquiora Edicta commemorari videntur p. 112.

(*n*) Sic *Acta* earum SS. Virginum & MM. a S. Marutha conscripta & a cit. Assem. versa atque primum edita, p. 124.

(*o*) Sic *Acta* SS. MM. Acepimae Episc. & socior. simili modo conscripta a S. Marutha, & edita a cit Assem. p. 181.

(*p*) Sic ibidem eadem *Acta* p. 198. sq.

(*q*) Ipsorum interpretationem saepe dat idem *Evod.* in Admonitionibus, notisque pereruditis ad eadem Acta, quas consulere non pigeat. = Neque vero pluribus non laudandus *Jos Simon Assemanus*, qui primum de iis ex ipsis Actis in biblioth. Vaticana adservatis multa disseruerat in biblioth. orient. t. 1. a p. 184. & t. 3. par. 2. a p. LI.

XVII. *Julianus*, de quo ceu philoſopho mox loquuti ſumus, ceu Auguſtus Edicta praeſcripſit in imperii ſui auſpiciis. Nempe *jura condidit non moleſta, abſolute quaedam jubentia fieri vel arcentia, praeter pauca. Inter quae erat illud inclemens, quod docere vetuit magiſtros rhetoricos & grammaticos chriſtianos, ni tranſiſſent ad numinum cultum.* (r) Edicti ſui meminit, ejuſque rationes ethnicas exponit, chriſtianis illudens atque irridens, idem *Julianus* in haec verba:

Juliani Epiſtola XLII. *ad Jamblichum*,

„ Doctrinam rectam eſſe arbitramur; non verborum linguaeve magnificum & exquiſitum ſonum, ſed mentis bene conſtitutae ſanam adfectionem, & veras certaſque de bonis, & malis, honeſtis & turpibus, ſententias. Quare quiſquis aliud ſentit, aliud ſuos diſcipulos docet, is tantum videtur a ſcientia, quantum a probitate abeſſe. Ac ſi de parva re ſit linguae animique diſſenſio, in hoc ipſo etiam eſt improbus, tametſi modum non excedat ſceleris magnitudo: ſin vero in maximis rebus aliud ſentit, contraque ac ſentit docet, nonne haec cauponum, non dico bonorum, ſed nequiſſimorum, vita eſt? quippe quum id maxime doceant, quod maxime malum exiſtimant, fallentes atque ineſcantes laudibus, quibuſcum ſua, ut arbitror, mala commutare volunt.„

„ Quamobrem omnes, qui quidvis docere profitentur, bonis moribus eſſe debent, neque opiniones novas & a ſenſu populari abhorrentes adferre; ſed inprimis tales eſſe debent, qui adoleſcentes in veterum ſcriptis inſtituunt, ſive ſint Rhetores, ſive Grammatici, & praecipue Sophiſtae, qui non ſolum verborum, ſed etiam morum magiſtros ſe eſſe volunt, & ad ſe philoſophiam de adminiſtrandis rebus publicis pertinere contendunt. Hoc verum ſit, nec ne, in praeſentia omitto: laudo eos, quod doctrinam tam praeſtantem exſpectant; plus certe laudaturus, ſi non mentirentur, neque ſe ipſi refellerent, dum aliud ſentiunt, aliud diſcipulis tradunt.„

„ Quid? Homerus, Heſiodus, Demoſthenes, Herodotus, Thucydides, Iſocrates, Lyſias Deos habent doctrinae ſuae duces, & auctores. Nonne eorum alii Mercurio, alii Muſis ſacros ſe eſſe arbitrabantur? Quare abſurdum eſt, qui horum libros exponunt, Deos vituperare, quos illi coluerunt. Neque tamen, quia id abſurdum puto, idcirco eos diſcipulorum cauſſa ſententiam mutare jubeo: verum do optionem, ut ne doceant quae non bona eſſe cenſent; ſin docere malunt, doceant re ipſa primum, & perſuadeant diſcipulis, neque Homerum, neque Heſiodum, neque quemquam eorum, quos interpretati ſunt, quoſque impietatis, amentiae, & erroris

(r) *Ammian. Marcell.* hiſt. l. 25. c. 4. ad an. 363. edit. Hadr. Valeſii 1681. Ei ſubcinunt Authores ceteri, ubi de Juliano, cum *Oroſ.* hiſt. l. 7. c. 30. aliiſque cum veteribus tum recentioribus, quos lato calamo recenſuit *J. A. Fabric.* in Luc. Evang. c. 14. a p. m. 302.

roris erga Deos condemnarunt, talem esse.„

„ Nam alioqui quum ex illorum scriptis alantur, mercedemque capiant, avariſſimos plane & ſordidiſſimos ſe fatentur, ſi paucis drachmis id facere ſubſtineant. Atque hactenus quidem multa erant, quae eos templorum aditu prohiberent: & timor undique impendens excuſabat, quo minus veriſſimae de Diis ſententiae explicarentur. Nunc autem quum Deorum munere atque conceſſu libertate potiamur, abſurdum mihi videtur ea homines docere, quae non bona eſſe arbitrentur. Quod ſi in iis quae docent, & quorum quaſi interpretes ſedent, ſapientiam eſſe ullam arbitrantur, ſtudeant primum illorum in Deos pietatem imitari.„

„ Sin in Deos ſanctiſſimos putant ab illis auctoribus peccatum eſſe, eant in Galilaeorum Eccleſias, ibique Matthaeum & Lucam interpretentur: quibus vos obtemperantes, a ſacris abſtinere jubetis. Cupio ego & aures, & linguam veſtram (ſicut vos loquemini) renaſci in iis rebus, quarum utinam & ego ſim ſemper particeps, & omnes qui me diligunt. Doctoribus quidem, & praeceptoribus communis haec lex ſtatuatur, adoleſcentes enim qui ire volent, minime prohibentur. Iniquum ſiquidem fuerit, pueros adhuc ignaros quo ſe vertant, ab optima via rejicere, ac metu coactos ad patria inſtituta deducere. Quamquam autem verum erat iſtos tanquam impotentes, & inſanos, etiam invitos ac repugnantes curare: adtamen liceat omnibus per nos ita morbo detineri. Docere enim amentes, non punire oportet.„ (s)

Tum *ſtudia authorum gentilium Chriſtianos adire prohibens ludos literarum, illis ſolis, qui deos deaſque venerarentur patere decernit.* (t) Itidem *Legem tulit ne chriſtiani humanioribus diſciplinis inſtituerentur, ne ſi linguam, ut ajebat, acuiſſent, gentilium dialecticis expeditius reſponderent.* (u) Edicta haec memoravit praeter alios, acriterque perſtrinxit Juliano ſynchronus *Greg. Nazianzenus* (x) (*). Prae-

(s) Epiſt. 42. inter opera Juliani ab *Spanhem.* edita t. 1. p. 422. ſqq. Lege not. *Petav.* in eam epiſt. ad t. 2. p. 123.

(t) *Rufin.* hiſt. l. 10. c. 52.

(u) *Socrat.* hiſt. l. 3. c. 12.

(x) Orat. 3. contra Julian. Eam conf. cum interpret. *Billii Prunaei*.

ADNOTATIO.

(*) CONtendit *Baron.* ad an. 362. a n. 290. chriſtianos homines ſolum a docendo, minime vero a diſcendo, Juliani Edicto rejectos fuiſſe, quidquid edictum de non diſcendo gentilium literas affirmarint praelaudati *Nazianz. Socr. Rufin.* quibus addi poſſunt *Sozom.* l. 5. c. 18. *Theodoret.* hiſt. l. 3. c. 4. *Auguſt.* civ. l. 18. c. 52. *Niceph.* hiſt. l. 10. c. 25.

Quandoquidem, inquit Baron., in praedicta Juliani Epiſt. 22. chriſtiani docere prohibentur, non doceri. Tum *Ambroſ.* epiſt. 30. ad Valentinian. ſcripſit „ petunt „ etiam ut illis privilegia deferas qui lo„ quendi & docendi noſtris communem „ uſum Juliani lege proxima denegarunt „ ubi vero jus diſcendi denegatum minime innuitur.

Hieron. inſuper ſcripſit in chron. „ Pro„ haereſius ſophiſta Athenienſis, lege data „ ne chriſtiani liberalium artium doctores „ eſſent, quum ſibi ſpecialiter Julianus „ concederet ut chriſtianos doceret, ſcho„ lam ſponte deſeruit, „ ubi pariter nec

umbra

Praeterea *quum a Conſtantio Julianus Caeſar factus eſſet, dedit legem ut Chriſtiani nihil in hoc ſeculo poſſiderent* (*).

Rurſum *militiae cingulum non dari, niſi immolantibus jubet. Procurationem provinciarum, juriſque dicendi chriſtianis ſtatuit non debere committi, utpote quibus etiam lex propria gladio uti vetuiſſet. Et proficiebat quotidie in hujuſcemodi legibus exquirendis, quibus & ſi quid verſutum, vel callidum, tamen quod minus videretur crudele decerneret.* (y) Item *quaſi turpiſſimi cujuſdam criminis adcuſatis, novandum nobis cognomentum cenſuit, Galilaeos pro chriſtianis nominans, atque ita vocari publica lege decernens.* (z) Quin etiam *pecuniam a chriſtianis veteratorie extorquere cogitavit. Nam illis qui ſacrificare renuebant, mulctam impoſuit pecuniariam; ipſaque exactio in vere chriſtianos ſevera & exquiſita*

umbra quidem de lege, ne diſcerent chriſtiani.

Haec ille, qui rurſum in ſuae opinionis ſuffragium adſciſcere poteras *Marcellinum* mox productum, ubi nempe legem memorat inclementem de non docendo, neutiquam inclementiorem de non diſcendo.

Ceterum vehementer miramur, Baronium argumenta haec negantia tot, tantiſque eximiae fidei adſirmantibus praetuliſſe. Esto quidem Edictum illud de non diſcendo ex epiſt. 42. Juliani extundi nequeat; cur autem aliud ea de re Imperator non elicuerit, quod ſcriptores ſynchroni viderint, & adſeruerint, deinceps vero perierit, nec noſtra aetate proſtet? Porro licet Authores omnes Baronio laudatos Edictum praetereat, nullus tamen eorum adfirmat latum non eſſe; qua igitur ratione tot aliis, tantiſque, itemque ſynchronis, latum eſſe diſerte teſtantibus omnino neganda fides?

Apage nugas. Nec audiendus Annalium Parens, uti nobiſcum ſentiunt Eruditi Viri cum *Hermantio* in vita S. Baſil. l. 2. c. 26. & in elucidat. ad ipſum caput p. m. 625. ſq. *Pag.* ſenior. in crit. Baron. in citatum Baronii locum, *Tillem.* t. 7 in perſeq. Jul. art. 9. & in notis, nota 3. ubi Hermantium exſcripſiſſe videtur, ſi hic citius vitam Baſilii in vulgus emiſerit.

ADNOTATIO.

(*) ITa proferunt *Acta* S. Gallicani praefixa paſſioni SS. Joan. & Pauli ap. *Bolland.* ad d. 25. Jun. n. 8. p. 38. Haec tamen Acta, quantumvis perantiqua, & e mſſ. codicibus ſex compilata, parvae fidei ſunt apud Eruditos cum *Tillem.* t. 7. ubi de perſeq. Juliani nota 6. quibus laud. *Bolland.* adcedere videntur.

Et ſignanter quidem de lege in Actis tradita, haec *Bolland.* in adnotatis lit. z. „ non invenio, qui Juliano hujuſmodi legem „ exprobraverit, ſed alias eo tendentes, qui „ bus praeſertim eccleſiae ſpoliarentur.„ Haec itidem *Tillem.* cit. adnotat. verſus fin. „ id nec ullus hucuſque dixit, nec dicere „ potuit.„

At, inquis, legem hanc elici poſſe ex animo Juliani, prout eum ipſe explicat epiſt. 43. ad Hecebolum, ubi de *Galilaeis*, hoc eſt chriſtianis, orationem inſtituens, haec ſcribit.

„ Quod ipſis a lege admirabili impera„ tum eſt, quo facilius in regnum coelorum „ veniant, nos ad id hominibus opem tuli„ mus, eorumque pecunias omnes ab Edeſ„ ſenorum eccleſia tolli juſſimus, ut militi „ dividantur & facultates ut noſtris privatis „ adtribuantur; quo illi pauperes facti ſapiant, „ neque regno coeleſti, quod nunc etiam „ ſperant, priventur.„

Ceterum licet haec Juliani animum in bona chriſtianorum iniquiſſimum prodant, nequit vero inde liquido depromi, legem pariter, de qua lis eſt, quam nemo unus, quod ſciam, alias memorat, edixiſſe. Quocirca eam & nos ut ſubditiciam rejicimus.

(y) Haec praelaudatus *Ruſin.* l. 10. c. 32.

(z) *Nazianz.* in praecit. orat. contra Julian.

fuit... Ista quidem utebatur lege non solum in locis, quae ipse peragravit, sed in illis etiam, ad quae minime adcesserat. (a)

Insuper *Edicta adversus aedes sacras, tum publice proposita, tum privatim expleta, & donariorum ac pecuniarum depraedationem non magis ab impietate, quam ab avaritia manantem, & suppellectilis sacrae direptionem profanis manibus indigne & contumelioſe tractatae praeteream* (b). Quid plura? *Clericis omnem immunitatem, honorem & frumenti congiaria ipsis a Constantino donata ademit, legesque eorum causſa conditas abrogavit, & eos denuo curiis addixit* &c. (c) Demum *constituebat christianos omni libertate & fiducia spoliare, eosque ab omnibus rebus arcere, conciliis, foro, publicis coetibus, ipsisque adeo tribunalibus: neque enim fas esse quemquam iis uti, qui aris antepositis thura non adoleverit, tantamque tantae rei mercedem pependerit. O leges, & Legislatores, & Principes!* &c. (d). Haec Julianus ex christiano ethnicus.

Hactenus de Imperialibus Edictis in supernam religionem, ejusque cultores sub IV. priora Secula nobis haud indiligenter adsertis, ac vindicatis. Cetera vero posteriorum temporum alias, si faverit Deus, dabimus (e) (*).

E vul-

(a) *Socr. hist.* l. 3. c. 11.
(b) Praememoratus *Nazianz.*
(c) *Sozom. hist.* l. 5. c. 5.
(d) *Nazianz.* ibidem.
(e) In comment. de Hist. dogmatico-polemica universali, quam promisimus in diss. de Scholast. vindicata edit. Genuae 1766. in praefat. p. xv.

ADNOTATIONES.

(*) I EN tibi totidem verbis excerptam ex probatissimis documentis, quam diu exoptavimus, nec ab ullo excipere licuit, collectionem, aut seriem ejusmodi Edictorum, rariorum quidem, quae disertis verbis dictata sint ab Imperatoribus (haec enim perrara sunt quae exstent apud Scriptores etiam diligentissimos) complurium vero, quorum summam monimenta vetera palam explicant. Haec porro Edicta, quo nomine intelligas quoque velim Imperatorum Gentilium literas & rescripta, potissima sunt capita & fundamenta, quibus percelebris de persequutionibus in Ecclesiam historia, una cum chronologia solide innititur.

Porro si *Lactantium* audias instit. l. 5. c. 11., *Domitius Ulpianus*, celeberrimus ille Jure consultus, & fidei christianae adsertoribus infensissimus, exstinctus an. Chr. 226. „ de officio Proconsulis libro VII. „ Rescripta Principum nefaria collegerat, „ ut doceret quibus poenis adfici oporte„ret eos, qui se cultores Dei (hoc est „ *Christianos*) confiterentur. „ Quorum et vero Principum ea fuerint Rescripta, quae cum eodem libro VII. Ulpiani diu perierunt, nisi eorum, qui usque ad obitum Ulpiani persequutiones in christianos excitaverunt?

Iis quippe cit. *Lactantius* haec proxime praemiserat „ quin etiam sceleratissimi „ homicidae contra pios jura impia condide„runt; nam & constitutiones sacrilegae, „ & disputationes Jurisperitorum leguntur „ injustae „ quae quidem non nisi ad Edicta Principum persequutorum referri possunt.

Ergo ne, inquies, singulis hisce persequutoribus pecularia adscribenda Edicta? Hoc autem admisso, longe plura quam nos indicavimus, condita sunt. Siquidem haec habemus ex *Chrisost.* in l. quod Christus sit Deus contra Judaeos atque Gentil. n. 15. t. 1. edit. noviss. p. 578.

„ Gentiles erant Imperatores Augu„stus, Tiberius, Cajus, Nero, Vespa„sianus, Titus, & post illum omnes usque „ ad tempus beati Constantini Imperato„ris: omnesque illi, alii minus, alii ve„hemen-

E vulgo reliquo Paganorum

I. *Ii vulgo plerique omnes* religionem noſtram ſupernaturalem, quod Deos everteret ſuos, novoſque induceret cum natura ſenſili pugnan-

„ hementius Eccleſiam oppugnabant, op-
„ pugnabant tamen omnes, Quod ſi qui
„ eorum viſi ſunt mitius agere, hoc ipſum
„ tamen quod Imperatores palam in im-
„ pietate viverent, materia bellorum erat,
„ quum alii, qui ipſis adulabantur, gra-
„ tiam illorum captantes Eccleſiae bellum
„ inferrent. „ Haec ille.

Quid? quod quum perſequutiones univerſales, ac pleraeque locales in variis provinciis exſequutioni mandatae ſint, & quidem non niſi juſſu Principum perſequutorum, haec oportuit juſſa ad earundem provinciarum Praeſides reſcriptis emitti.

Ceterum antiqua obtinuit apud Romanos lex, ne ulla toto Imperio religio nova admitteretur ſine publica ſaltem authoritate, quam mihi *Tullius* l. 2. de legib. c. 8. ubi ſummam legum Romanarum exhibet, retuliſſe videtur ſub init. in haec verba „ ſeparatim nemo habeſſit (ideſt *habuerit*) deos: neve novos, ſed ne advenas, niſi publice adſcitos, privatim „ colunto „.

Heinc autem religio vera, quae Chriſtum Deum colit, ac Romanorum deos funditus rejicit, abſque lege ulteriore apud Romanos interdicta erat, cunctiſque proſcriptionibus abnoxia. Adde, quod neque Chriſtus Deus pacto ullo adſcitus eſt Romae, quemadmodum adſcitus publice eſt olim Aeſculapius Epidauro, ac Poſſinunte adcerſita eſt Mater Deum.

Quin immo Chriſtum Deum, vel ipſo Tiberio Imp. enixe poſtulante adſciſci Senatus Romanus expreſſe repudiavit; quippe vetus erat decretum ne quis Deus ab Imperatore conſecraretur, niſi a Senatu probatus: quod diſertis verbis retulit *Tertul.* in apologet. c. 5. ſub init. cui ceteri vulgo conſentiunt cum *Euſeb.* hiſt. l. 2. c. 2. quidquid *Tanaquillus Gaber* epiſtolar. l. 2. ep. 12. a p. m. 33. edit. 1674. leviſſimis fretus conjecturis Afro Doctori fidem deneget. (conferendus cit. *Gaber* cum notis *Valeſii* ad laudatum Euſebii locum.)

Iam vero poterant ſubinde & Imperatores Romani, & Praeſides Provinciarum, iis tum decretis obtinentibus, quamlibet in chriſtianos vexationem excitare; immo ad id negotii quodvis Edictum novum omnino ſupervacaneum videri poſſet. Idcirco priora fortaſſe Edicta in Chriſti cultores, prout ea Ulpiano collecta Lactantius retulit, haud formam novae legis praeferunt, ſed modum duntaxat in perſequutionibus obſervandum, videlicet quantum ad qualitatem poenarum ex placito Principum infligendarum Chriſti cultoribus.

Igitur ad hunc ſaltem modum habendum in vexationibus gravioribus & univerſalibus expectandum fuiſſe videtur Reſcriptum authenticum ad Praefectos Provinciarum directum, quidquid ii deinceps Praefecti feris barbariores in vexandis fidelibus nullum plerumque tenuerint modum, Id quod & hiſtoriae, & Acta ſincera Martyrum paſſim commonſtrant.

Sane ii ferme plerique omnes illi adſimiles Edeſſae Praeſidi in Diocletianea perſequutione, de quo *Arcthas* in Actis SS. MM. Guriae, Samonae & Abibi ap. Lipom. t. 3. fol. verſo 102. haec tradidit:

„ Furebat rabie incitatus adverſum
„ Chriſtianos is, qui paullo ante miſſus
„ provinciae regendae fuerat Praeſes. Por-
„ ro rabies illa id unum ſpectabat, quem-
„ admodum ei, a quo miſſus fuerat,
„ omnibus in rebus gratificaretur. Itaque
„ nihil prorſus omittebat eorum, quae eos
„ preſtare par eſt, qui furoris ſui ſociis
„ omnibus in rebus inſerviunt. „ Maneat ergo ex probabili argumento, Edicta multo plura, quam nos indicavimus, ab Principibus Romanis perſequutoribus fuiſſe condita. De ceteris autem non Romanis haud facilis dictu res eſt.

Quo plane ſubvertitur argumentum illud, quo *Henr. Dodvvellus* diſſ. Cypriánica 11. paucitatem Martyrum convincere adnititur, inquiens „ paucos Imperatores „ Eccleſiam fuiſſe perſequutos, pauciora „ Edicta adverſus fideles lata recenſeri. „ Complurima ſiquidem ſunt, quae nos lata eſſe indicavimus.

II. Edictis Imperialibus plura ſubnecti poſſent a Romanis Praeſidibus provinciarum, hoc procul dubio jure ornatis, literis conſignata. Unum heic plurium inſtar recitare ſufficiat Edictum ab Agrippa in Urbe Philippi an. 318. ſub Licinio Imp. ex *Actis* S. Theodotae M. ſub init. ap-

cit.

gnantes pietatis ſupernae ritus, odio pluſquam Vatiniano exſecrabantur; ſubinde noſtrates ceu ejuſdem cultores paſſim ſugillabant, diriſque devovebant. Heinc porro in eos illa nominum calumnioſorum plauſtra. Siquidem, ut cetera quamplurima mittam, Chriſtiani ſub priora ſecula Paganis audiebant *Athei*, quod opinione eorum nullum colerent Deum qui ſuos omnes deridebant & adſpernabantur; *Impii*, quod deos longe exterminarent; *Graeci Impoſtores*, quod inducta falſa religione mundo imponerent; *Magi*, *Superſtitioſi*, *Malefici*, quod miracula ab eis patrata praeſtigiis, & ſuperſtitioſis ac maleficis artibus adſcriberent; *Deſperati*, quod corpori ſuo pro fide Chriſti minime parcerent; *Latebroſa* demum & *lucifuga natio*, quod ad devitandum perſequutorum furorem opus eis eſſet conventus ſuos religioſos noctu agere (*f*).

II. Se-

cit. *Evod. Aſſem.* in Act. MM. occid.

Nimirum „ Agrippa Praefectus ſolemne diis ſacrificium & Apollini feſtum „ facturus, edixit ut omnes iiſdem immolarent, eaque ſecum celebritate fruerentur. Quum autem Theodota meretrix Edicto obtemperare recuſaret, apud Praeſidem „ adcuſata eſt: Theodota, delatores dicebant, Edictum tuum parvi pendens, Apollini litare detrectat. „ Atque Theodotam illico tormentis addici jubet.

III. Si deveniamus ad reliqua id genus Edicta cum ab Principibus, tum ab Judicibus inferioribus voce tenus prolata, haec propemodum innumera ſint oportet. Quandoquidem, ſi pauciores excipias, vel a tumultuantibus populis, vel a quibuſdam privatis hominibus ſaevis in odium ſupernae fidei peremtos; at maximus tamen SS. Martyrum numerus, qui vulgo innumerabiles dicuntur contra *Dodvvellum* & perpaucos alios, ex ejuſmodi Edictorum injuria & violentia periit & coronam reportavit; adeo ut jure adſeras, tot re aut virtute exſtitiſſe memorata Edicta, quot Martyres ex hoc maximo numero in menaeis, in martyrologiis, in Actis Martyrum, in ceteris quibuſque tabulis eccleſiaſticis recenſentur, ii quippe univerſi (quod ethnicos judices ſub iv. priora ſecula ſpectat) juſſu vel authoritate publica cecidiſſe exiſtimantur.

Et in hanc porro claſſem prae primis illi Principes revocandi, de quorum perſequutionibus in chriſtianos certo conſtat, minime vero de Edicto literis conſignato. Eorum omnium inſtar ſit *Athanaricus* Rex Gothorum, atrox chriſtiani nominis perſequutor ad an. circ. 372 ex *Epiph.* haer. 70. n. 15. *Auguſt.* l. 18. civ. c 52. *Oroſ.* hiſt. l. 7. c. 32. *Sozom.* hiſt. l. 6. c. 37. at de cujus Edicto perſcripto nulla uſpiam, quod ſciam, injecta mentio.

Licet autem ex cit. *Sozom.* dicatur Athanaricus adminiſtris *mandaſſe* ut ſtatuam quandam in carpento collocatam per ſingula chriſti cultorum tabernacula circumducerent, ut eam nempe adorarent, ipſique ſacrificarent, alioqui extemplo perituri; hoc vero *mandaſſe* praeceptum regium qualecunque denotat, minime dictatum, calamoque perſcriptum.

Quam etiam ab ceuſſam inter perſequutores ſaeviſſimos numeramus *Julium Maximinum* Imperio ſubfectum an. 237., minime vero inter conditores imperialium Edictorum; eſto audiam *Euſebium* hiſt. l. 6. c. 28. de illo ſcribentem „ perſequutione „ excitata ſolos eccleſiarum Antiſtites, ut „ pote evangelicae praedicationis authores „ interfici juſſit. „

Id ipſum dicendum ducimus de *Numeriano* Imp. ſub. an. 274. Apri ſoceri inſidiis occiſo, ac de paucis aliis, hoc praeciſe quod apud vetera Martyrologia Chriſti cultores aliqui adferantur eorum *juſſibus* Martyrii lauream reportaſſe.

(*f*) Haec diſtribute colligas ex *Athenag.* in legat. pro Chriſt. *Suet.* in Nerone c. 16. *Tacito* l. 15. annal. c. 44. *Plin* l. 10. epiſt. 97. *Juſtino* apol. 1. *Arnob.* l. 1. contra gent. *Lactant.* inſt. l. 5. c. 9. *Minuc.* in Octav. c. 8. *Prudent.* περὶ στεφάνων hym. 10. de S. Romano ver. 868. *Hieron.* epiſt. ad Furiam, *Euſeb.* hiſt. l. 4. c. 15. Hanc in rem plura, & adcurate quidem more ſuo *Bingham.* orig. eccl. l. 1. c. 2. quem conſulas.

II. *Sectae Philosophorum*, quae post Servatorem natum superstites cum laude florebant, quam sui Principes ferro & igne cruentabant, Religionem supernam rationum vi ac pondere, seu potius obcaecatarum mentium sophismatis & cavillis infectabantur. Sic enim e. c. e prioribus Seculis *Pitagorei Novi* cum *Q. Sextio*, nobili inter Romanos viro, *Sotione Alexandrino*, *Moderato* eloquentissimo, veteribus impense laudato, *Apollonio Tyaneo*.

Sic *Platonici* cum *Theone Smyrnaeo*, *Alcinoo*, *Numenio Syro*, *Maximo Tyrio*. Sic *Eclectici* cum *Ammonio*, *Plotino*, *Amelio* natione Tusco. Sic *Peripatetici* cum *Alexandro Aphrodisaeo* in Cariae urbe Aphrodisiade nato, *Themistio*, *Simplicio* Ammonii Hermeae ac Damascii auditore.

Sic *Cynici* cum *Musonio* Babylonio, *Demetrio*, *Menippo*. Sic *Stoici* cum *L. Ann. Seneca* Cordubensi apud Hispaniam Boeticam, *Epicteto* Hierapolitano Phryge, *M. Aurelio Antonino* Imp. purpurato philosopho. Sic *Epicurei* cum *Cajo Plinio secundo* seniore, & *Diogene Laërtio*. *Sceptici* demum cum *Menodoro* Nicomediensi, *Theoda* Laodiceno, *Herodoto*, *Sexto Empirico* vulgo Chaeronensi, *Saturnino* (*g*).

Haud alia plane ejusmodi sophistarum nostram in rem sensa fuerunt, ac ea, quae Scriptores sub initium advocati, atque sectis mox enuntiatis distributione adcommoda adscribendi, satis superque aperuerunt; nec enim putaverim, quidquam isti edissererent, quam quod in scholis suis fere omnium, in novam fidelium sectam ira flograntium una vox esset; nec rursum veri sit cuiquam simile, tot tantasque calumnias Christi cultoribus impactas aliunde profectas esse, quam ab scholis Philosophorum. Criminationum in res christianas ab graecis Sophistis objectarum summam sibi invicte confutandam proposuit *Euseb.* (*h*) (*).

Ex

(*g*) De pluribus Scepticis perbelle *Huet.* in tr. philos. de infirmitate hamanae mentis l. 1. c. 14. & alias.

(*h*) Praep. ev. l. 1. c. 2.

ADNOTATIO.

(*) Profecto nec primus, nec unus Eusebius criminationes illas revincere, & ab eis veritatem supernae religionis vindicare incredibili studio, atque eximia cum doctrinae sacrae, tum prophanae eruditionis suppellectile adgressus est. Id enim egregie praestiterunt alii Patres sub priora Ecclesiae secula, quum sophistarum dogmata ubique obtinebant, donec seculo IV. vergente, prostrata jam Ethnicismi superstitio silvas & pagos quaereret, & pauci qui supererant Philosophi, in angulis latitarent. (Lege *Nourryum* in adpar. t. 1. l. 2. diss. 1. c. 1. sect. 1. §. 2. 3.)

Ita quidem in commentariis dogmatico-polemicis pro vera religione contra Gentiles editis, *Quadratus* Athenarum Episcopus, *Agrippa*, cognomento Castor, aliis Pastor, *Justinus*, *Athenagoras*, *Miltiades*, *Apollonius*, *Tatianus*, *Ahodon* christiani Philosophi, *Theophilus* Episc. Antiochenus, alii valde plurimi, quos laudatos & quantum ad commentarios polemicos hodieque exstantes contra Gentiles in synopim redactos habes ap. *Dupin.* in biblioth.

Jam vero tanta argumentorum copia & vi nostrates pugiles pro vera religione desserverunt & falsam Gentilium oppugnarunt, ut haec sensim deficeret, quidquid contra Philosophi pudore suffusi, animum tamen non despondentes, conarentur obsistere.

Porro

Ex Judaeis

I. *Gens ista* mire contumax, sub sole meridiano caecutiens, Messiam Christum usque modo adventasse pernegat. Subinde sacros novi foederis codices sceleratissime repudiat, atque adeo quidquid ipsi perhibent

Porro facile credi nequit, quot isti curis, vigiliis, lucubrationibus, artibus usi sunt, ut evidentias rerum obscurarent, & superstitionem hinc inde misere ruentem pacto aliquo subfulcirent. Hac plane de causa commenta mira excogitarunt, quibus energiam rationum nostratum subter fugerent: quae magis ridicula rationique dissona in eorum systematis videbantur, aut temperabant, aut e medio tollebant; quae vero in systemate orthodoxo maxime rationi consona, & suis met sapientioribus ethnicis cum plausu recepta animadvertebant, vocibus immutatis, ac tacito christianorum nomine, cooptabant.

Quin etiam arcana in disciplinis suis mysteria simulabant; adpartitiones deorum & ab iis oracula sibi revelata confingebant; morum sanctimoniam, quae divinus Christianismi caracter erat, & tenendam docebant scriptis, & aemulari studebant factis; quumque mirum in modum premerentur Christi Servatoris miraculis, quae nec inficiari, nec praestigiis adstribuere ratio sineret, persimiles confinxerunt heroes miraculorum editores, ut puta prae ceteris Pythagoram & Apollonium Tyaneum, quo nempe & christiana gens Christo suo non superbiret, & gens ethnica insuperabilem miraculorum divinorum vim eluderet.

Sed & illud hac in re praecipuum fuit, quod nempe ut christianismo a Patribus vindicato modis omnibus obsisteretur, *Ammonius* parentibus fidelibus natus, strenuus ethnicismi professor, sectam Eclecticam cuderit, aut reformarit, ejusdemque sectatores summi studii excoluerint.

In qua nempe nullius Philosophiae Antistitis systema tenendum praescribitur; sed pro arbitrio quae rationi magis consentanea videntur dogmata adoptantur; tum hominum probatissimorum extases, portenta, miracula, una cum deorum adparitionibus & oraculis ad probos viros effusis admittuntur; conciliatio itidem Platonis cum Aristotele tentata; factionum aliarum praecepta plurima rejecta, nec pauca quidem ex scholis christianis excepta, ex iis praesertim, quae tractationem de Deo ac divina familia, simulque moralem puriorem spectant.

Ceterum nec singulare istud consilium de secta, in patrocinium superstitionis paganae labantis effecta, falsis utique, fucatisque molitionibus innixa, efficere potuit, quominus superstitio non corrueret penitus, & christianismo victori manus daret.

Profecto Juliano (quem *divinissimum* vocavit Eunapius in vita Aedesii) imperante e coeno resurrexisse visa est vana haec & putida superstitio, quam Constantinus extinxerat, ac sub illius auspiciis triumphum canere auditi sunt percelebres ex schola Alexandrina & aliis Philosophi; ut puta *Ammian. Marcellinus*, *Maximus*, *Aedesius*, *Priscus*, *Julianus* Cappadox, *Libanius*, *Proaeresius*, *Chrysanthius*, aliique nominis fama iis consimiles.

Et vero nec diu haec tripudia subsisterunt. Vix enim Juliano in bello Persico miserrime extincto suffectus est Jovianus ad an. 363., in signis olim christianae fidei confessor, eodem tempore (verba sunt *Socratis* hist. l. 3. c. 24.) cuncta „ gentilium templa ubique occludebantur, „ ipsique daemonum sacerdotes variis in „ locis ubi quisque poterat sese abdebant. „ Sed & Philosophi pallium deponebant, „ & vulgarem habitum sumebant. Sublata item est publica illa per victimarum „ sanguinem contaminatio, quam Juliani „ temporibus ad nauseam usque celebraverunt.„

Addit *Sozom.* de Joviano differens l. 6. c. 3. „ Quum experimento didicisset, ira „ Dei ob decessoris sui impietatem invectas esse calamitates Imperio Romano, „ nihil cunctatus, scripsit Rectoribus Provinciarum, ut in Ecclesia convenirent, „ & divinum Numen studiose colerent, „ solamque christianorum fidem Romanis „ esse venerandam.„

Quo plane, toto saltem Romano Imperio justissima idolatriae clades inflicta est, ac necessaria consequutione Philosophiae cuicumque paganae christianis dogmatis adversanti; adeo, ut subinde nulli licuerit ejusmodi Philosophiam excolere, qui spis-

sis

hibent ordinem ſupernaturalem concernens; ut puta Chriſti divinitatem, myſteria, geſta, miracula, Sacramenta, gratiam, eccleſiam &c. Haec enim apud pervicacem gentem fidei confeſſio, vel potius confuſio, *fide perfecta adventum Meſſiae credo, ac etiamſi retardet, nihilominus ſemper illum expectabo donec veniat* (*i*) Ejuſmodi fanaticorum odia, inſectationes, contumelias, probra, convicia, qua voce, qua ſcriptis effuſa in Religionem ſupernam a Chriſto inſtitutam, ejuſque ſacra quis enumerando par ſit?

Jam tum ſub novae Legis initium Chriſtianos viperino animo adpellabant iidem *impoſtores*, quemadmodum & Legislatorem Chriſtum *impoſtorem* (*k*). Quin etiam ut caracterem iſtum nequiſſimum ad poſteros propagarent, ex Hieroſolyma ad omnes univerſi orbis ſynagogas miſſi ſunt nuntii atque emiſſarii, qui eos a quadam ſecta nefaria nuperrime a Jeſu quodam Galilaeo *impoſtore* excitata ſibi cavere commonerent. (*l*) Tum illos ab authore ejuſdem ſectae per ludibrium atque immane probrum *Nazarenos* vocabant, eoque nomine exſecrabantur, diris devovebant, precibus ad Deum fuſis maledicebant. (*m*) Quid plura? Infinitus ſim oportet, ſi omnes calumnias judaicas in Religionem chriſtianam recenſeri adgrediar. De iis plura tempore diſſeremus. (*n*)

Ex Mahumedanis

I. *Mahumedes* idem Pſeudo-propheta, & vulgatus Alcorani conſarcinator de vera Chriſti Religione portentoſe fabulatur in hoc opere. Primum enim Chriſtianos ſaepiſſime *infideles* vocitat. Tum adſectatoribus ſuis religionem colendam praeſcribit ex judaica, chriſtiana & mahumedana conflatam (*o*) immo confundit & adprobat religiones quaslibet, & unicuique ſuam profitenti religionem, dummodo in Deum unum credat, & bona operetur, dat ſpem ſalutis (*p*). Neque mihi audiendus *Hadrian. Relandus* (*q*) ubi Surarum loca, in quibus portentoſa haec dogmata apertiſſime deprehendimus, neſcio quo conſilio, in mitem, nec adeo abſurdum ſenſum detorquet; contra vulgo nitentibus noſtris dogmatum Alcorani interpretibus & op-

ſis ſub tenebris non deliteſceret inglorius.

Haec ſummatim de indole & fatis Philoſophiae gentilium ſupernae Religioni ſub IV. priora ſecula refraganti; quae quidem facile confirmari poſſent ex *Eunap.* in vit. Philoſ. *Philoſtr.* vit. Apoll. Tyan. *Porph.* vit. Plotini, *Jambl.* de myſt. Aegypt. & vit. Pythagorae, *Marino* vit. Procli, *Lactant.* inſt. l. 7. c. 7. *Auguſt.* civ. l. 10. c. 25. l. 12. c. 20. l. 13. c. 19. *Balto* in defenſ. Patrum Platoniſmi adcuſatorum, *Scriptorib.* hiſt. Philoſoph. paganae recent. cum primis *Bruckero* t. 2. ubi de ſecta ecclectica.

(*i*) Eſt confeſſionis artic. XII. quem hebraico-latinum cum ceteris retulit *Buxtorf.* in Synag. judaic. c. 3. p. 14.

(*k*) Conf. *Hieron.* ep. 54. ad Furiam n. 5.

(*l*) Haec retulit *Juſtin.* dial. cum Triph. n. 108.

(*m*) Lege *Hieron.* in cap. 49. Iſaiae.

(*n*) Interea conſule ſis *Buxtorf.* cit. capp. 10. 18. 21. 29. ac deinde unum pro multis *Pfeiffer.* in theol judaic. exſercit. 5. qua deſcribitur obtrectator Apella ex pandectis talmudicis & ipſorum met ſcriptis.

(*o*) Conf. *Jo. Conrad. Scvvarz* de Mahumedo plagiario c. 1. 2. ſqq.

(*p*) In Sura 2. & 5. interprete *Ludov. Marraccio*.

(*q*) De relig. Mahumedica l. 2. §. 2.

pugnatoribus. (*r*) Poſtremo Chriſtum Dominum nec Deum eſſe, nec Legislatorem a Deo miſſum, nec mundi cruenta obita morte Redemtorem nebulo infandus commentus eſt (*s*). Ut mittam Ss. Triadem pluraque Myſteria divinitus revelata, a quibus valde abhorruit (*t*) nec non ſacrae Scripturae Oracula ab eodem paſſim interpolata ſeu corrupta (*u*).

II. *Interpretes Alcorani* plane non pauci inter Doctores Mahumedanos, & *Moslemos* prae primis, eadem adprobant anti-dogmata, & confirmare atque defendere pluribus moliuntur. Tantae ſiquidem exiſtimationis apud eos Alcoranus eſt, ut eum plerique increatum & aeternum adſerant; pluresque itidem vulgo putent, nihil illo melius aut fieri aut excogitari unquam potuiſſe. (*x*) Ex iis quidem Interpretibus celebriores paſſim recitat & perſtringit laud. *Marracc.* (*y*) permultos itidem primum exhibuerat *Hottingerus*. (*z*) (*)

III. *Ahmed*, filius Abdolalim pro *Alcorano* apologiam confecit. (*a*)

IV. *Ahmed* filius Zin Alabedin, Perſae Aſphahenſis, aliis Perſarum ſapientibus ſymbolam ferentibus, commentarium conſcripſit adver-

(*r*) Cum *Dion. Cartuſ. Turrecrem. Guadagnol. Gonzalezio, Marracc.* &c.

(*s*) In Suris 3. 4. 5. & alias.

(*t*) Ejuſmodi errores ſparſim in propriis ſedibus memoramus.

(*u*) Plura in iſtos Alcorani errores & pravum ſentum in Religionem chriſtianam dabunt *Mich. Nau* S. I. in relig. chriſt. contra Alcoranum defenſa, *Guadagnol.* in apol. pro rel. chr. *Gonzal.* demonſtrat. contra Mahumed. *Hottinger.* theſ. philolog. *Levin. VVarnerus* in compend. hiſtor. eorum, quae Mahumedani de Chriſto & praecipuis aliquot relig. chriſt. capitib. tradiderunt, *Jo. Andreas* in confuſione ſectae Mahumed. *Richard.* in confutatione Alcorani, *Jo. Galenſis* tr. de vita & doctr. Mahumedi, *VVidmenſtadius* in notis ad theolog. Mahumedi atque epitome Alcorani, *Angel. a S. Joſeph* Carm. excalc. in pharmacopaea perſica. *Pfeiffer.* cit. exercit. 6. th. 31. ſq. *Marracc.* in prodr. & in confut. Alcorani.

(*x*) Legito *Pfeiffer.* cit. th. 31. ſqq. a p. 314. & cit. *Marracc.* in prodromo ubi de Alcorano c. 6. a p. 43.

(*y*) In confutationib. Alcorani.

(*z*) In bibl. orient. p. 158. ſqq.

ADNOTATIO.

(*) Iis quaſi eadem omnino ſentientes pronum eſt ſubnectere perplurimas Mahumediſmi ſectas veteres, in quas hic a prima ſui origine diſtractus eſt. Eas cum praecipuis erroribus recenſitas habes ap. *Marracc.* t. 1. par. 3. c. 24. a p. 73. ex hiſtor. arabica Iſmaëlis, filii Aly.

Tum ceteras fere quaſque recentiores, quas pariter una cum naevis inſignioribus ibidem deſcripſit *Marracc.* c. 25. ſq. a p. 85. ex hiſtor. Ricauti de ſtatu Imperii Othomanici hodierno.

Enim vero ex iis jure primum excipiendi *Capmeſſalii* vulgo dicti, hoc eſt diſcipuli Meſſiae, quod credant, pro pugnentque Chriſtum eſſe Deum ac mundi Redemtorem. Deinde *Muſerini*, quippe qui non modo chriſtianam, ſed & aliam quamlibet religionem repudiantes, Atheiſmum impune profitentur. *Kadezadali mixti* demum, qui nempe Mahumediſmum cum Chriſtianiſmo mirum in modum quantum ad leges, dogmata, & mores permiſcent, confundantque.

De reliquis vero factionibus quis ſciens prudens merito ambigat, conſentire cum duce ſuo in capitibus ſaltem primariis pſeudo-religionis ab eo inſtitutae, tantoque inſipientium plauſu receptae?

(*a*) Eam recitat *Marracc.* t. 1. ubi de Alcorano c. 6. p. 43. & alias.

adverſum chriſtianam teligionem, aureiis caracteribus typis excuſſum; eum praenotavit *Politor ſpeculi*, & ad Urbanum P. VIII. tranſmiſit, ut eidem reſpondendum curaret.

Nimirum Ahmed, cjuſque ſocii hoc commentario pro virili conati ſunt obruere librum alium ſacra dogmata Religionis ſupernae continentem, probantemque, a quodam *Jeſuita* editum ſub titulo *Speculum verum oſtendens*. Perſarum itaque librum anti-dogmaticum Urbani ejuſdem juſſu egregie confutavit laudatus *Philipp. Guadagnolus* e Cler. Reg. Min. linguae arabicae in Lyceo Romano Profeſſor Clariſſimus, (*b*)

Ex Haereticis nomen chriſtianum jactitantibus

I. *Obtrectatores* nominibus contumelioſis ſupernae Religionis ejuſve cultorum complures in ſcenam producere licet. Nimirum, *Montaniſtae* chriſtianos orthodoxos per ludibrium vocarunt Pſychicos, hoc eſt mundanos, ſeculares, carnales. (*c*)... *Novatiani* Apoſtatas, Capitolinos, Synedrianos (*d*)... *Chiliaſtae* Allegoriſtas (*e*)... *Manichaei* Simplices, hoc eſt ingenii hebetis homines, & eorum Epiſcopos ſimpliciorum magiſtros (*f*)... *Gnoſtici* Idiotas ac nihil ſcientes (*g*)... *Ariani* Euſtathianos, Paullinos, Homouſianos, Athanaſianos (*h*)... *Aëtiani* Chronitas (*i*)... *Appollinariſtae* Anthropolatras (*k*)... *Origeniſtae* Philoſarcas, Carneos, Animales, Jumenta, Luteos, Piloſiotas (*l*)... Tum *VValdenſes* dixerunt per contemtum orthodoxos ſumme ſuperſtitioſos, *Lutherani* Papiſtas, *Calvinicolae* Idololatras &c.

II. *Obtrectatores alii*, qui Religione orthodoxa faediſſime conculcata, hujus dotes & notas inſigniores ſectis ſuis acatholicis jactabundi vendicaverint, permulti fuerunt, fuſiore oratione alias advocandi.

III. *Pelagiani* in rem ſupernaturalem exinde peccaſſe incuſantur, quoniam *ſollemne atque perpetuum ipſis fuit, ut dona Dei re ipſa naturam longe lateque ſuperantia nudis viribus humanae libertatis adſcriberent. In hoc enim errore proprie haereſis Pelagiana ſita eſt.* (*m*)

IV. *VVillelmus Poſtellus*, Bareutonius, vir alias doctiſſimus, ſed non ſatis integra & ſana mente, ad an. circ. 1550. primus omnium finxiſſe, aut ſomniaſſe fertur, conflandam eſſe religionem ex chriſtiana, judaica & turcica; tum ſectas demum univerſas ad portum ſalutis deducendas fore per Chriſtum. (*n*)

(*b*) In apol. pro chriſt. relig. edit. Romae 1631. Lege ejus Praefationes.

(*c*) Conf. *Tert.* contra Prax. c. 1. & de monogam. c. 1. *Clem.* Al. l. 4. ſtrom.

(*d*) Nominum energiam exponit *S. Pacian.* epiſt. 2. ad Sympronian.

(*e*) Ex *Euſeb.* hiſt. l. 7. c. 24.

(*f*) Ex diſputatione Archel. cum Manete ap. *Zacagninum* in collectan. gr. lat. p. 7. edit. 1698.

(*g*) Adeas *Iren.* l. 1. c. 15.

(*h*) Conſule *Sozom.* hiſt. l. 6. c. 21, ac *Tillemont*, mon. hiſt. t. 6. art. 81.

(*i*) Ap. vulgatum *Athanaſ.* dial. 2. de Trinit.

(*k*) Contumelioſi nominis meminit *Nazianz.* t. 1. orat. 51.

(*l*) Ap. *Hieron.* in caput 29. Jerem. & epiſt. olim 61. ad Pammach. In nomen *Piloſiotas* conferri poteſt *Bingham.* orig. eccl. l. 1. c. 2. §. 17.

(*m*) Haec totidem verbis *Janſen. Iprenſ.* de haer. pelag. l. 3. c. 23. p. m. 74. Videndus hanc in rem *Suar.* de grat. t. 1. proleg. 5. c. 2. a n. 3.

(*n*) Conf. *Lindan.* in dubitant. dial. 2.

V. *Mennonitae*, authore *Mennone Simonis*, ex Parocho in Frisia pseudo-episcopo Anabaptistarum, sub fin. Sec. XVI. subsistinuerunt, singulis quibusque ecclesiis Christum profitentibus rationem verae ac revelatae religionis competere. (o)

VI. *Hostes jurati Rei & Religionis supernaturalis* dubio procul habendi qui unum quodlibet ex Mysteriis, Miraculis, Vaticiniis, & ceteris omnibus, quae secundum sensum & consensum verae Ecclesiae, ceu revelata coelitus a Domino, sacro Scripturarum codice continentur, aut ab inerrante traditione adcepta sunt, elata fronte adspernantur & pernegant. Verbo, Omnes & singuli haeretici.

VII. *Indifferentes*, Anabaptistarum proles foeda & intoleranda, qui ulli cuiquam Religioni christianae nomen darent, singulas quasque perinde probas & ad salutem utiles crediderunt. (p) Ii vero deinceps jam a Sec. XVI. in sectas plures distincti, quas utique constituerunt *Libertini*, *Tolerantes*, *Politici*, *Adiaphoristae*, *Syncretici*, *Pietistae*, *Independentes*, in varias hac in re sententias abierunt. Fuerunt siquidem qui simpliciter docuerint, tationem cultus erga Deum uniuscujusque, prout eam magis commodam & opportunam exsistimaverit, libertati relinquendam esse. Et huic quidem obscurae, falsaeque doctrinae innixus suam instituisse fertur apud Anglos sectam an. circ. 1619. *Jo. Robinson*, quam subinde *Bridgesius*, *Simsonius*, *VVardius* inter Hollandos propagarunt. (q)

Alii rursum adsequutionem salutis restringunt ad solam & quamlibet Religionem christianam, in qua videlicet professores singuli credere tenentur in unum Deum & in unum Christum Redemtorem sub uno eodemque baptismate. Quocirca discrimen, ajunt, quod inter Romanos, Luthericos, Calvinistas &c. intercedit, nec in substantia est, nec in fundamento fidei, sed in rebus duntaxat erga salutem adiaphoris.

Sed & *ii* praeterea in binas factiones subscinduntur. Quippe *Liberiores* plerique tenent, ad salutem satis esse fidem in Christum modo quodam confuso, tametsi praecipua de Christo mysteria, ut puta natura duplex cum una persona, passio, resurrectio, & reliqua id genus in specie, aut explicate non adtingantur. *Rigidiores* vero, cohors altera substinet, promovetque ceu necessarium & sufficiens ad salutem, quod articuli praecipui de Ss. Triade ac de Christo Domino credantur, quos nempe vocant fundamentales, essentiales, substantiales, & necessarios ad salutem, relictis quibusque ceteris, tanquam adcidentalibus, arbitrariis, adiaphoris; quos utique credere pro libitu possis aut inficiari citra periculum salutis. Porro quinam illi sint universim in materia Religionis revelatae articuli fundamentales, inter hosce doctores non convenit; nullus adtamen eorum non putat,

(o) Adi fis *Hosium* l. 1. de haeres. sui temporis, in Memnonitis, *Lindan.* cit. dial. 3. *Florim.* de haeres. l. 2. c. 15. *Pluchet.* in lexico art. *Anabaptistae*, pene sub fin.

(p) Recole sis *Pluchet.* proxime cit.

(q) Vide, si licet, *Arndium* in lexico ant. eccl. p. 502. sqq. & *Stockmannum* in elucidar. p. 287.

putat, quod satis sit ad salutem illos ad eum sensum profiteri, quo credenda docentur in secta sua. (*r*)

VIII. *Antonina* vulgo *Antonieta de Burignon*, phanatica errorum magistra, universalem religionum quarumlibet tolerantiam, complures sequuta duces, admisit. Perpaucis vero doctrinae impiae discipulis relictis, animam efflavit an. 1674. (*)

Et ve-

(*r*) Adeundus hanc in rem *Pichler* in Theol. pol. par. 1. controv. 1. art. 5. & 9. ubi plurimos palmaris hujusce erroris adsectatores & enumerat, & valide oppugnat; item *Eberhard. Stosch* in continuatione hist. Jablonski, t. 3. ad Sec. XVIII. sect. 1. §. 35. ubi & alios Indifferentismi sectatores producit.

ADNOTATIO.

(*) HAec ex authore nescio quo mihi olim exscripta. Ceterum quisquis ille sit, ab hoc naevo faediſſimo nobis vindicanda jure venit honestissima & literata haec Virgo, in urbe Flandriae, quae Insularum nomen habet, vulgo *Lille* orta 1616. 13. Jan. novemdecim librorum Auctrix, & post fortunam variam Franekerae in Provincia Arisiae denata 1680. 30. Oct.

Profecto Burignoniae ingeniosissimae fata fuerunt plurimum varia, tum vehementer singularia ejus doctrinae dogmata, quae porro, ut in novis systematum productionibus usu venit, & alii turmatim amplexi sunt ceu novae Magistrae discipuli, & alii acerrime confutarunt ceu hostes jurati parentis sectae novae.

Haec quidem fuse narrata discimus ex vita interiore & exteriore ejusdem *Antoninae*, suimet biographae, *Petro Poireto* strenuo ejus defensore & apologista in continuat. ipsius vitae, *Actis Erud. Lipsi.* Authore *Sechendorfio* ad an. 1686. in Januar. a p. 9. & ad an. 1687. ad Maj. p. 233. sq. *Novellis* aut Nuntiis Reip. Literat. ad an. 1685. in Apr. art. 9. & in Maj. art. 8. *Baelio* dict. crit. & *Continuat. Morer.* art. *Antoinietta Bourignon.*

Quod autem ejus doctrinam spectat (qui nostrae dissertationis scopus est) mirum quot quantique errores adfigentur Antoninae, sub fide ac dogmatis catholico-romanae Religionis enutritae, adultae, ac procul dubio demortuae. Adcusatur quidem perplurium opinionum longe heteroclitarum; ut puta quod Christus & Adam hermaphroditae nati sint; quod Christus Dominus duobus constiterit corporibus; quod rudis quidam Chiliasmus nos maneat; quod revelationes sibi a Deo exceptae, illis quas praestat Codex sacer, aequiparandae sint; quod verae Ecclesiae obventura sit eversio universalis, ac praeclara deinde innovatio; quod se novi Evangelii nuntiam esse crediderit & praedicarit.

Traducta insuper est infidelitatis erga Ss. Triadem, &, quod eodem recidit, erga Deitatem Christi & S. Spiritus; tum quod tenuerit, Christum ab Adamo ante Evam genitum fuisse; itemque intercessionem Christi pro salute hominum eo valuisse, ut gentiles etiam, quibus Evangelium de Christo non praedicatur, virtute sua salvi fieri possint adversum Paulli effatum *Act.* 14. 12. quod demum Romano-Catholicis quoque, quorum alumna erat, apostasiam a vero Christianismo strenue objecerit, omnemque eorum cultum, disciplinam, sanctimoniam, novas etiam coetuum religiosorum reformationes pro nihilo habuerit: adeo ut exinde doctrina Bourignoniana plerisque, postremis temporibus, adriserit Scoticae gentis Doctoribus, qui eam avide amplexi sunt, & etiamnum fortasse profitentur.

Sed enim ex hisce criminationibus nonnullas, nempe crassiores confutavit ardenter Antonina eadem vulgata Slesvici castae fidei confessione sub an. 1673., tum ferme reliquas alii ejusdem patroni, fautores & apologetae, prae primis cit. *Poiretus* adversum Sechendorfium, Baelium, Jurium.

Quid tum vero? Litem hanc, obscuram sane, nimiumque utrimque implexam excutere heic ac definire, nec vacat, nec praestat. Esto tamen aliquam partem, vel etiam maximam ex indicatis opinamentis & erroribus animo foverit Antonina; exinde vero, si quid adsequor, nondum liquido colligere licet, eam religionum quarumlibet Tole-

Et vero Tolerantiſmum illum inter ſectas chriſtianas promoverunt prae primis *Jo. Lokius* (*s*) *Petr. Baelius* (*t*) *Jo. Clericus* (*u*) *Author* editionis operum Spinoſae. (*x*)

Ex grege impio Deiſtarum recentium

I. *Progenies haec viperarum*, naturae immaniter faventium, ac divinae cuiquam revelationi perridicule ac impie adverſantium, per varias Europae regiones duobus praeſertim poſtremis ſeculis diriſſime propagata eſt. Nomen ipſis familiare apud Gallos *Eſprits forts*, apud Anglos, Germanoſque *Frey-Greyſter*, *Frey-Deucker*, apud Italos *Spiriti forti*. Eos jure adpellaveris *Philoſophaſtros Chriſtianos-Ethnicos*, hoc eſt Monſtrum horrendum ingens. *Deiſtae* tamen ac *Naturaliſtae* vulgo audiunt, quoniam admiſſa religione naturali Dei unius, ſupernaturalem aut libere revelatam omnino reſpuunt; adeo ut religionem illam ceu numeris omnibus abſolutam ſummis efferant praeconiis, iſtam vero ceu mille capitibus repugnantem vehementer deprimant: tum *Rationaliſtae* quod pertendant, naturae ac ſpeciatim rationis humanae vires ad omnia, quae ſalutis aeternae cauſſa cognoſcenda ſunt, abunde ſufficere. En tibi praecipuos, ſi Atheos & Polytheos exceperis, rei & religionis noſtrae adverſarios, olim in caſtris Chriſtianorum ſacro

Tolerantiſmum univerſalem profeſſam eſſe, ſuoſque adſectatores docuiſſe.

Quod ſi qua fides cit. Sechendorfio, Quackeris, Anabaptiſtis, Memnoniſtis, Labadeiſtis, Luthero, ceteriſque religionis pſeudo-reformatoribus inimicam ſe ferebat Antonina: quid ergo harum ſaltem pſeudo-religionum promiſcuam communionem ac tolerantiam aegerrime non tulerit?

Lego equidem ap. ipſum *Sechendorf.* p. 16. formulam pactorum, quae promittere tenebantur in numerum filiorum ſpiritalium Burignoniae recepti, nihil omnino tamen quod praetenſum Tolerantiſmum ſubolere videatur, deprehendere licet.

At vero, reponas, haec ibidem ſacrae formulae recitandae praemiſit *Seckenderf.*„ „ recepit itaque ipſa, nullo religionis di„ ſcrimine, quotquot pro matre ſpirituali „ eam agnoſcere, & ad pacti, quod prae„ ſcripſerat, formulam obligare ſe voluerunt.„ Probavit itaque & pro palam adprobavit in ejus ſecta religionum omnium tolerantiam.

Sed nemo tamen unus ſubillationem probaverit tuam. Haud enim illa alumnos ſub magiſterium recipiebat ſuum, nullo religionis diſcrimine, ut unuſquiſque in coetu ſuo alias viciſſim tolerans, falſam, cui addictus eſſet, religionem profiteri pergeret, ſed (utor verbis praelaudatae formu„ lae) ut Chriſtum imitentur, ejuſque diſcipu„ los, qui non fuerint de hoc mundo, „ hujus ſub ſignis renovata promiſſione in „ Baptiſmo facta„

Hic ergo ſcopus, in quem molimina Burignoniae contendebant, ut nempe cujuſlibet ſectae alumni unam colerent deinceps religionem, quam unice veram credebat, unum imitantes Chriſtum, renovata fide in Baptiſmate promiſſa, quae una in omnibus eſſe debet.

Utut itaque ſit de geſtis, dogmatis, opinionibus, ſcriptis noſtrae Virginis, nequit ex documento veri ſimili, quod ſciam, inſimulari ceu Tolerantiſmi omnium religionum adſertrix.

De rebus famoſae Burignoniae praeter citatos, egerunt *Mollerus* latine in iſag. ad hiſt. Cherſ. Cimbr. par. 2. c. 6. §. 7. ac germanice *Colberg* in Chriſtianiſmo Platonico par. 2. c. 10. & *Arnold.* hiſt. haeretic. & haeret. par. 3. c. 16. & par 4. s. 3. n. 17. Ita eos recitant *Continuat. Morer.* Conſule ſis quos manibus noſtris terere non licuit.

(*s*) In epiſtola quadam prolixa, ejus operibus inſerta.

(*t*) In comment. philoſophico

(*u*) In diſſ. de eligenda inter diſſidentes chriſtianos ſententia.

(*x*) In longa praefat.

ſacro baptiſmate initiatos. Proh Deus immortalis, quantus eorum numerus! E complurimis paucos adcipe.

II. *Ex Anglis*. Agmen duxiſſe fertur *Eduardus Herbertus* primum Baro Caſtri Inſulae de Kerry apud Hibernos, pauciſque poſt annis Baro de Cherbury in Anglia creatus a Carolo I. fato functus 1648. 20. Aug. annorum 45. Cujus illud effatum eſt „ quidquid neque per „ inſtinctum naturalem, ſenſum internum, ſenſum externum, ne„ que diſcurſum innoteſcit, tanquam verum proprie dictum nullo pa„ cto probari poteſt „ Tum illud „ Unicam veritatis normam in ne„ ceſſariis facimus conſenſum ipſum univerſalem „. (y) Ex iis primum eſt baſis & fundamentum, cui ceteri ejus errores innituntur. Alterum vero aperte denotat, in nullis rebus, nec in iis quae ad religionem pertinent, quidquam ut verum eſſe tenendum niſi omnium conſenſio adcedat: unde tacite jubet omnia ferme Myſteria & dogmata chriſtianae fidei eſſe repudianda, pro quibus utique univerſalis hominum conſenſus plane deeſt. (z)

Thom. Hobbes Malmesburiae in agro Wiltonienſi natus, an. 1679. 4. Dec. aetatis ſuae 91. exſtinctus. (a) Hobbeſium pauci laudarunt; multo plures diris devoverunt (b) ... *Jo. Tolandus*, vita functus 1722. (c) ... *Ant. Collins* in provincia Eſſequienſi Theſaurarius, qui ad plures abiit 1729. (d) ... *Guillelm. Lyons* (e) ... *Ant. Ashley Cooper*, Comes de Schafftsbury. (f)

Thom. VVolſton, Collegii Sidneeani in Cantabrigia Socius (g) .... *Matth. Tindal* (h) ... *Georg. Jonſtonus* (i) ... *Thom. Morgan* Medicinae Doctor, Arianus primum, mox Socinianus, tum Quakerus, poſtremo Deiſta (k) ... *Mandeville* pariter Medicinae Doctor (l) ... *Carolus Blount* (m) qui tandem ſibi ipſi manus violentas intulit.

Domin.

(y) In l. de veritate prout diſtinguitur a revelatione, a veriſimili, a poſſibili & a falſo.

(z) Conf. *Pope-Blount* in cenſ. celebr. Author. in Herberto, *VValch.* in miſcell. ſacr. l. 1. exercit. 6. § 5. *Budde.* de atheiſmo & ſuperſt. c. 2. §. 27.

(a) In libris 3. de cive, & in Leviathan, ſeu de materia, forma & poteſtate civitatis eccleſiaſticae & civilis, ſparſim.

(b) De hoc impio Scriptore plura cit. *Pope. Bl.* in Hobbeſio, & *Brucker.* hiſt. phil. t. 2. ubi de Hobbeſio.

(c) In Pantheiſtico, edit. 1720. & in tr. de relig. chr. abſque myſteriis.

(d) In l. de libert. cogitandi, primum edito 1713. & in l. altero de fundament. & rationib. chr. relig.

(e) In tr. de infallibilit. dignit. praeſtantia humanae mentis, edit. circ. 1713.

(f) In Caracteriſticis.

(g) In antiqua apolog. pro verit. relig. chriſt. contra Judaeos & Ethnic. innovata, edit. 1705. & in epiſt. variis edit. 1720. & in ſex diſcurſ. ſup. mirac. Salvatoris, edit. 1727. & 1729. Vide ſis *Le Moine* in diſſ. hiſtor. ſuppatis VVolſtoni.

(h) In l. praenotato *Chriſtianiti as old as the creation* edit. 1730.

(i) In defenſ. errorum Tindali edit. 1733.

(k) In l. de morali philoſoph. edit. 1737.

(l) In l. de fabula muſcarum ad mel, ſeu de bono, quod in Publicum infert corruptio particularium civium, referente cit. *Le Moine*.

(m) In ſcriptis variis ap. *Lelandum* in delineatione praecipuorum ſcriptorum Deiſtarum, quae in Anglia lucem viderunt, epiſt. 4.

Domin. de St. Evremond. (*n*) ... *Thom. Chubb*, artem olim chirothecas, deinde candelas faciendi profeſſus (*o*) ... *Henricus* Comes de Bolingbroke, vir alias ingenii & eruditionis politioris laude clarus apud ſuos, cui tamen pleraque ex dogmatis praecipuis chriſtianae legis meram habent fabulam, licet non inutilem ad plebem in officio continendam (*p*) ... *Anonymus* (*q*) nec non *Scriptor alter ignotus*, qui tractatum illius ex anglico vertit in gallicum. (*r*)

III. *Ex Gallis*. Inficietus ille *Simon Tyſſot de Patot* (*s*) ... *Franc. Arovet de Voltaire* Poëta & Hiſtoricus haud omni laude defraudandus; at in multis virga ferrea caſtigandus (*t*) ... *La Serre* (*u*) ... *Diderotus* Medicus Pariſienſis (*x*) ... *Touſſaint* Cauſidicus Pariſienſis (*y*) ... *Deſlandes*. (*z*) Hic autem paullo ante obitum ſcriptorum, quibus ſacrae religioni illudere voluit, poenitentia ductus eſt ... *Jo. Jacob. Rouſſeau* Civis Genevenſis, hodierno Seculo apud Deiſtas magnum nomen. (*a*) Ejus tamen epiſtolae Hagae Comitum authoritate publica flammis traditae ſunt.

Jo. Martin. de Prades Presb. Montalbanenſis & Theol. Baccallaureus. (*b*) Impias ejus theſes mox damnarunt plerique Galliae Epiſcopi cum Ill. Chriſtophoro de Beaumont Archiep. Pariſienſi in docum. paſtorali ſub d. 29. Jan. 1752., tum Sorbona eadem, & poſtremo Bened. P. XIV. eas prohibuit, proſcripſitque Conſt. *Commiſſa nobiſ.* d. 22. Maii 1752. tanquam *reſpective falſas; piarum aurium offenſivas, male ſonantes, temerarias, erroneas, blaſphemas, impias, haereſi proximas, haereticas, ac faventes Deiſtarum ac Materialiſtarum erroribus*. Idem vero de Prades, neſcio quid iis repoſuerit in ſua Apologia (*c*) quam nempe evolvere non licuit. Hoc tamen conſtat, ipſum e Gallia profugum, Berolinum ſe recepiſſe, & poſt revocatos errores muneri eccleſiaſtico in Sileſia fuiſſe admotum. (*d*)

Helvetius Marchio d'Argens (*e*) ... *Hubertia* Virgo Lugdunenſis, nomi-

(*n*) In peſtifero libello de vera relig. ex ſacro codice demonſtrata, edit. gallice a Gilberto Burneto Londini 1745.

(*o*) In l. pro relig. natur. edit. 1746 Recole cit. *Leland.*

(*p*) In libris v. poſthumis contra relig. chriſt. edit. a Davide Mallet Londini 1754.

(*q*) In tr. de ratione humana.

(*r*) In praefat. prolixa ad ipſum tr.

(*s*) In libello *Voyages & Aventures de Jaques Maſſé*, & in epiſt. ſelectis edit. 1727. & in l. de rel. natur. edit. 1766.

(*t*) In epiſt. ad Uraniam, in Virgine Aurelianenſi, in dictionar. philoſoph. ſparſim. Conf. *Anonym.* de erroribus Voltarii t. 2. c. 3.

(*u*) In libello *Examen de la religion, dont on cherche l'eclarciſſeman de bonne foi, attribué a Monſ. St. Evremond.*, edit. 1745.

(*x*) In famoſo tr. *Penſées philoſophiques*, & *Lettres ſur les aveugles*.

(*y*) In l. *Les moeurs*.

(*z*) In libello *Reflexions ſur les grands hommes morts en plaiſantant*, edit. 1712.

(*a*) In Emilio, ſeu de educatione libris 4. & in epiſtolis *Lettres ecrites de la montagne*, edit. 1764. Amſtelod. prae primis epiſt. 3. Conf. *Erneſt.* theol. bibl. t. 3. p. 824. ac t. 4. p. 259. ſq.

(*b*) In theſibus publice defenſis Pariſiis 1751. 18. Nov. ſub titulo „ Hieruſalem coe„ leſti. Quaeſtio theologica: Quis eſt ille, „ cujus in faciem Deus inſpiravit ſpiraculum „ vitae? Geneſ. 27.

(*c*) Edita Amſtelodami 1753.

(*d*) Adi ſis *Acta hiſt. eccleſ.* t. 16. p. 106. ſqq.

(*e*) In l. de ſpiritu, cujus tamen theoremata revocaſſe videtur in epiſtola, quae circumfertur, nobis lecta, ad quemdam Jeſuitam conſcripta; & alias,

nominis famam apud multos haud exiguam conſequuta, ſi qua fides pleriſque ſit, qui ejus ſcripta tanquam Deiſmo faventia confutarunt (*f*) *Anonymi permulti*, qui obſcurum nomen ſuum evulgare non auſi, ſcripta nefanda titulis variis praenotarunt (*g*).

IV. *Ex Germanis* fertur *Carol. Auguſtus Gebhardus* (*h*)... *Jo. Laurent. Schmidius* (*i*)... *Hatzfeld* nobilis Saxo, in Religionem vero ignobiliter inſolens ac infidelis (*k*)... *Georg. Schade* Holſatus (*l*).

V. Quod *Italia* itidem Seculo ſuperiori complura ejuſmodi monſtra in ſinu ſuo foverit, ſententia eſt *Paulli Erneſti Jablonski* (*m*) freti authoritate ſui *Sam. Parckeri*. (*n*) Ceterum qui ea tempeſtate vulgo numerantur in Italia hoſtes fidei, potius inter Atheos recenſeri conſueverunt cum Jordano Bruno, Andr. Caeſalpino, Coſma Ruggerio (*o*) aut inter Polytheos cum Joſ. Franc. Borrio nobili Mediolanenſi, qui divam Virginem Matrem voluit, dixitque Deam (*p*) minime vero inter id genus Deiſtas, de quibus in praeſentia diſputamus.

VI. De *Belgio* inſuper quid ſimile ſibi reponendum duxerit quicumque audierit querimoniam illam amariſſimam *Gisberti Voëtii*, qui inclarebat an. 1644., in haec verba (*q*) *Belgium noſtrum, vere libertinorum, omniumque fanaticorem Africam, his peſtilus quam maxime fuiſſe & etiamnum eſſe obnoxium, negari non poteſt*; quippe ubi de Atheiſmo diſſerit, eos procul dubio ſermone ſuo notat libertinos, qui tum temporis, non Deiſtae, immo potius Athei ob diſſolutionem morum & dogmatum a fide chriſtiana diſcrepantiam vulgo audiebant; quales dixeris Franc. Cuperum, Witichium, Geulingium, alios. (*r*)(*)

(*f*) In epiſtolis ſuper religione eſſentiali, & in aliis epiſt. 14. ſuper ſtatu animi a corpore ſoluti & alias.

(*g*) E. c. „ Monumenta Gaudentii de „ Luque .... Oracula rationis .... Literae „ judaicae.... Religio feminarum nobilium.... „ Pygmalion, ſeu ſtatua animata .... Prin„ ceps Malabarii, hoc eſt coelibatus philo„ ſophicus .... Naufragium Inſularum fi„ ctuantium .... Catechiſmus honeſti viri .... „ Telliamedus .... Cogitata philoſophica .... „ Diſcurſus ſuper vita beata .... Epiſtolae „ Perſicae „ &c.

(*h*) In ſcriptis quibuſdam materna lingua exſaratis, vulgatiſque Berolini 1743. & 1744.

(*i*) In praefat. ad ſuam famoſam verſionem V Vertheimienſem SS. Bibliorum edit. 1735. ac ſaepius in eadem verſione.

(*k*) In novo veritatis apertae ſyſtemate, ab Authore correcto & aucto, edente Equite Veridico Naſſavienſi Hayae Comit. 1745.

(*l*) In l. de religione Adeptorum. Conf. *Erneſt.* theol. bibl. t. 2. p. 334. ſq. & *Nova Acta* hiſt. eccl. t. 3. p. 362.

(*m*) Inſtit. hiſt. chriſt. ad Sec. XVII. ſect. 1. §. 13.

(*n*) In diſputat. de Deo diſp. 1. ſect. 24. qq.

(*o*) Eos cum aliis in ſcenam *ſupra* produximus ad Tom. II. p. 5. Et eoſdem quidem cit. *Parker.* non inter Deiſtas, ſed inter Atheos recenſet in illa diſp. 1. ſub hoc titulo, *An Philoſophorum ulli, & quinam Athei fuerint?*

(*p*) Ex *Bernino* hiſt. haereſ. ad Sec. XVII. c. 5.

(*q*) T. 1. diſp. ſelect. d. 1. de Atheiſmo.

(*r*) Ipſos pariter indicavimus in cit. Tom. II. p. 5. ſq.

ADNOTATIONES.

(*) I. DUbitari video inter Eruditos de primo omnium, qui ſub recentia tempora parum putum Deiſmum publice tenuerit atque defenderit. Fertur quidem, nomen *Deiſtarum*, quod ad levandum odium homines hujus furturis haud invi-

VII. Productis impiis obiter ſubnectendi veniunt *Irreligioſi*, nec numero quidem pauci, qui cum *Poppo*, *Oſiandro*, *Macchiavello*, *Cardano*, *Hobbeſio*, *Baelio*, impudentiae repagula quaeque praetergreſſi, arbitrari inviti adſciverunt, audiri primum coepiſſe circa medium ſeculi XVI. ap. *Petr. Viretum* ex Schola Proteſtantium in praefat. ad tom. 2. inſtruct. chriſtianae, gallice Genevae editae 1564. Ac inſuper apud *Scriptorem* hiſt. eccl. Reformatar. eccleſiar. in Gallia l. 2. p. 88. Author eſt Theod. Beza, ſectam Deiſtarum originem ſuam debere Guiliel. Poſtello ejuſque diſcipulis: haec autem caracteri haereſum Poſtelli, ex nuper dictis art. IV. minime conſona ſunt.

Mihi vero primus omnium recentium Author impius Deiſmi ex notis documentis occurrit ſub an. circiter 1430. *Anonymus* ille Germanus Presbyter, liberalium Artium Baccallaureus, Verbi Dei Praeco, & Sacramentorum adminiſtrator, de quo *Nyder* ſynchronus in formicar. edit. Colvenerii, l. 3. c. 10. p. 244. ferme teſtis oculatus haec refert:

„ Sciolus modicum de artibus, diſ„ plicentiam in ritu fidei chriſtianae adqui„ ſivit, & ſyllogizando vel paralogizando „ potius, ſecum tacite de articulis fidei „ & de totius eccleſiae ceremoniis confe„ rens, majora ſibi haec videbantur, quam „ antea, eſſe deliramenta. Et ut perſtrin„ gam brevius, ad hoc miſer iſte deve„ nit, ut nihil penitus crederet de iis quae „ ſunt catholicae fidei, niſi pro quanto a „ naturali philoſopho haec proprie dicta „ demonſtratione philoſophica evidenter & „ efficaciter probare valeret; veluti de„ monſtratur unum eſſe principem totius „ univerſi & primam cauſſam. Deriſit ergo „ ceremonias omnes fidelium, parvipendit „ doctrinas chriſticolarum, ſprevit ſacra„ menta Eccleſiae omnia, vetus teſtamen„ tum non admiſit, novum nihil magni „ pendit, utriuſque gloſſas & Doctores „ pro deliramentis habuit & omnium eo„ rum imitatores. „

Annon Anonymus hic puri puti Deiſmi ſecundum ſyſtema hodiernum mox propoſitum certus & antiquior, quod ſciamus, architectus & Author? Utinam vero qui tanto numero illum errantem ſequuti ſunt, poenitentem imitarentur! Ille ſiquidem in carcere detruſus, vexatuſque ſuppliciis, tum prolixa & ſtrenua Doctorum graviſſimorum diſputatione errorum convictus, reſipuit tandem, perfidiam ſuam publice revocavit, atque ut omnibus poſteris poenitentiae conſtantis exemplo eſſet, in ordinem Paullitarum apud Hungaros tum egregie florentem ſe recepit, eodem *Nydero* Authore.

II. Ex Scriptoribus pro Deiſmo recentiore adlegatis pleroſque oculis obſervare non licuit, contra votum; eos tamen adduximus in fidem Authorum, qui in negotio citationum nobis alias probati ſunt adcuratiſſimi. Heinc vero licet plura ſatis nobis occurrant adnotatu digna in ea quae circumferuntur de ſtilo, methodo, principiis, adſertis, adagiis Scriptorum Deiſtarum; quum tamen ex eorundem pleriſque nec textum, nec contextum in fonte, ut ajunt, nobis invitis expendiſſe licuerit, ne adnotationes noſtras minus fideliter & adcurate digeramus, iis omnino ſuperſedendum duximus, ſtudioſis Lectoribus ad Polemicos, qui ejuſmodi ſcripta recitant, confutantque, amandatis.

III. Inulta quidem non ſubſtitit Scriptorum Deiſtarum impietas; ab ea ſiquidem Religionem ſacram commentariis ſtrenue vindicarunt Chriſtiani complurimi, cum Catholici, tum Proteſtantes; & qua generatim adverſum qualiacumque Deiſtarum theoremata; & qua particulatim contra unum aliquod ex eiſdem Scriptoribus impiis. E. c. e. Catholicis *Mich. Elizalde* S. I. de forma verae relig. quaerendae & inveniendae, edit. Neapoli 1662. *Jo. Laurent. Lucheſinus* S. I. qui vitam degebat 1705. in demonſtrata impiorum inſania, *Ridolph. Tetre* S. I. de relig. revel. ante 1748. *Fouche Boernier*, qui fl. 1707. de princ. rel. *Jo. Bapt. Noghera* S. J. animad. ſup. rel. rev. *Jo. Hooke* de princip. rel. nat. & rev. *Ant. Valſechi* O. P. de fundamentis religionis, & fontibus impietatis, *Cerbone* O. P. de Theol. nat. & revel. *Faſſonus* Sch. Piar. diſſ. de mirac. *Chriſtoph. de Beaumont* Archiep. Pariſ. in alio docum. paſtor. contra Emilium I. I. Rouſſeau de an. 1762. 20. Aug. *Jo. Franc. de Montillet* Archiep. de Auch in docum. paſtor. adverſum libros Deiſtarum varios de an. 1764. 23. Jan. *Anonym.* gallus in profeſſionem fidei philoſophicae J. Jac. Rouſſeau ante 1764.

Senatus Pariſienſis in proſcriptione edita 1770.

trari adfectant, Religionem quamlibet, non modo ſupernam, ſed etiam naturalem privatis hominibus, totique humano generi inimicam eſſe ac pernicioſam. Iis vero dux & patronus vulgo (*s*) conſtituitur *Critias* ille Athenienſis Philoſophus, auditor Socratis, qui nempe omnium primus tenuit, vulgavitque, hoc de vera religione negotium ab ingenioſo aliquo homine fuiſſe inventum & introductum ad continendum homines in officio, eo quod animadvertiſſet, leges humanas ad id ſatis potentes non eſſe. (*)

G 2 Ex aliis

1770. 18. Aug. impiorum liberculorum hoſce titulos praeferentium.

1°. „ La Contagion ſacrée „ ou Hiſtoire naturelle de la ſuperſtition : 2°. „ Dieu & les hommes : 3°. Diſcours ſur les „ Miracles de Jeſus Chriſt : 4°. Examen cri„ tique des Apologiſtes de la Religion chre„ tienne : 5°. Examen impartial des prin„ cipales Religions du monde : 6°. Le„ Chriſtianiſme devoilé, ou Examen de „ principes & des effets de la Religion chre„ tienne : 7°. Syſteme de la Nature, ou des „ Loix du Monde phyſique & du Monde „ moral. „ Demum *Jo. Maria Maſnata* S. J. de relig. cathol. apoſt. romana, ope ſolius rationis naturalis demonſtrata, *TT. Scholaſtici recentiores* ubi agunt de fide, ſeu de relig. revelata, cum *Cſapodi* Societ. J. *Gazzaniga* O. P *Anton. Genuenſi*, &c. &c.

E Proteſtantibus vero *Salomon Van Til* in compend. theol. nat, & rev. ante an. 1713, *Jac. Abbadie* de verit. relig. chriſt. ante 1727. *Humfred. Ditton* de rel. chr. ex reſurrect. Chriſti D. demonſtrata de an. 1728. *Jo. Diecmanus* de Naturaliſmo cum aliorum, tum maxime Jo. Bodini, *Epiſcopus*, ut vocant, *Londinenſ.* in docum. paſtor. ad Clerum ſuum, de an. 1730. *Them. Morus* tr. contra Deiſtas, *Carol. Gildon* in manuali Deiſtar. contra Carol. Pope-Blount, *Jac. Elmerus* contra Diderotum 1749. *G. F. Meyer* contra La Serre etiam Deiſtam &c. &c. Prolixum utriuſque Scholae hanc in rem Scriptorum diu nobis digeſtum, Deo propitio, alias dabimus. At ſaltem praelaudatos huc loci delibaſſe, res ipſa poſtulare videtur in gratiam Religionis atque eruditionis. Ji ergo pugiles, ſi conſulantur, ad revincendos Deiſtas copioſa tibi pugnanti tela dabunt; in hunc nempe praecipue finem eos adlegavimus.

(*s*) Cum cit. *Elizaldio* Soc. J. cap. 1. n. 11.

ADNOTATIO.

(*) CRitiae inſaniam aeterno videntur obvolviſſe ſilentio Scriptores veteres, qui particulatim de notioribus ejus geſtis verba fecerunt, cum *Xenophon.* in memor. Socr. l. 2. & l. 2. de geſt. Graecor. *Corn. Nep.* in Thraſybulo c. 2. *Aeliano* l. 2. c. 1. ac l. 3. c. 18. Unus, quem viderim, *Sext. Empiric.* l. 8. adv. Mathem. p. m. 264. edit. 1669., Gentiano Herveto Interprete, eam deſcripſit in hunc modum.

„ Critias diſertis verbis ita dicit. Fuit „ tempus quando erat hominum vita inor„ dinata & belluina & miniſtra virium, „ quum neque bonis ullum eſſet praemium, neque ullum malis ſupplicium. „ Deende mihi videntur homines leges tu„ liſſe, quae poenas irrogarent, ut tyran„ nus eſſet Juſtitia & ancillam haberet Con„ tumeliam. Deinde quoniam leges quidem ipſos eo adducebant, ut palam „ ſcelera non admitterent, clanculum au„ tem ea admittebant, tunc mihi videtur „ vir aliquis ingenioſus & prudens cognoviſ„ ſe quod operae pretium faceret, ſi inter „ mortales inveniſſet quemadmodum malis „ metus eſſet incutiendus, etiamſi clam a„ gerent, aut dicerent, aut cogitarent. „

„ Heinc Deum introducit, nempe„ quod ſit Deus minime interitui obnoxia „ vigens vita, menteque audiens & adpi„ ciens, cogitanſque & haec adtendens & „ divinam geſtans naturam : a quo auditur „ quidem quidquid dictum eſt inter homi„ nes, quidquid autem fit, videre poterit : „ ſi quis autem apud ſe tacitus aliquid cogi„ tet mali, hoc Deos non latebit, ineſt „ enim prudentia. „

Haec in naturam, & in quamlibet religio-

Ex aliis Doctoribus

I. *Anonymi* quidam inde prae primis exſiſtentiam rerum ſupernaturalem faſtidire atque abnuere viſi ſunt, quod de ea nec apud ſacros codices, nec apud priſcos Patres, nec apud decreta & ſcita eccleſiaſtica ulla uſpiam occurrat mentio; adeo ut ejus notio in una Theologorum cavillantium ſchola ſit ſuborta, pervulgata & adulta. (*)

II. *Pe-*

gionem, & in cujuſvis Numinis divinitatem Critias ille, qui & alias degener Socratis diſcipulus paſſim declamatur, atque in patriam ingratus & ſummopere injurius, tum inter triginta tyrannos, qui Athenis a Lyſandro Lacedaemonum duce ſubjugatis imperarunt, omnium peſſimus. (Lege *Philoſtrat.* in vit. Sophiſt. l. 1. n. 16. & *Xenoph.* proxime cit.) Quid autem ab ejuſmodi monſtro, Atheis paſſim jure adnumerato, meliorem doctrinam exſpectaveris? Profecto tam impio authore dignum ſcelus; quod ſane qui religionem quamlibet repudiant, adoptare non dedignantur.

Sed en tibi inter Eruditos recentiores diſſidium, exinde natum quod *Plutarch.* t. 2. oper. de placit. Philoſ. l. 1. c. 7. p. m. 880. edit. Pariſ. 1624. eandem omnino ſententiam & ſub eiſdem ferme vocibus Euripidi tragico Poëtae adtribuit in haec verba „ Aper„ te quidem profiteri hanc ſententiam non „ eſt auſus, metuens Areopagiticum judi„ cium, indicavit tamen hac ratione. Si„ ſyphum introduxit, qui eam proferret, „ ipſeque ei patrocinatus eſt,

Incondita olim vita fuit mortalium,
Et belluina, viribuſque ſerviens.

„ Legibus deinde poſitis, ait, injuſtitiam „ fuiſſe repreſſam. Sed quum hae aperta „ poſſent flagitia prohibere, multi autem „ occulte ſcelera perpetrarent, tum quem„ dam callidum virum prodiiſſe, qui docue„ rit veritati tenebras mendacio offunden„ das, hominibuſque perſuadendum eſſe,

Quod ſit perenni vita aliquis vigens Deus,
Qui cernat iſta, & audiat, atque intelligat.

Quis ergo inter Critiam & Euripidem haec primus effutiit, & quis hunc deinde exſcripſit, ſuumque fecit apophtegma, quod ab alio mutuatus eſt? Vel potius cuinam id ipſum tanquam vero Authori tribuendum: Critiae ne, vel Euripidi? Rem ſatis curioſe ac erudite utrinque ventilant *Petit*, *Le Fevre*, *Morerius* ap. & cum *Baelio* dict. crit. in Critia, adnotat. *H.* At non niſi conjectando ac divinando; quum nec Critiae, nec Euripidis commentarius, qui eam praeferat ſententiam, oratione ligata, vel ſoluta, exſaratam, jamdiu exſtet.

Quid tum vero? Porro Critias & Euripides ferme ſynchroni paris fuerunt impietatis, quippe inter Atheos uterque vulgo recenſetur abſque vindice; & quemadmodum Euripidi poëtae famoſo, ita & Critiae ſua priſcis Scriptoribus adſcribuntur carmina. Poſſis itaque ſine injuria utrilibet adſcribere ſententiam impiam.

Sextus Empiricus deinde atque Plutarchus non abſimiliter ferme ſynchroni, ut ſuſpicamur cum cit. *Herveto* in praefat. ad opera Empirici, pari quoque gaudent authoritate, qua ſcriptis ſuis noſtram obligent fidem.

Ergo ne unum, idemque impii enthuſiaſmi cogitatum & Critiae, & Euripidis animo inſedit? Aut vero Plutarchus, vel Empiricus memoria humanitus lapſus, authorem falſum pro vero deſcripſit; ſive id potius utriuslibet commentarius patitur propter incuriam & oſcitantiam Amanuenſium vel exſcriptorum? Sane conjectanti *Petito* verus author probabilius eſt Euripides; mihi tamen una cum *Baelio*, conjecturis Petiti ſtrenue reluctanti Critias videtur, antequam in cives ſuos Athenienſes tyrannidem adſumeret & exſerceret.

ADNOTATIO.

(*) ERrorem hunc intolerandum, & Religioni & Scholae ſummopere injurium ut convellat *Ripalda* in commentario peregregio de ente ſupernat. l. 1. diſp. 1. ſect. 3., plura congerit veterum Patrum teſtimonia, quae *ſupernaturalitatem* exterte exprimunt; nimirum ex *Dionyſ.* vulgato epiſt. 4. ad Caium monach., ex *Cyr.* Alex. l. 1. in Ioan. c. 13. & 14. ex *Damaſc.* de fide l. 3. c. 15. & l. 4. c. 14. tum ex *Triſagio*, & carmine in Theogoniam.

Haec praeclarus Author. Verum, me judi-

II. *Petrus Abaelardus* vehementer traducitur, quod aperte docuerit, ex mysteriis supernaturalibus ea duntaxat posse prudenter credi

judice, parum feliciter; quoniam adducti Patres rem plane dixerunt, non autem voces, quod Ripalda contendit. Quia enim ipsi citata opera graece conscripserunt, nec si qua *supernaturalitas* ibi sonat. eorum vox est, sed Interpretum plerumque latinorum, qui ea latio donarunt. Quin etiam ex iis nonnulli subindicatos Patrum textus in *supernaturalitatem* commutarunt, alii vero in voces alias, quae eundem redderent sensum.

Sic enim e. c. ubi Ripalda in epist. pseudo-dionysiana legit *Virgo supernaturaliter concipiens*, Corderius vertit „ supra naturam „ parit „ ac Jacob. Billius „ ultra humanum „ modum, supra hominem „ : & ubi Ripalda in Damasc. l. 3. c. 15. legit cum Jac. Fabro Stapul. „ non terrena facta aqua, „ sed supernaturali Divinitatis potentia „ tum l. 4. c. 14. alias 15. „ sic & propositionis „ panis, vinumque & aqua per invocatio„ nem & adventum Spiritus S. supernaturali„ ter transmutantur in corpus & sanguinem „ Christi „ vertit Billius „ per eximiam Di„ vinitatis potentiam „ & „ mirabili mo„ do „ cui adcinit Lequienius, sic eos textus traducens „ superexcellenti Divinitatis „ potentia „ & „ modo, qui naturae viri„ bus & conditione sublimior est „ Haud itaque rei nomen, de quo lis erat apud Ripaldam, Graeci Patres evulgarunt, sed rei substantiam. Alia ergo argumentandi ratione hic error confutandus.

Quid tum vero? Subticuerint, esto, sacra volumina *supernaturalitatis* verbum, rem tamen per verbum signatam, aut qualis haec vulgo describitur, aut qualis nobis explicatius *infra* proponitur, millies & amplius in utroque Testamento diserte proferunt; quoties nempe in medium produnt divinas cum homine adloquutiones, mysteria sacra, vaticinia, miracula, dogmata demum circa ea, quae omnem naturae conditionem superant, praesertim comparate ad felicitatem aeternam, ad quam homines beandi vocantur & instituuntur.

Patres insuper Schola vetustiores quod spectat, quis ibit inficias, eos numero pene infinitos toties *supernaturalitatem*, aut rerum *supernaturalium ordinem* perspicue adseruisse, quoties aut Verbum Dei scriptum commentariis illustrarunt, aut de mysteriis divinis qua credendis, supernove cultu tractandis verba fecerunt, aut revelatae religionis dogmata sermonibus explanarunt, aut sancta supernae fidei adserta adversum haereses vindicarunt? Totidem ergo ex eisdem Patribus *supernaturalitatis*, seu, quod eodem recidit, rerum sublimium naturae metas excedentium ordinis conspicui testes habentor.

Quid omnino simile dixerim de decretis & scitis ecclesiasticis, quibus nempe sacra Concilia, summique Hierarchae *supernaturalem* rerum ordinem aut virtute, aut exserte designant, adseruntque: quandocumque videlicet superna fidei dogmata constituunt, vel exponunt, eorumque hostes pervicaces anathemate profligant.

Praeterquam quod *C. Vicnnense*, relatum in Clement. 1. de fide cath. collationem gratiae informantis & virtutum *supernaturalium* in sacro baptismate adseruit; tum *Gregorius* P. XIII. & S. Pius P. V. in proscriptione thesium vulgo Baii 22. & 24. non modo rem, verum etiam nomen *supernaturalitatis* & hominis *super naturae suae conditionem sublimati* sub eundem Scholae sensum consecrasse visi sunt.

Quae quum ita sint, nemo Theologis e Schola crimini jure verterit, quod ad exponendum, substinendumque primarium hoc fidei dogma de re supernaturali, ejusmodi voces, utique signatae rei consentaneas in usum Scholae instituerint.

Nec ullum quidem in nova ejusmodi vocum institutione piaculum, si memineris plura olim recepta esse & consecrata magnorum rerum vocabula, nec in sacra pagina, nec in vetustissima Patrum traditione primum inventa: quemadmodum exemplo sunt vox ὁμοούσιον a Synodo Nicaena Symbolo adjecta, Θεοτόκου definita ab Ephesina, *Transubstantiatio* a Lateranensi consecrata. Caecutiant itaque in meridie oportet Errones, qui sacrosanctum hoc dogma tot in locis praescriptum, totque modis expositum, nusquam animadvertentes, confictum esse ab Scholasticis commenti sunt.

di, quae noſtra mens, ratione duce deprehendere poſſit. (*)

III. *Michaël Bajus* ab iis, quae ſparſim docuit in editis commentariis, nec non in praelectionibus quotidianis, tum alias, ordinis rerum ſupernaturalium hoſtis aut inſidiator vulgo declamatur. Quippe multa quae ſunt illius duntaxat ordinis propria, nudae naturae inconſideranter adtribuit; pluraque viciſſim quae naturam nudam condecent, ad ſupernaturalem ſtatum neceſſario referenda duxit. (t)

IV. *Michaël Molinoſius* Hiſpanus Presbyter Aragonenſis (u) ordini ſupernaturali, qui Deo loquenti praemaxime innititur, plurimum detrahere viſus eſt, quum haec ore ſuo nefando adſeruit, *Deus nunquam loquitur, ejus loquutio eſt operatio.* (x)

De erroribus pluſquam ſatis hactenus. Ad enucleandas veritates, & doctinas veri ſimiliores feſtinat oratio.

ADNOTATIO.

(*) Haec plane *Gaulterii* adcuſatio in tab. chronogr. ad Sec. XII. in Petro Abeillardo n. 16. laudata epiſtola inter 190. S. Bernardi. Et vero multa jam praenotavimus in cauſſam Abaelardi, quod ejus errores ſpectat, *ſupra* Tom. II. p. 276. ſq. & p. 367. pluraque notanda reſtant in errorem eidem in praeſentia adfictum ad Tom. VI. ubi de Erroribus in fidem theologicam.

Interea ergo ſatis ſit huc loci monere, hujuſmodi ſententiam & in catalogo errorum Petro adſcriptorum, & in confeſſione apologetica ipſius Abaelardi ſaepius laudata omnino deſiderari.

(t) Pleroſque Baji particulatim id genus errores *ſupra* ſuis in locis indicavimus; alios quum tempus erit producemus *inferius*: nec pauca de cauſſa Bajana ſuperſunt differenda ad Tom. VI. Conf. interea *Ripald.* in comment. contra doctrinam Baii & Baianorum, diſp. 1. prooem. ſect. 11.

(u) Hujus ſycophantae ac filii perditionis fata & cauſſam pluribus exponimus ad Tom. VI.

(x) Haec eſt particula Propoſit. XX ex LXVIII. proſcriptis ab Innoc. P. XI. Conſt. *Coeleſtis Paſtor.* an. 1687.

CAPUT PRIMUM

Rei Supernaturalis exſiſtentia, notio, partitio, ſublimitas.

QUAESTIONES DOGMATICO-SCHOLASTICAE.

5 QUAESTIO I. DOGMATICA. Num exſiſtat Supernatura, hoc eſt ordo quidam rerum ſupernaturalium, quem ſupra ordinem, vires, & exigentiam omnis naturae creatae ſublimiorem merito concipimus? In idem plane recidit Quaeſtio illa nunc temporis adverſum Deiſtas agitatiſſima de exiſtentia Religionis cujuſpiam revelatae, quam utique ceu baſim totius doctrinae ſacrae coelitus revelatae ſatius eſſet, me judice, ſi methodum ames optimam, ceteris quibuſque Theologiae diſceptationibus, *Angelico* duce (y) praemitti; (z) iis incun-

(y) Par. 1. q. 1. art. 1.

(z) Eam propterea ubi nos de praecipuis Theologiae cujuſquam fundamentis diſſeremus in *Inſtit. de Theol. fol. fundam.* contr. 1. diſſ. primo omnium loco ex inſtituto diſputamus.

incunctanter adjectis, quae in ulteriorem dogmatis elucidationem ſubinde tradit Scholaſtice.

6 ADSERO jam. Re ipſa exſiſtit, uno Deo Authore, hujuſcemodi Ordo. Et ille quidem varias ſupernaturalium claſſes complectitur; ut puta e. c. revelationes inerrantes, myſteria ineffabilia, ſacramenta veneranda, miracula patrata, prophetias aut vaticinia completa, dona gratiae & gloriae praeclariſſima, internas virtutes actioneſque infuſas, prae primis fidei, quam a creatura Deus loquens extorquet.

7 Haec porro generatim eo ſtatu vel ordine praeſtantiſſimo continentur, iiſque ediſſerendis Theologia dogmatico ſcholaſtica ex inſtituto potiſſimum incumbit ſub auſpiciis & authoritate ſacri codicis, traditionis divinae, conſenſionis Eccleſiae, ejuſque Conciliorum & Patrum: e quorum nempe teſtium documentis ſaepe numero ingeminatis ſingularum, quas indicavimus, rerum ſupernaturalium exſiſtentiam apertiſſime conficit, vindicatque. Exſiſtit itaque ordo hic ſublimiſſimus ſupra omnem naturae ordinem atque exigentiam divinitus collocatus.

8 Jam vero is ordo eximius ſuperexcelſa Authoris ſui adtributa ſummopere commendat & extollit. Eo quippe admiſſo, plane intelligis, perplura & ea quidem excellentiſſima poſſe Deum, ac re praeſtitiſſe in gloriam ſui & bonum creaturarum, quam quae naturae terminis circumſcripta noſſe queas: quo ſubinde argumento illico raperis ad ſuſpiciendum demiſſe tanti Authoris majeſtatem, tum ad compenſanda cordis amore & obſequiis mira dona, quae ab eo fonte profluxerunt. Adde ex *Angelico* (*a*) quod „ nullo modo melius manifeſtari „ poteſt, quod tota natura divinae ſubjecta eſt voluntati, quam ex hoc „ quod quandoque ipſe (*Deus*) praeter ordinem naturae aliquid operatur. „ Ex hoc enim adparet, quod ordo rerum proceſſit a Deo non per „ neceſſitatem naturae, ſed per liberam voluntatem. „

9 Praeterea quod ſtatus hic poſſibilis undequaque ſit, nemo unus inficias iverit, qui plures in Deo providentiae, omniſcientiae, omnipotentiae, bonitatis theſauros abſcondi fateatur, prae iis qui nativae rationis lumine deprehendi poſſunt. Ecquis autem ſanae, dociliſque mentis terminos ſummae Dei potentiae, ubi repugnantia adparet nulla, praeſcribere auſit?

10 Quod is itidem ſit creaturis utiliſſimus, nequit niſi inſipienter in dubium verti. Quid enim iis utilius, quam in arcana Dei abditiſſima penetrare, commercio familiari cum Deo uti, ſublimium & inerrantium revelationum lumine colluſtrari, certis dogmatis communiri, ſcriptis a Deo dictatis inſtitui, ſacramentis ad vitam aeternam comparari & perfici, gratiae & gloriae donis ineffabilibus perfundi atque beari? Quid? quod revelationes divinae, quibus ſtatus hic abundat, aut ea, quae ratione naturali intelligi nequeunt, palam oſtendit, aut quae ratione naturali intelligere licet, certius atque diſtinctius explicat.

7 Quin

(*a*) Cont. gent. l. 3. c. 99. n. 7.

11 Quin immo ſi prae oculis habeamus ſummam naturae humanae ſibi relictae imbecillitatem in cognoſcendo verum, & amando bonum, naturae perneceſſarius eſt idem ſtatus. Siquidem cognoſcendis cunctis legis naturalis praeceptis lumen rationis, alias magnopere obſcuratum, impar eſſe videtur; ac inſuper tanta eſt nativa voluntatis a bono averſio, tanta intrinſecus cupiditatum pugna, tanta demum in omne malum propenſio, ut integra legis obſervatio abſque auxilio ſtatus ſuperni ſit cuiquam homini ſaltem moraliter impoſſibilis. Ergo ſaltem moraliter neceſſarius eſt alius ordo ſuperior, e quo auxilia deſcendant ad praecepta ejuſdem legis naturalis probe cognoſcenda & obſervanda. Quod autem Deus naturae Author neceſſitati morali adeo immani non occurrerit, quis crediderit, ejus providentiae ac bonitati non injurius?

12 Ad haec, ſi ordinem ſupernaturalem e medio tollas, quis ſatis intelligere poſſit, quo determinato cultu naturae Author amet coli? quae ſit notio beatitatis, ut finis homini a Deo praeſtituti, quid certo exigatur ad ejus adſequutionem, quid ipſius privationem inducat? quae prorſus adhibenda ſint impetrandae a Domino remiſſioni criminum; num deinceps haec ſemel tantum, aut ſaepius concedatur etiam atque etiam delinquentibus? Haec autem, pluraque id genus ignorarent funditus homines in ordine mere naturali conſtituti, quin eis in tanta caligine, nata ingerere animis deſperationem de obtinendo fine ultimo, auxilio ullo ſuccurreret naturae Author. At hunc tamen Authorem ordine ſuperno inſtituto tot tantiſque malis obvium adtuliſſe remedium, quis niſi delirando ambigere poſſit?

13 Quod ſi Adſertum & rationi & adtributis ſummi Conditoris ita conſonum pluribus confirmare lubeat, huc advoca ratiocinia propemodum innumera, quibus Polemicis noſtratibus probari conſuevit exſiſtentia Religionis revelatae; haec enim & ab ſtatu illo ſupernaturali ortum ducit, & eo auxiliante prae ceteris quibuſque falſis religionibus eminet, & ipſum conſtantiſſime profitetur: quidquid ergo hujuſmodi religionis exſiſtentiam probet, & ordinem ſupernum pariter ſubinferat oportet. Plura nos alias cum Anti-deiſtis in hanc rem (*b*).

Interim vero, priuſquam cavillationes hoſtium Adſerti retundamus, juvat illico ex ſacris Adloquutionibus priſcorum Martyrum oſtendere atque illuſtrare exſiſtentiam & veritatem Religionis noſtrae ſupernae, ſimulque falſitatem illius, qui tot pridem ſeculis toto pene terrarum orbe tyrannicum dominatum tenuit, Paganiſmi: quem plane ſub priora Eccleſiae ſecula iidem Martyres & generoſe loquentes, & ſupplicia ultra modum plerumque atrociſſima ſubferentes invicte, mirum in modum pudore ſuffuſſum oppreſſerunt.

MONU-

(*b*) In *Theol. pol. fundam.* controv. 1. diſſ. 1.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro veritate Religionis ſupernae revelatae & contra falſitatem religionis ethnicae.

E RE MARTYROLOGICA.

In binas ſectiones Claſſem diſpeſcimus, ne pro utroque argumento documenta confundantur. Prima quidem pro noſtra Religione aget, altera vero adverſus ethnicam. Quod hanc inſuper ſpectat, eam porro Martyres ſummopere improbaut ceu idololatricam, nimiumque rationi adverſam. Nec aliam ferme religionem impetunt, quoniam ipſis cum ethnicis, qui tum toti pene terrarum orbi dominabantur, tota lis erat: ab iis quippe celebrabatur tanquam quid optimum Paganiſmus, & ab iis, quod eum repudiarent, & Chriſtianiſmum defenderent, ad dedecora, ad ſupplicia, ad mortem damnabant Martyres. Et vero dum Paganiſmum ſacri pugiles ceu legi revelatae oppoſitum ſuis colloquiis & martyriis protriverunt, hoc ipſo, mea ſentantia, & ceteras quaſque religiones ab hominibus inventas, & divinae repugnantes eiſdem armis debellaſſe dicendi ſunt.

SECTIO I.

1 *Polemon ... ait ad Pionium, quis vocaris? Pionius ait,* Chriſtianus. *Polemon, cujus eccleſiae? Pionius ait,* Catholicae, *nulla enim alia eſt apud Chriſtum.* Rurſum, *Polemon ait, quae diceris? Illa reſpondit, Theodota &* Chriſtiana. *Polemon, ſi Chriſtiana es, cujus eccleſiae? at illa;* Catholicae. *Polemon, quem colis Deum? illa reſpondit, Deum ... quem cognovimus per* Verbum *ejus* Jeſum Criſtum. Item rogatus Aſclepiades quis eſſet, *Reſpondit Aſclepiades, Chriſtianus. Polemon, cujus eccleſiae? Aſclepiades,* Catholicae. *Polemon, quem Deum colis? Aſclepiades,* Chriſtum.

SS. Pionius, Theodota, Asclepiades (ex *Act.* S. Pionii & Socior. de quibus ſupra in Adpendice p. 111.)

Vides quidem hiſce teſtimoniis ſupernae religionis exſiſtentiam & veritatem quamglorioſe expreſſas & commendatas. Porro qui ad conſpectum impendentis martyrii ſe Chriſtianum eſſe confitetur, & ſectatorem Eccleſiae catholicae, illum colentis Deum, quem cognovimus per Verbum ejus Jeſum Chriſtum, hic inquam ſub iis vocibus

plane fatetur, ſe unice veram ducere ſupernam Chriſti Religionem, quam Eccleſia Catholica conſtituit, Authore Chriſto, Verbo Dei.

Heinc autem vox illa, quam toties in confeſſionibus Martyrum reſonare geſtimus, *Chriſtianus ſum*, *Chriſtianus ſum*, triumphalis clamor & plauſus mihi eſt, qui veritatem ſupernae religionis promulgat, confirmat, illuſtrat, ad coelos evehit. Ejuſmodi quidem plauſum ea voce ſollemniſſima praemiſerant ante Martyres praelaudatos, Polycarpus Smyrnae; Ptolemacus, Lucius, Juſtinus, Chariton cum conjuge Charitana, Evelpiſtus & Hierax Romae; Vettius, Epagathus, Maturus, Attalus, Blandina, Bibliades, Epipodius, Alexander Lugduni; Symphorianus Auguſtoduni; Donata cum ceteris duodecim Martyribus Scillitanis Carthagine; Perpetua Tuburbii; Baſilides, Ammon, Zeno, Theophilus, aliique ſocii Alexandriae.

Quin etiam alii poſt eos, quos in praeſentia ex ſuis laudamus teſtimoniis, Martyres eamdem vocem triumphalem, Chriſtum exſerte confitentes ingeminarunt; ut puta Maximus apud provinciam Ambienſem in Aſia; Lampſaci Petrus, Andreas, Paullus, Dionyſia; Carthagine Cyprianus; Tarracone Fructuoſus; in Numidia Jacobus & Marianus ſocii; in magna Syriae Antiochia Nicephorus; alibi tandem complurimi pene ſine numero.

Haec profecto cum fremitu Paganiſmi audita toties triumphalis vox *Chriſtianus ſum* probando, illuſtrandoque dogmati ſatis ſuperque eſſet; ſiquidem & de Marciano Martyre proferunt jure ejus *Acta* (ap. Ruin. ex codd. edit. & mſſ. ad an. circ. 260. n. 14. quod „ Haereticorum quoque ſuperbiam & improbam contumaciam retundebat, conteſtans eos ut vel de copia Martyrum intelligerent Eccleſiae veritatem „ Eccleſiae videlicet, quae cum Religione ſuperna revelata una eademque eſt. Nihilo tamen ſecius ulteriores rei noſtrae teſtes in medium exhibere pergimus.

2 *Verus pater noſter* Chriſtus *eſt & mater* fides, *qua in ipſum credimus.*

S. Hierax M. S. Juſtini, aliorumque in paſſione ſocius, gente Phryx, reſpondens Ruſtico Praefidi, cum interroganti ubinam gentium eſſent ejus parentes, Romae an. circ. 167. (ex *Act.* S. Juſtini & Socior. uti ſupra in Adpend. p. 11.)

En tibi veritatem chriſtianae Religionis, quam Sanctus ore confeſſus eſt, & martyrio conſtanter exantlato confirmavit.

3 *Turpitudines, quibus daemones veſtros colitis, oblectant membra corporis, mentes interimunt. Quae autem illa vita eſt, ubi partis potioris detrimenta proveniunt?* nos *pro anima adverſus corpus bella ſuſcipimus*, nos *pro anima adverſus*

vitia

vitia dimicamus. Vobis venter deus eſt & in morem pecudum poſt ingluviem prodigam, finem vitae praeſentis, mortis judicatis occaſum. Ceterum nos *quicumque vobis perſequentibus interimus, dum nos temporalia deſerimus, vitam ingredimur aeternam.*

S. Epipodius M. reſpondens Praeſidi, eum blande adhortanti ut legem chriſtianam deſereret (ex *Act.* uti in Adpend. p. xii.)

Egregia Sancti deſcriptio religionis ſupernae atque paganae! qua quidem Praeſes vehementer commotus os Epipodii pugnorum ictibus elidi juſſit.

4 *Martianus ait, ideo Magi eſtis* (*) *quia novum neſcio quod genus religionis inducitis. Reſpondit Achatius, Illos deſtruimus, quos vos prius facitis & a vobis factos ipſi timetis; deficient enim vobis dii, ſi artifex ſaxo, aut ſaxum non abundaret artifice.* Timemus enim nos illum, *non quem fabricamus, ſed a quo fabricati ſumus, qui nos creavit ut Dominus, amavit ut pater, & aeternae morti quaſi bonus patronus* (**) *eripuit.*

(*) Chriſtiani
(**) alias *paſtor*

S. Achatius Epiſc. M. Martiano Conſulari reſpondens, illum paucis edocens palmare diſcrimen inter religionem ſupernam veram, atque ethnicam falſam (ex *Act.* de quibus Adpend. p. iv)

5 *At illi* (*) *dicebant ad turbas: quoniam aperuit Dominus ſenſum noſtrum ut de tenebris & umbra mortis, quibus nunc uſque deſtinebamur*, nos liberatos ad ſalutem veram perduceret. Rurſum, *Praedicabant Verbum Dei cum fiducia, & objurgabant omnes gentes, quod inanibus erroribus detinerentur... Credite nobis, fratres, quod ſi hoc melius non cognoviſſemus, nunquam converſi fuiſſemus ad eum* (**) *unde &* vos convertimini ad eum ut ſalvemini.

(*) ad fidem converſi
(**) Chriſtum crucifixum

SS. Lucianus & Marcianus ex Ethnicis Magis effecti Christi cultores & praedicatores, MM., suadentes Paganis veritatem crhristianae Religionis & vanitatem ethnicae (ex *Act.* Sanctorum, uti supra Adp. p. xliii.)

Quis deorum huic (*) *similis ? omnes enim dii gentium daemonia.* Deus *autem* noster *coelos fecit. Et ideo illi cum suis cultoribus aeternis incendiis damnati sunt & damnandi, sicut scriptum est... De isto autem sanctus Propheta dixit, Deus noster prae omnibus diis omnia quaecumque voluit, fecit... Quocirca, viri illustrissimi ...semoto quaeso paulli sper odio & contentione, justo examine vim utriusque partis adtendite, nec turpissimis & inimicissimis daemonibus damnatis atque damnantibus ulterius vos ipsos tradatis...ut eorum damnationem evadere valeatis. Obedite autem...* omnipotenti Creatori *& amico vestro, cujus...semper valeatis amicitia gratulari.*

(*) Christianorum Deo

S. Victor M. longo sermone Praesides in examine suae fidei, & frequentem ethnicorum coronam iis inter alia adhortans ut religionem paganicam ceu falsam repudient, & Christianam amplectantur ut veram (ex *Act.* Sancti & Socior. ap. cit. Ruin. p. 304. sq. n. 9. edit. Paris. 1689. Recole dicta Adp. p. xxxii. ubi de S. Victore.)

7 Christi Regis pia & sancta mandata (*) *quae unum Deum in coelis indicant intonantem : quae non posse dici Deum ex ligno & lapide salutifera admonitione testantur : quae corrigunt noxas & emendant : quae innocentes in propositi sui perseverantia & observatione corroborant : quae Virgines integritatis suae edocent obtinere fastigia... quae praecipiunt inimicis veniam...caritatem cunctis, malum nemini facere : adcipere patienter illatas injurias, facere omnino nullas : suis bonis*

cede.

cedere, aliena ne oculorum quidem delectatione concupiscere: in perpetuum esse victurum qui pro fide momentaneam mortem, quam vos potestis inferre, contemserit.

(*) haec sunt.

S. Pullio M. exponens peregregiae praecepta religionis supernae, Auctore Christo Domino, Probo Praesidi, quaenam essent mandata Christi a Pullione indicata eum roganti (ex *Act.* uti supra Adp. p. VIII. ubi de Sancto.)

8 *Si vero, o Procurator, unum qui vere est Deus, intelligeres, non hanc materiam nullo sensu praeditam honorasses honore fuffituum. Cessa ergo in his frustra laborare, & lauda* Deum *universorum &* ejus filium unigenitum *Dominum nostrum* Jesum Christum, *Servatorem mundi.*

S. Leo M. iis inter alia Christianismi superni veritatem strenue adtestatur & confirmat apud Procuratorem in confessione fidei suae Judicem (ex *Act.* uti supra Adp. p. VII.)

Pauca haec exempla, relictis aliis propemodum innumeris, pro veritate supernae Religionis, brevitatis studio indicasse sufficiat; quae plane rogo & obtestor hodiernos Deistas oppido ruminent.

SECTIO II.

9 *Respondit Achatius, qui sunt dii, quibus sacrificare me praecipis? Martianus ait, Apollini servatori nostro... Respondit Achatius, illi vere, ut putatis, interemto, qui infelix quum puellae amore flagraret, currebat adtonitus, ignarus perditurum se optatissimam praedam? Apertum est itaque, quia nec divinus fuit qui ista nescivit, nec deus, quem puella decepit... ipsi qui cum Neptuno aliquando servivit (*) ipsi qui aliena pecora servavit, huic sacrificare me praecipis? An Aesculapio fulminato, an adulterae Veneri, & portentis ceteris sacrificium impendam? Vel ob hujus vitae exitum adorabo ego eos, quos non dignor imitari?*

quos

quos contemno, quos adcuſo, quos horreo; quorum facta nunc ſi quis admittat, num ſeveritatem legis veſtrae poterit effugere? Et modo in illis colitis quae in aliis vindicatis?

(*) nempe in aedificandis Trojae moeniis.

S. ACHATIUS Ep. M. ſolide ac lepide irridens religionis paganae vanitatem (ex *Act.* uti ſupra, Adp. p. IV.)

En tibi complurium inſtar teſtimonium.

10 *Proconſul dixit ad eum... ſacrifica ergo magnae deae Veneri. Petrus reſpondit, miror, ſi perſuadeas mihi, Optime Proconſul, ſacrificare impudicae mulieri & ſordidae, quae talia opera egit, ut confuſio ſit enarrare, quum apud vos hiſtoria arguat ejus impudicitiam. Nam & vos turpia quae geſſit, in impudicis punitis. Et ſi vos impiam illam nominatis & publicam meretricem*, quomodo me tam ſordidam meretricem adorare & ſacrificare compellitis?

S. PETRUS M. ſtultitiam religionis ethnicae exprobrans & confundens (ex *Act.* SS. Petri, Andreae, Paulli & Dionyſiae, de quibus Adp. p. XLIII.)

11 *Lyſias Praeſes dixit... jam nunc adcedens ſacrifica diis... Claudius dixit, Deus meus talia ſacrificia opus non habet, ſed eleemoſynas & converſationes juſtas.* Dii *enim* veſtri, daemones immundi ſunt, *ideo hujuſmodi ſacrificiis* (*) *delectantur, perdentes animas in aeternum, has duntaxat, quae eos colunt: unde in nullo perjuades mihi ut eos colam.*

(*) profanis

S. CLAUDIUS M. adloquens Lyſiam Praeſidem, illum urgentem ut diis immolaret (ex *Act.* de quibus in Adp p. VII. ſq.)

12 *Quem* (*) *ſi plena fidei mente receperis, numinum tuorum* irridenda veneratione *neglecta*, *faci-*

facile poteris aeternae vitae praemia promereri.

(*) *Deum Chriſtianorum*

S. Felix Presb. M. adloquens Cornelium Ducem in examine ſuae fidei, Valentiae Allobrogum, an. circ. 212. (ex *Act.* SS. Felicis, Fortunati, Achillei, ab auctore coaevo conſcriptis ap. Bolland. ad d. 23. Apr. Sanctis ſacrum, n. 7.)

13 *Iſti autem, quos ipſi deos vocatis,* daemones ſunt, *cum quibus & qui eis credunt, a vero & ſolo Deo meo in omnes imperium tenente, in illo ipſo judicii tempore, quod definivit, in ignem gehennae, qui nunquam exſtinguitur, detrudentur in tenebras exteriores, ubi erit ſletus & ſtridor dentium.*

S. Basileus Epiſc. M. uti *ſupra* Adp. p. xviii.

14 Dii *qui coelum & terram non fecerunt,* pereant. Rurſum, *ſunt mihi praeſentia, o Imperator, bona praemia & certa promiſſa futurorum: brevi enim convincam te fruſtra eſſe inflatum,* & deos, *quos nominas, oſtendam eſſe humanis viribus longe imbecilliores.*

S. Anthimus Epiſc. Nicomedienſis M. adloquens Maximianum Imp. quum gravius coram illo torqueretur, eum animoſe irridens, & imbecillitatem deorum ſuorum, atque adeo & paganae religionis, iis devotae, Nicomediae in Bithynia, an. 302. (ex *Act.* quae e mſ. graeco Regis chriſtianiſſimi ediderunt Bolland. ad d. 27. Apr. nn. 8. 10.) Dies Martyri ſacer ap. Latina Martyrologia 27. Apr. ap. Menolog. Graecorum 3. Sept.

Haec porro Acta, Bollandiano Henſchenio collata cum editis a Lipomano, vetuſtiorum ſimplicitatem mirabilem mihi non redolent.

15 Dii *tui ſi quid virtutis habent, defendant ſe ipſos ab iis, qui eos negant & tuam defenſionem non requirant. Si vero malitiae eorum es ſocius, multo melior ſum diis tuis, & te, quia vobis non obaudio, habens Deum verum...*

S. Neon M. ſolide ac lepide arguens vanitatem Lyſiae Proconſulis, ejuſque paganae religionis (ex *Act.* de quib. in Adp. ubi de S. Aſterio p. vii.)

Quis

16 *Quis enim vitae humanae truculentior hoſtis adpareat, quam qui agenda docet, proprioque exemplo ſuadet quae extrema ſint agentis opprobria & juſtiſſimis legibus capitaliter puniantur? Non ne autem agenda docentur, quae publice recitari, quae laudando cantari jubentur?* Tales *quippe*, tales *ſunt* dii veſtri maximi, *quibus praecipientibus horrenda ſua ſcelera non ſolum recitantur, ſed & viſibiliter effinguntur in theatris, cantantur & ſummis laudibus celebrantur in templis &c.*

S. VICTOR M. Imp. Maximiniano ardenter exprobrans deorum ſuorum nefanda ſcelera, Religioni ethnicae pene ad imitandum propoſita (ex *Act.* in Adp. p. XXXII.)

17 *Quod ad deorum tuorum facta adtinet, turpe eſt eloqui; dicam tamen ad veſtram confuſionem.* Is, *quem* Jovem *adpellatis, & deorum omnium maximum creditis eſſe, in mulierum, puerorumque contumeliam eo proceſſit, ut* malorum omnium *ipſe* principium & finis ſit. *&c.*

S. THEODOTUS M. Theotecno Praeſidi Proconſuli profanorum deorum, prae primis Jovis turpitudines oſtendit palam (ex *Act.* Adp. p. XXVIII.)

18 *Heu miſeros & deflendos qui Divinitatis ſacroſanctum nomen ignorant! Heu infelices vos, qui coeleſtia ad terrena transfertis, &* veritatis ignari *invenitis & facitis quod colatis! Quid aurum, argentum, aes, ferrum, vel plumbum? Non ne ex terra & nutriuntur & conſtant? &c.*

S. PHILIPPUS Epiſc. M. Baſſum Praeſidem fervente oratione convincens de vanitate deorum, quos profana colebat religio (ex *Act.* in Adp. p. XIII.)

19 *Quid enim ſimile homini Deus aliquando formavit? Sed* conatus eſt diabolus *opus coeleſte violare.*

lare. Invenit illa (*) *quae colitis, & ſervos juris ſui ſacrificando vos fecit.*

(*) Idola

S. HERMES Diac. M. his inter alia oſtendit Juſtino Praeſidi, qui Baſſo proxime ſubceſſit, religionem paganam a diabolo ortum ducere, ejuſque alumnos ſervos eſſe diaboli (ex eiſdem *Act.* De Sancto egimus in Adp. p. XLVII. ſq.)

20 *Vos potius recte ordinata perturbatis*, praeponendo *temporalia aeternis, mortua viventibus, ſcientibus* (*) *bruta*, mendacium veritati: *& propterea in ſuperbiam lapſi, atque in perpetuum damnati eſtis cum ſpiritibus malignis.*

(*) Alias *ſentientibus*.

S FERREOLUS M. deſcribens apud Praeſidem neqnitiam & vanitatem religionis ethnicae; quae utique fabuloſos ritus ſuos religionis ſupernae veritati praeponit (ex *Act.* uti in Adp. p. XXXIII.)

21 Deos vanos, *qui vos nihil juvare poſſunt, relinquite. Deum meum, qui me confortat, agnoſcite; pro quo mori vita eſt. pro quo pati deliciae...*

S. ARCADIUS M. adhortans morti proximus paganos martyrii ſui ſaeviſſimi ſpectatores ut vanam religionem ſuam relinquerent, & ſupernam veri Dei amplecterentur, in Achaia, vel, ut aliis placet, Caeſareae in Mauritania ſub IV. Seculum, at an. incerto (ex *Act.* Sancti, quae ex libro pervetuſto de agonibus Martyrum vulgavit cit. Ruin. a p. 591. n. 5.) Sancti memoria recolitur vulgo d. 12. Jan.

22 *Non ergo, inquit Saturninus, vera tibi videtur eſſe religio, quam Imperator noſter conſtituit?* Qui poteſt, *refert Baſilius*, vera eſſe, *o Praeſes, quae prae rabidis canibus carnes per ora ferens circumeundo manducat, & ante aras daemonis latratum ciens, ſuas ipſis carnes circumponit, ſuum ſanguinem ſuper ipſas effundit*: qui, *inquam*, poteſt ſana integraque haberi?

S. BASILIUS Presb. M. uti *ſupra* in Adp. p. XXI.

Dies plane me deficiet, ſi Martyrum reliquas declamationes adverſum falſitatem Paganiſmi recenſere pergam. Illud et vero declamationum genus minime praetereundum, nonnullis Martyribus familiare; qui nempe zelo Dei ardentes, nec graviora reformidantes ſupplicia ſibi impendentia, & Juliano Auguſto, & Juliano Comiti ejus avunculo verae religionis ſupernae apoſtatis novitiam falſi Paganiſmi profeſſionem liberrime pro palam exprobrarunt. Quid enim ejuſmodi exprobrationibus illuſtrius ad convincendum falſitatis ex ore teſtium veritatis Paganiſmum?

Varii quidem id genus Teſtes adduci poſſent, at inſtar plurium unus eſto Basilius idem, quem mox laudavimus. Hic enim (ex ejus *Act.* citt. n. 5. & 6.) ita in primis Julianum Auguſtum, eum impellentem ut diis immolaret, piiſſime ſubiratus adloquutus fertur, *Minime, non erro, Imperator. Tu quidem factus apoſtata abdicaſti regnum coeleſte, at ego Chriſto meo credo, quem tibi imperium conferentem ejuraſti, quod hic quoque brevi eſt ablaturus a te, ut cognoſcas qualem Deum offenderis... Immo ut ſcias Imperator, quod nulli ſint quos nominas deos; idola enim ſunt ſurda & caeca, quae credentes in ſe ad infernum ducunt.*

Haec deinde Julianum Comitem, quae renuntiaret nepoti, ei ſe oſtendens mirabiliter ſanum ex ſaeviſſimis, quas pridie exceperat, plagis, *O ſtulte & impie! ... Nuntia tyranno tuo Juliano quanta ſit virtus Dei, quem dereliquit, & animam ſuam perdidit a diabolo deceptus... at ego confido in Chriſto meo, quod & ipſe ejiciendus ab ea* (Eccleſia ſancta) *ſit, quae ſibi ipſi faciens ſatis, retribuet ei prout factis ſuis commeritus eſt & in tyrannide ſua exſtinguetur.* Haec inter alia haud abſimilia invictus Martyr.

OBJECTIONES.

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 14 Obj. *primo*. Is ordo ſupernaturalis commentitius eſt. Nam 1.° quod ſupra naturam dixeris, contra naturam eſt; eum quippe invertit ordinem, quem rerum naturis regendis ſibi Deus praefixit; ipſumque in materia religionis, quae homini adeo neceſſaria eſt, huic eſt immanitet improportionatum, nimiumque a facultatibus, quibus uti debet, alienum. 2.° quum ordo ille arcana valde obſcura & ſublimia proponere confingatur, ſtatim ſubinde exigitur ab iis, qui talem ordinem profitentur, ut videant quae nec lumine nativo, nec oculis corporeis conſpicere fas eſt, ac defectum evidentiae imaginationis vi ſuppleant, atque adeo in falſitatem identidem prolabantur. Hoc autem a providentia divina nimium abhorret.

15 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Adſ.* cujus probationes nihil evincunt. Principio enim ſummus rerum Conditor providentiam ſuam erga natura-

turalia cum providentia erga ſupernaturalia decretis ſuis optime temperat & conciliat, adeo ut ſupernaturalia jugiter ſupra naturam univerſam ſint, nuſquam vero contra. Deinde quod facultatibus humanis ſibi relictis longe inconveniens eſt, eiſdem auxilio profluente ex ordine ſuperno fultis, quam maxime proportionatum dixeris.

16 Ad 2: circa fidem in arcana, quae ordo ſupernus continet, nullum imminet erroris periculum, ubi pleraque adfulgent ſigna, quae illa commonſtrant morali quadam evidentia credibilia. Quid? quod vel ipſa myſteriorum obſcuritas & ſublimitas illud eximie conficiunt, quod plura Deus exſequi poſſit, quam menti creatae vel ne excogitare quidem liceat.

17 Obj. *ſecundo* Rurſum ejuſmodi ordo ſupernus repugnare convincitur. Nam 1.° ſi ſtatus naturae non ſufficiat homini perducendo in felicitatem ſibi praeſtitutam, valde inutilis ac imperfectus ſit oportet, contra Authorem ejuſdem naturae. 2.° nec ſtatus ille, nec religio, quam dicimus revelatam eo quod talem ſtatum credat & profiteatur, ullatenus inveniri queunt; in primis enim ratio naturalis contra eum ordinem ſupernum potius militat, quam pro eo; deinde inter ſapientes plerique illum adfirmant, multo plures negant, at in dubio poſſidet libertas; ex iis denique qui uſque modo orbem univerſum incoluerunt, pauciſſimi ſunt, qui ſtatum illum adſeruerint ac ſint profeſſi, ceteri autem propemodum innumeri vel ne quidem ipſum noverunt, utpote iis prorſus impervium. Id autem contra providentiam Dei, denegantem ſingulis hominibus lucem perſpicuam, qua ſtatum hunc abditiſsimum invenire queant, refunditur.

18 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: porro ſtatus aut lex naturae quidquid ad ſuum ordinem pertinet, edicit. Quamvis autem non omnia doceat, quae nempe ordinis ſuperni ſunt, ad multa vero perutilis eſt, ad illud prae primis, ut homo tamdiu ſe contineat ad leges honeſtatis nativae, quamdiu revelationem clariorem de modo colendi Deum haud ſatis compertam habeat. Quid? quod manifeſtiſſima naturae humanae alias corruptae imbecillitas cognoſcendo verum in cauſſa eſt cur mens hominis ſibi relicta leges omnes ſibi praeſcriptas a natura capere ad amuſsim nequeat.

19 Ad 2. *N. Adſ.* Ecquis ſanae mentis crediderit, naturam, aut ejus Authorem, qui cunctis prima indidit principia, ut diſciplinas naturales addiſcant, ut puta illud *quodlibet eſt vel non eſt*, pluraque id genus, prima ceteroqui denegaſſe principia reperiundo ſtatui ſuperno, e quo negotiorum omnium ſumma pendet? Ad *primam* ejus prob. *N. A.* Immo potius ope rationis nativae rem adcuratiſsime expendenti evidens fit, ſupernum ordinem certo credibilem eſſe atque credendum.

20 Ad *ſecundum*: non ſapiunt, immo deſipiunt enormiter qui eum inconſiderate abnuunt, quoniam non intendunt animum ut par eſt in argumenta, quae eum apertiſsime manifeſtant; nec inſuper quod

in ſe eſt faciunt, ut eis Deus fidem ſupernam miſericors infundat; nec demum in eo, quod vocas dubium, libertas humana poſsidet, ſed Deus O. M. qui per tot ſecula omnes apud gentes in poſſeſsione eſt. Ad *tertiam*: adverſus ordinem ſupernum a Deo conſtitutum minime praeſcribit ſtultorum, qui infinitus eſt, numerus; quippe qui vincibiliter & culpa immaniſsima ignorant, quem deſides non inquirunt. Nequicquam igitur exinde culpanda Dei providentia.

21 Obj. *tertio*. Supervacaneus omnino eſt ordo rerum ſupernaturalium. Nam 1.° naturae lex ſatis intimat, definitque modum, quo Deus coli amat per τὸ *Deus ceu excellentia ſumma colendus eſt*. 2.° ſi per legem naturae Deus non praecipiat modum, quo in ipſum cultus ferri debeat, cenſendus eſt hujus definitionem arbitrio hominis reliquiſſe. 3.° ſingulae ferme gentes ethnicae diis, quos adorarunt, ſacrificia obtulerunt, quaſi inſtinctu naturae intelligentes, velle Deum eo cum primis modo coli, quo reapſe prae ceteris quibuſque modis honorabatur: quin immo ſacrificium lege naturae praeſcriptum eſt: ſuperfluit ergo lex altera ordinis ſuperni, quae ſacrificium indicat.

22 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Licet enim ex eo praecepto naturali conficias illico Deum ſublimioribus generatim ritibus colendum eſſe, nondum habes exinde, ſeorſim a revelatione ſuperna, quibus ſpeciatim ritibus debeat, ac re velit honorari ſumma Dei excellentia qua talis. Ad 2. *D. A.* ſi ſermo ſit de lege aut religione quapiam vera naturali, quae ritus a Deo non adceperit, *Eſto*; haec vero nulla eſt: ſi autem de lege ſeu religione, quae ordinem ſupernum profiteatur, *N.* huic quippe ritus proprios revelatione injunxit Deus.

23 Ad 3. *Eſto A.* & *N. Con.* Profecto exiſtimaverim, quod vota ſacrificiorum a gente in gentem effluxerint ex ſacrificiis, quae Deus offerenda olim injunxerit Protoparentibus, aliiſque poſteris, e quibus morem illum ebiberint Noë filii, iſtorumque nepotes toto terrarum orbe diſperſi: quo circa ritum ſacrificandi apud ſingulas pene gentes, gentiumque ſectas uſitatiſsimum, non ex inſtinctu naturae, ſed potius ex doctrina & exemplo a majoribus excepto, vel quaſi ex communi quodam jure gentium ſubortum dixeris. (*p*) Quid? quod eſto naturae lumen ſacrificii debitum utcumque perſpiceret, non autem diſerte ſacrificii ſecundum placitum Dei, cujus ſubinde eſt illud revelatione ſuperna definire. (*q*)

24 QUAESTIO II. Quaenam rei ſupetnaturalis notio? ADSERO. Haec ſecundum proprii nominis etymon, eſt quae ſuperat aut excedit omnem naturae ordinem & exigentiam, immo & quamlibet actionem Dei ſecundum jura & leges naturae operantis. Et iſta quidem deſcriptio ſingula rerum ordinis ſuperni capita complecti videtur; nec aliam

(*p*) Super famoſa de origine ſacrificiorum quaeſtione plura *inferius* ubi de ſacrificio ad Tom. VIII.

(*q*) Plura huc adplicari poſſunt, quibus Anti-deiſtae Religionem revelatam vindicant.

aliam fortaſſe rei explicandae aptiorem repereris, quidquid contra pugnantem *Arandam* Soc. J. animadverteris (r). Nomine autem naturae, ſupra quam res ſuperna eminere dicitur, venit collectio cauſſarum & rerum omnium cujuſdam ordinis inferioris, quae nihil aliud poſſunt & exigunt, quam quod ſibi naturae legibus praeſcriptum eſt. Porro quouſque rerum hujus ordinis facultas & exigentia ſeſe porrigant ſecundum praeſcripta naturae, haud facile definieris; nihilo ſecius ea, ex dicendis, ſunt ſigna & argumenta pro ſupernaturalitate plurium, quae probant pariter, haec quamlibet naturae facultatem & jus praetergredi.

25 QUAESTIO III. Quaenam rei ſupernaturalis partitio? ADSERO. Multiplex eſt, & multis quidem nominibus nobiliſsima. Partitur primum in increatam & creatam. Illa eſt Deus quoad illa adtributa, quae omnem naturae captum & exigentiam ſuperant, vocanturque Myſteria ſuperna, e. c. Trinitas, providentia praedeſtinans & reprobans, ſcientiae ac decreta circa ea omnia, quae ordinem ſupernum conſtituunt; & in iis quidem ſitam dixeris ſupernaturalitatem proprie divinam, Deoque intrinſecam. Haec vero eſt operatio temporaria a Deo ceu Authore ſuperno & principali profluens: ejuſmodi ſunt unio hypoſtatica, qua homo fit Deus, Eccleſiae ſacramenta, revelationes divinae, miracula, vaticinia, beatitudo, gratia auxilians & ſanctificans, virtutes & actus infuſi, gratiae quae dicuntur gratis datae: & en tibi ſupernaturalitas participatione divina, & Deo extrinſeca.

26 Creata deinde diſpeſcitur in eam, quae primario & proxime fertur ad felicitatem aeternam comparandam aut retinendam, ſecundario vero ac remote ad oſtenſionem gloriae ſuperni Authoris, cujuſmodi ſunt dona, quae Scholaſtici dixerunt entitate ſupernaturalia; ac in eam, quae contra primario & proxime tendit ad manifeſtationem gloriae Authoris ſuperni; ſecundario autem ac remote (ut plurimum) ad obtinendam ſalutem, cujuſmodi ſunt quae apud Scholaſticos audiunt ſupernaturalia quoad modum, ac ferme penitus miſſa vulgo fecerunt in commentariis.

27 Conſulto diximus *ut plurimum*, quippe miraculum perpetuum, quo daemones & animi reproborum igne materiali cruciantur, ad ſalutem tendere minime videtur, ſed omnino in teſtimonium irae vindicis ſuperni Judicis; quin immo & pleraque ejuſdem rationis fortaſſe occurrerint tot inter, tamquam diverſi generis miracula, myſteria, ſigna, portenta, quae ſuperna virtute ubivis patrata referuntur. Ad haec, ni fallimur, revocari generatim poſſunt cuncta rei ſupernaturalis capita, de quibus nobis in praeſentia ex inſtitutio agendum (s).

QUAE-

(r) In comment. de act. hum. l. 11. ubi de ſupernat. actuum d. 41. ſect. 1.

(s) Qui plures ab Authoribus excogitatas partitiones optes, adeas *Ripald.* de ente ſupernat. d. 1. ſect. 3. 4.

28 QUAESTIO IV. Quaenam rei ſupernaturalis ſublimitas aut eminentia comparate ad naturam? ADSERO. Eximia eſt; multis quippe titulis naturam excedit, quemadmodum Dogmatice nos condocet. Nimirum 1.° quoad exigentiam, quia nequit natura exigere quod eſt omnino gratuitum, ab Authore ſuperno pendens, ſibique indebitum, nulloque pacto proportionatum. 2.° quoad rationem agendi, quia natura ob inſufficientiam ſuarum virium ad eliciendam actionem quamlibet ſupernaturalem, auxilio ſuperno indiget. 3.° quoad meritum tum condignum propter inaequalitatem, tum congruum propter improportionem naturalis obſequii cum praemio ſupernaturali. 4.° quoad impetrationem, quia nihil naturale poteſt Deum movere ſecundum praeſentem rerum providentiam ut quidquam ſupernaturale operetur. (*t*) Haec autem omnia clarius elucent in donis internis ſupernaturalibus gratiae & gloriae, de quibus potiſſimum differuerunt Patres ac Theologi, relate ad vires naturae rationalis. Uberius quidem Adſerta haec dogmatica elucidabit ſolutio noſtra multiplex ad

OBJECTIONES.

29 Obj. *primo* contra 111. Adſ. Supernatnralitas ſaltem in homine juſto non excedit naturae vires quoad meritum condignum erga praemium ſupernum. Nam 1.° opera moraliter bona mere naturalia procedunt a ſuppoſito juſto per gratiam, a qua propterea condigna fiunt: quocirca ex multis Scripturis, CC. & PP. cuncta opera juſtorum moraliter bona ſunt condigne merentia. 2.° quaevis opera moraliter prava, etiam virtutibus moralibus oppoſita, re apſe indigna ſunt doni ſuperni: ergo e contrario bona digna ſunt. 3.° non minus potis eſt gratia juſtificans, quam auxilians; at haec reddit opera naturalia dono ſuperno digna: ergo & illa.

30 R. *N. Adſ.* (*u*) Quia enim ad quodvis boni ſuperni meritum gratia auxilians neceſſaria eſt. Ad 1. prob. *D. A.* procedunt a ſuppoſito juſto, ita ut ab hujus juſtitia vel gratia evadant illa opera dono ſuperno digna, *N.*, ita ut ab ejus juſtitia quantum ad dignitatem controverſam prorſus abſtrahant, & minime dependeant, *C.* Et vero Scripturae, CC. PP. loquuti ſunt de operibus, quae Dei auxilio ſuperno elicias, non natura ſola. Ad 2. *N. Con.* Quia minus ad ejuſmodi indignitatem requiritur. Quod ſi conſequentia fluat, etiam in peccatore, atque infideli actio naturaliter proba mereretur condigne gloriam, quia indigna eſt actio naturaliter prava: quo quid abſurdum magis?

31 Ad 3. *N. Ma.* de potentia indendi actionibus internis ſupernatura-

(*t*) Nobiſcum vulgo re ipſa ſunt TT, quoad propoſita Adſerta, eaque pluribus illuſtrant cum cit. *Rip.* dd. 5. 15. 16. 17. & *Munieſſa* in diſp. ſingulari de ente ſup. n. 104. ſqq. eademque nos fere cuncta *inferius* retractabimus ubi de neceſſitate gratiae auxiliantis, poſtquam plura innuimus *ſupra* in Tom. III. p. 201. ſq.

(*u*) Cum *CC. Araufic.* 11. can. 25. & *Mogunt.* cap. 8. *Auguſt.* l. de nat. & grat. c. 28. *Mag.* l. 2. diſt. 27. §. *Quum ergo. Thom.* ad Rom. 4. lect. 1. col. 2. aliiſque plurimis ap. & cum *Zumel.* 1. 2. q. 114. ar. 4. d. 1. concl. 1. *Suar.* de grat. t. 3. l. 2. c. 7. *Vaſq.* 1. 2. d. 219. c. 5. contra Cajetan. 1. 2. q. 109. ar. 9. & Sot. de nat. & grat. l. 3. c. 4.

turalitatem. Gratia quidem auxilians, utpote ad agendum deſtinata, conferre poteſt ſupernaturalitatem vel intrinſece, eliciendo actum ſuapte conditione per ſeſe pertinentem ad felicitatem naturae, vel extrinſece conſtituendo libertatem ad actum ejuſdem rationis cum eo, qui auxilio naturali comparatur. Et vero gratia juſtificans, quum nec principium agendi vitale ſit, nec conſtituat facultatem liberam agendi in actu primo circa opus naturale, idcirco pro effectu formali ſola gaudet condignitate actus interni, non autem ſupernaturalitate, ſeu bonitate morali. (*x*)

32 Obj. *ſecundo*. Res ſupernaturalis non excedit naturam ratione praeditam quoad meritum congruum proximum aut remotum, quod ineſſe poteſt actioni naturali erga donum ſupernum. Nam 1.° Matth. 25. 14. Chriſtus Dominus proponit, dona gratiae ſuperna *unicuique ſecundum propriam virtutem* ſubrogari, hoc eſt ſecundum opera naturalia virtutum moralium. 2.° hoc pacto poſſe initium ſalutis a nobis eſſe cenſuit Chryſoſt. (*y*) una cum aliis PP. graecis (*z*) nec non Scholaſtici veteres cum *Tho.* (*a*) 3.° in cujuſque poteſtate eſt adipiſci ſalutem; at non eſſet, ſi merito proprio naturali ſaltem congruo initium illud ſalutis adnexum non ſit. 4.° natura viribus ſuis ſubjectum praeparat ad introductionem animi rationalis, qui ab uno Deo inducci poteſt: ergo & animum praeparare poteſt ad gratiam, quam non niſi Deus valet infundere. 5.° Deus elargitus eſt ethnicis facultatem ſaltem remotam credendi fide ſuperna, ſine qua non eſt ſalus; at haec facultas nequit intelligi abſque poteſtate praevia nanciſcendi per actus naturales auxilia proxima, ad fidem ſupernam oppido neceſſaria: pariter ergo.

33 R. *N. Adſ.* Nullum quippe gratiae, pietatis, aut ſalutis initium merito cuipiam naturali adſcribi poteſt, ſed Deo ſuperne agenti: quod quidem ſaltem conſequitur ex effatis quibuſdam *Conciliorum* (*b*) & vulgo cenſetur univerſaliter fide ſancta definitum adverſum Semipelagianos Maſſileenſes, adjudicantes naturae meritum congruum erga donum ſupernum. Ad 1. prob: locus ille *Proſpero* ſic exponitur (*c*) *unicuique ſecundum propriam virtutem, hoc eſt ſecundum propriam & naturalem poſſibilitatem, non autem ſecundum proprium meritum, quia aliud eſt poſſe operari, aliud operari*.

34 Ad 2: fortaſſe PP. graeci de hoc argumento vocibus non admodum cautis differuerunt ante haereſim Pelagianam & Semipelagianam; et vero oppoſitum docuerunt conſtanter latini PP. cum *Auguſt.* (*d*) Quin & ipſis ſaepe alias conſentit idem *Chryſoſt.* (*e*) ſubinde objecta ejuſ-

(*x*) Conf. *Rip.* cit. d. 15. ſ. 5. a n. 32. itemque in hanc rem *inferius* retractanda l. 2. c. 1. §. 5.

(*y*) Hom. 27. in Geneſ. & alias.

(*z*) Eos recitarunt *Moli.* in concord. d. 42. & *Vazq.* in 1. p. d. 89. c. 3.

(*a*) In 1. diſt. 28. q. 1. a. 4. & ſaepius.

(*b*) Puta *Arauſ.* 11. can. 3. 4. 5. *Trident.* ſeſſ. 6. c. 5. *Mogunt.* cap. 7.

(*c*) L. 2. de vocat. gent. c. 8.

(*d*) De praedeſt. SS. c. 2. & ſaepius.

(*e*) E. c. hom. in Pſ. 118. hom. 25. in 7. Matt. cet.

ejuſdem homilia nonnullis ſuſpecta eſt. Noſtrates inſuper TT. aliquam duntaxat conditionem naturae adſcribunt, abſque ulla tamen exigentia, aut connexione cum dono ſuperno, quo plane Maſſilienſibus e diametro adverſantur.

35 Ad 3. *N. Mi.* Homini quidem facultas data eſt adipiſcendi ſalutem, non quomodocumque, ſed per auxilia, quae ex meritis Chriſti & ex lege elevationis ſupernae nunquam ei tempore opportuno non ſuppetunt. Ad 4. *N. Con.* Animus quippe rationalis eſt donum naturale, cujus exigentia non repugnat naturae, quemadmodum donum quodlibet ſupernum repugnat. Ad 5. *D. Ma.* facultatem remotam, conſtitutam ſolis naturae viribus, *N.* conſtitutam auxilio ſuperno, quod naturam praevenit, *C.* Et *N. Mi.* (*f*)

36 Obj. *tertio* contra IV. Adſ. Naturae preces Deum movere poſſunt, ut ab eo impetrent donum ſupernum. Nam 1.° quamvis naturae oratio nihil mereatur, poteſt tamen quidquam impetrare; quod conſtat ex orationibus coelitum pro nobis. Immo PP. a naturae precipus impetrationem ablegant, quod iſtam non diſcernant a merito: ergo dum diſcerni poſſit, ableganda non eſt; ſic enim nihil detrahitur rationi doni ſuperni, quod integrum, hoc eſt prorſus gratuitum tueri PP. contendunt: ad eum plane modum, quo in humanis preces pauperum ad divites effuſae rationi gratiae, ſeu miſericordiae gratuitae eleemoſynarum, quas illorum compulſi precibus, vel harum intuitu divites erogant, nihil detrahunt. 2.° ex adagio receptiſſimo, *facienti quod in ſe eſt, gratiam Deus non denegat*: ergo gratia ſolis naturae viribus impetrari poteſt, atque adeo quodvis aliud donum ſupernum.

37 R. *N. Adſ.* Quidquid urgeas, illud conſtat (*g*) conſtituiſſe Deum in hac providentiae lege, nullius intuitu actionis, quam auxilio ſuo divinitus non praeverterit, donum ſupernum cuiquam erogare. Quamobrem jure PP. actionem quamlibet merito vacuam ſi a gratia auxiliante independeat agnoſcunt: quo praeadſerto plane dotes ejus gratiae qualis puriores, ſublimioreſque propugnarent adverſum Semipelagianos. (*h*) Ad 2. *N. Con.* Id enim ſibi vult adagium, quod facienti quod in ſe eſt naturae viribus, ſummus naturae ac ſupernaturae Author vel ex lege ſibi praeſtituta, vel ex pacto inito cum Chriſto, vel ſua bonitate ac miſericordia motus, non autem ex merito ita facientis, hujus adnuit votis, quin gratiam neceſſariam ad ſalutem deneget. (*i*)

38 Hactenus de re ſupernaturali generatim ſumta. Nonnulla deinceps

(*f*) Rurſum recolendus *Rip.* cit. d. 17. ſ. 8. ſqq.

(*g*) Ex *C. Araus.* 11. can. 6.

(*h*) Conf. *Auguſt.* de dono perſev. l. 2. c. 23. *Proſper* in l. de ingrat. c. ult. *Suar.* de praedeſt. l. 2. c. 6. a n. 40. *Vazq.* 1. p. d. 91. c. 15. cum *Thom.* in art. proxime cit.

(*i*) Favent *Thom.* in 4. diſt. 20. q. unic. a. 1. q. 1. O. ac de verit. q. 14. a. 11. ad 1. *Can.* in relect. de ſacram. p. 2. §. *Ad rationem ultimo. Lorca* in 1. 2. d. 26. *Vega* in Trident. l. 3. c. 12. *Leſſ.* tr. de auxil. in adpend. ad c. 10. *Pennot.* de libert. l. 6. c. 13. ut mittam ex antiquioribus *Albert. M.* in diſt. 28. *Autiſſiodorenſ.* in ſumma l. 3. tract. 2. q. 5. &c.

ceps ex praecipuis ejuſdem ſacri ordinis ſupernaturalis capitibus ſigillatim exponenda adgredimur.

CAPUT SECUNDUM

de Myſteriis ſupernis.

39 QUAESTIO I. Quae Myſterii ſuperni notio & partitio? ANSERO 1. Vox *Myſterium* Μυστήριον, praetermiſſo ejus etymo mihi ſatis incerto (*k*) vulgo uſurpari conſuevit pro re occulta, obſcura, arcana, mortalium mentibus impervia, quod videre eſt ap. *Clem.* & *Euſeb.* proxime adlatos, *Chryſoſt.* (*l*) *Theodoret.* (*m*) Inde vero generatim *Myſterii ſuperni* nomine illa venit res occulta ſeu arcana ſacra, quae naturaliter rationi humanae incognita eſt, nec deprehendi poteſt abſque revelatione libera Dei; ſicut enim ejuſmodi Myſterium omnem naturae ordinem & exigentiam & facultatem ſuperat, ita & omnem cognitionem certam. Quo ſiquidem pacto fingere poſſis in mente creata facultatem illud cognoſcendi, quod principia quaelibet naturalia ſupereminet? Heinc Myſterium nonnullis jure *Acatalepſia* vocitatur, ſeu ἀκατάληπτων, *acatalepton*, hoc eſt (*n*) quod comprehendi non poteſt.

40 Quamvis autem eo nomine latius adcepto quidquid ad ordinem ſupernaturalem pertinet, donari valeat, quod variis exemplis heinc inde petitis confirmare liceret (*o*) ceterum apud Scriptores eccleſiaſticos myſteria dici conſueverunt veritates quaedam divinitus revelatae, quae ſublimiores juxta ac captu difficiliores menti humanae adparent, ut pura Ss. Trinitas, providentia Dei praedeſtinas & reprobans, libertas Dei, incarnatio Verbi, gratia efficax in homine libero, paſſio & mors Dei-hominis, maternitas Dei cum virginitate conjuncta; tum ſaepe aliae, quae ſingularem, frequentioremque erga Deum gratitudinem a nobis extorquere videntur, e. c. actiones omnes Chriſtum Dominum ſpectantes, prae primis Ss. Euchariſtia, quae antonomaſtice *Myſterium fidei* eſt; illae demum, quarum fides neceſſaria potiſſimum eſt ad ſalutem, & ſymbolis Apoſtolico, Nicaeno, Conſtantinopolitano, ac vulgo Athanaſiano continentur. Heinc

(*k*) De quo plura ap. *Clem. Alex.* in protrept. *Euſeb.* praep. ev. l. 2. § 3. *Voſſius* in etymolog. *Caſaubon.* l. 1. de ſatyra c. 2. *Suicer.* in theſ. eccleſ. art. μυστήριον.

(*l*) Hom. 7. in 1. Cor. & hom. 19. in epiſt ad Rom.

(*m*) In c. 11. ep. ad Rom.

(*n*) Ad ſenſum *Tullii* l. 4. academ. qq.

(*o*) Nimirum ex *ſacris literis*, e. c. ex *Dan.* 2. 28. *Matth.* 13. 11. & 1. *Cor.* 4. 1. *Epheſ.* 3. 4. & 6. 19. *Coloſſ.* 4. 3. & 1. *Timoth.* 3. 4. *Apoc.* 10. 7: tum ex *PP.* e. c. ex *Nyſſen.* hom. 4. in Cantic. & in vita Thaumaturgi, *Pſeudo-Dionyſ.* de coel. hier. c. 4. ſect. 4. *Cyril.* Alex. l. 3. contra Neſtor. & l. 16. de adorat. *Theodoret.* ac *Theophyact.* in epiſtol. ad Epheſ. 5. 31. *Chryſoſt* hom. 118. in Joan. *Iſidor.* Hiſpal. in Geneſ. § 31. ſub fin. *Damaſc.* l. 4. de f. orth. c. 14. In iis autem locis nuncupari videris *Myſterii* nomine quae in coelis peraguntur, & ſpiritalem Chriſti eum eccleſia conjunctionem per gratiam, & ea ſingula quae Deus revelat, & crucem, ſeu mortem Chriſti cruci ſuffixi, & praedicationem evangelicam, quae caritate interna operatur, & actiones Chriſti Domini, & omnia univerſim eccleſiae ſacramenta &c.

41 11. Varia conſtitui poteſt Myſterii ſuperni partitio. Primum videlicet partitur in Myſteria divinitus revelata in lege naturae, quae habes in toto libro *Geneſeos*, & in libro *Exodi* a cap. 1. aduſque 20. ac in reliquis V.T. bibliis; & in revelata in lege Evangelica, quae praeferunt biblia N.T. necnon alia documenta, quae ex divina traditione didicimus. Partitur deinde in myſteria divina, Deoque intrinſeca, ſita videlicet in illis Dei dotibus, quae omnem naturae ordinem, captum & exigentiam ſuperant, nobis mox dicta ſimpliciter *Myſteria* ſuperna; & in creata Deoque extrinſeca, quae nempe conſiſtunt in operatione temporaria, a Deo ceu authore ſuperno & praecipuo profluente. Haec autem ſubdividuntur in Myſteria quae primario & proxime, atque in alia quae ſecundario & remote feruntur ad oſtenſionem gloriae Conditoris ſupranaturae: in eum plane ſenſum, quo de ſimili rei ſupernae ſubdiviſione nuper diſſeruimus p. 69. Myſterium quippe ac res ſuperna, me judice, convertuntur, nec aliud quidem rei ſupernae Myſterium ſuperaddit, quam quod haec ſit quid arcanum, vel abſconditum & creaturae cujuſpiam captui naturaliter impervium. Haec quidem Myſteria ſibi ex inſtituto elucidanda adſumit Theologia ſacra. (§)

QUAE-

OBSERVATIO.

(§) NEeque vero putaverit quiſpiam, huc nos in obſequium magni dogmatis de Myſteriis ſupernis obtrudendam moliri CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS ex myſteriis vulgatiſſimis Paganae gentis petitam. Complura quidem myſteria apud Ethnicos inſtituta ſunt, cum majora, tum minora dicta, & ipſa variis ſacra diis, ſemidiis & heroibus, ut puta Jovi, Herculi, Minervae, bonae Deae, Junoni, Apollini, Proſerpinae, aliis; ac prae ceteris celebratiſſima Eleuſinia, nuncupata per excellentiam ſimpliciter *Myſteria*, ſacra nempe Cereri, ac Eleuſinae (quae oppidum eſt maritimum Atticae, inter Megaram ſeu Nyſſaeam urbem & Piraeum portum Athenienſium) vel ab eadem Cerere inſtituta, vel ab aliis a Cerere edoctis, inter quos recenſentur (ap. *Clem.* Alex. in protrept. & *Arnob.* contra gent. l. 5.) Triptolemus bubulcus, Eumolpus opilio, Eubulcus ſubulcus; eſto alias ap. *Diodor. Siculum* bibl. hiſt. l. 5. §. 69. p. m. 385. ex edit. noviſſ. *Petri VVeſſelingii* 1746. non inſtitutor dicatur myſteriorum Triptolemus, ſed cui „ ſemina frugum „ tradiderit *Ceres*, cum mandatis ut donum „ hoc cum univerſis hominibus communicaret, & elaborationem illius doceret.„

Plura de iis myſteriis *Tertull.* adv. gent. c. 7. & adv. Valentin. c. 1. *Euſeb.* praep. l. 3. §. 12. & alias, *Lucian.* de dea Syria; *Thucidides* l. 2. *Pauſanias* in Phocicis, *Herodot.* l. 8. *Euripid.* in Hippolyto, *Ariſtid.* in Eleuſinia, *Iſocrates* in panegyr. quos una cum aliis erudite defloravit *Jo. Meurſius* in l. ſing. de Eleuſiniis, & *Jac. Gothofred.* exercit. 2. quae eſt de incarnat. Chriſti.

Quid tum vero? Sacra illa, immo & eadem Eleuſinia toto terrarum orbe laudatiſſima nihil aliud erant, quam feſta quaedam & ludi, quos in honorem deorum ſub certis ritibus a ſuperſtitione ſuggeſtis peragebant. Nec inſuper haec ideo myſteria vocitabant, quod ſupra rationis captum haberentur, ſed quoniam obtecta erant ac perſonata typis, figuris, ritibuſque ſecretis, ſive, ut verbis *Tullii* utar in Verr. 5. *maximis atque occultiſſimis ceremoniis*, quo plane major in ea populi opinio, reverentia & admiratio excitarentur. Quocirca, ſi credas *Diodoro Sic.* cit. l. 5. §. 49. p. 370 „ quae ſingulatim in arcanis hujus ſacri peraguntur, initiatis tantum „ noſſe conceſſum eſt „ additque ex multis teſtibus *Meurſ.* c. 20. „ quod ſi quis haec divulgaſſet, ei mortem lex ſtatuebat.„

Eadem denique ferme de cauſſa Myſteria univerſim noctu peragebant profani homines, quae propterea *opertanea ſacra* nuncupavit *Plin.* hiſt. nat. l. 10. c. 56. quoniam ex *Eurip.* in Bacch. „ noctu plerumque tenebrae „ ha-

42 QUAESTIO II. Anne Myſteria ejuſmodi coelitus revelata ſunt materia, in qua verſatur Religio certo vera? ADFIRMO. Vera quippe Religio Myſteria haec perpetuo cultu profitetur, atque cernuo ſuſpicit obſequio; haec alumnos ſuos credenda docet, ac celebranda ſuggerit. Haec porro Theologiae omnes Religionis noſtrae ex inſtituto reſpiciunt; ut puta e. c. Biblica interpretatur, Dogmatica confirmat, Polemica tuetur ab hoſtibus, Scholaſtica elucidat, Popularis ſermone familiari ad populum exponit, Liturgica feſtis, votis, ritibus concelebrat &c. Haec igitur myſteria negotiis verae religionis ſacram praeſtant materiam & ſcopum digniſſimum; nec alio quidem ſenſu, quam quo eadem in Schola vulgo dicuntur objectum materiale proximum fidei (*p*) quid enim aliud eſt materia fidei, ac materia Religionis fide credentis?

„ habent reverentiam „ & ex *Syneſ.* l. de provid. „ ignoratio myſteriorum eſt illorum veneratio, propterea noctu creduntur „ myſteria. „

Sed & aliam *Auguſtin.* in qq. V. & N. T. actioni huic nocturnae cauſſam ſapienter adpingit in haec verba „ quamobrem pagani „ myſteria ſua in tenebris celebrant, vel in „ eo prudentes: erubeſcunt enim palam illudi, piacula enim, quae illis vice legis „ aguntur, nolunt manifeſtare, ne qui „ prudentes ſe dicunt, hebetes his videantur, quos ſtultos judicant. „

Haec quippe didiciſſe potuit Auguſt. ex *Theodoreto*, ſic differente de confeſſibus ea myſteria celebrantibus, ubi de cur. graec. adfect. ſerm. 7. „ in iis autem conventiculis omne flagitiorum genus intrepide patrabatur: initia enim Cereris & Liberi „ patris orgia horum ſcelerum involucra „ praetendebant, Eleuſis quidem pectinem, „ veretrum autem Phallagogia.„ Rurſumque *Tertull.* proxime cit. audiiſſe potuit, haec ſcribentem „ nam & illa Eleuſinia, „ haereſis & ipſa Atticae ſuperſtitionis quod „ tacent pudor eſt. „

Jam vero quis niſi inſipientiſſime cogitare auſit, id genus ſacra, eo tantum nomine dicta myſteria, quod ſcelera nefandiſſima honeſtis oculis abſconderint, vel aenigma, vel leviſſimam quidem umbram praeteruliſſe Myſteriorum ſupernorum?

Quin immo nec *Gothofredo* laudato adſentior, nuncupanti myſterium incarnationis Dominicae *magnum myſterium*, adluſione facta, ut ait, ad myſteria Eleuſinia majora, quae ſimpliciter *magna*, *μεγάλαι νύκτες* dicta ſunt. Quid enim hac opus ſit adluſione in myſteria putidiſſima, ubi confirmandae magnitudini quantum ad epitheta myſterio ſacratiſſimo conſona, argumenta alias propemodum innumera ſuppetunt?

Porro ſi *Buddeum* audias in theol. l. 1. c. 1. §. 24. in nota p. m. 23. ſq, apud Ethnicos pleraque religionis revelatae, ſeu, quod in idem recidit, rei ſupernaturalis rudera & veſtigia deprehendere licet. Id quod ſuſtineri poſſe nititur authoritate *Pfanneri* in ſyſtem. theologiae gentilis purioris, *Mornaei* de verit. relig. chr. c. 27. (26.) *Grot.* de verit. chr. rel. l. 1. (§. 16.) *Ger. Jo. Voſſ.* de Idol. orig. & progr. l. 1. c. 29. 30. *Huet.* dem. ev. prop. 4. c. 3. p. 99. ſqq. *Vitring.* ſacr. obſerv. l. 3. c. 12.

Enim vero ſi per *τὰ rudera & veſtigia* intelligat Buddeus effata, geſta, ſenſa, dogmata, iis quae alias loquutione ſuperna revelata ſunt, conſona, vel ſaltem nequaquam diſſona, ei lubenter conſenſerimus; id quippe ipſum & nos perfrequenti oratione urgemus ubi CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS palam facimus; idemque pariter intendere videntur praecitati Authores a nobis collati, uno excepto Pfannero, quem ad manus habere non licuit.

Quod ſi ulterius Author ille pertendat, ea myſteriorum ſupernaturalium rudera & veſtigia obtinuiſſe apud Ethnicos, quae notionem rei cujuſpiam ſupernaturalis Ethnicis exploratam adumbraſſent, plane is fallitur, quum ejuſmodi notio, ſecluſa revelatione Dei libera, omnem naturae captum praetervolet. Nec veſtigium quidem adferti, huic noſtro adverſantis reperire eſt apud Scriptores praelaudatos.

(*p*) Ex dicendis *infra* Tom. VI. ubi de objecto materiali fidei, cum *Suar.* in tr. de fide d. 2. ſ. 2.

43 QUAESTIO III. Quonam pacto Myſteria haec credibilia ſint, atque credenda? ADSERO. Sunt prudenter, & quidem metaphyſice evidenter credibilia & credenda, perputua vi & energia ſignorum aut notarum religionis revelatae (*q*) Principio enim ea ſigna ſedulo perſpecta movere poſſunt ac debent virum prudentem ad credendum veritatem myſteriorum: unde ex *Pſal 92. teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis*: prudenter itaque myſteria haec credibilia ſunt atque credenda.

44 Deinde ad evidentiam liquet, poſſe evidenter credi id, pro quo evidens eſt urgere ſigna, quae movere prudentem poſſint ad credendum; at enim evidens eſt pro myſteriis ſupernis ea ſigna propemodum innumera urgere: ergo myſteria haec ſunt evidenter credibilia. Inſuper evidens eſt teneri nos Deo credere quum ſine temeritate nefas eſt negare eum quidpiam loquutum eſſe; at ſine temeritate nefas eſt negare Deum eſſe loquutum myſteria ſuperna, quae ſacro codice continentur (ex ſtatim differendis) ſunt igitur haec evidenter credenda, ſeu, quod eodem recidit, evidens eſt debere credi.

45 Poſtremo metaphyſice evidens eſt conſtare morali certitudine, quod haec myſteria revelata ſint a Deo ut credantur: ergo metaphyſice eſt evidens poſſe ac debere prudenter credi. Et en tibi judicium de credibilitate myſteriorum, quod vocant ſpeculativum, utpote ſoli propoſitioni de ſignis credibilitatis innixum, ſubindeque prorſus naturale; quippe ad illud ſatis eſt generalis Dei concurſus; nec eſt alioqui cur ſupernum adſeratur. Et vero praefata evidentia debet eſſe reſpectiva, ut ajunt, aut ſecundum idoneam judicantis capacitatem, quatenus hic, quicumque ille ſit, de oppoſito prudenter dubitare nequit, non autem abſoluta & perfecta in ſingulis quibuſque. Nullus quippe ſanae mentis exſiſtimaverit, ita Chriſtum inſtituiſſe religionem, ut potiorem in rudibus adparentiam requireret, ac quae naturaliter iis comparari poteſt. (*r*)

OBJECTIONES.

46 Obj. *primo*. Myſteria ſuperna non ſunt evidenter credibilia. Nam ſi talia ſint, 1.° ſunt pariter evidenter poſſibilia & vera: quoniam ſi eſſent evidenter impoſſibilia, eſſent quoque evidenter incredibilia: ergo & e converſo, ſecundum vetus axioma dialecticum, *ab oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis valet illatio*. Id tamen falſum eſt; quippe poſſibilitas & veritas Myſterii, e. c. Trinitatis non eſt evidens. 2.° metaphyſice evidens eſſet, illa eſſe credibilia fide ſuperna; atqui hoc ipſo ſunt metaphyſice evidenter vera, quum ſit evidens metaphyſice, eam fidem eſſe meraphyſice connexam cum veritate: ergo. 3.° nemo poſſet eis diſſentire; at haeretici diſſentiunt. 4.° actus

(*q*) Vulgatiſſima opinio haec eſt apud TT. cum veteres, tum juniores ubi de fide ſuperna diſſerunt, cum *Cajet. Suar. Vazq. Con. Juen. Delug. Berti, Moſch. Oſapodi*,

(*r*) Conf. *Suar.* de fide d. 4. s. 3. ſqq. *Delu.* de fid. d. 5. n. 3. ſqq. *Viv.* de fide par. 4. d. 3. q. 1. ar. 3. *Juen.* de fid. par. 7. diſſ. 4. c. 3. ar. 2.

actus fidei circa ea myſteria merito vacuus eſt, quoniam rapitur & cogitur moraliter mens ad adſenſum objecti ſibi moraliter evidenter propoſiti.

47 *R. N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Adſ.* quippe veritas, quae deſumitur ex intrinſeca connexione inter ſubjectum & praedicatum reperta, rei convenit prout eſt in ſe; credibilitas vero, quae petitur a teſtimonio dicentis, aliiſque motivis extrinſecis competit rei prout ſubeſt iis adjunctis, ſuadentibus rem ita ſe habere, tumque poſſe ac debere credi ſicuti dicitur. Heinc poſſunt etiam impoſſibilia fieri credibilia, ſi nempe adpareant ſub adjunctis, quae prudentem adſenſum extorqueant, quod quidem aperte liquet in ruſtico decepto a Parocho circa quaternitatem Perſonarum in Deo.

48 Ad hujus prob. *C. A.* Et *N. Con.* Quia enim evidentia impoſſibilitatis rei eodem evidentiae gradu oſtendit, rem illi non poſſe adparere evidenter credibilem, cui impoſſibilitas rei evidens eſt; evidentia vero credibilitatis rei ſolum oſtendit evidenter, rem ita adparere, ut poſſit prudenter credi, quin eodem evidentiae gradu oſtendat rem eſſe poſſibilem aut veram, ſeu ita ſe habere quemadmodum adparet. Quocirca evidens rei impoſſibilitas connectitur evidenter cum ejus incredibilitate; non autem evidens credibilitas cum ejus poſſibilitate aut veritate. Adlatum axioma intelligendum eſt de oppoſito contradictorio, non autem de oppoſito contrario; quatenus nempe concludit argumentum ad propoſitionem negantem, non item ad adfirmantem.

49 Ad 2. *D. Ma.* fide in eſiſtimatione ſuperna tali, *C.*, re ipſa tali, *N. Ma.* & *Mi.* ſub eo ſenſu. Si re ipſa exſiſtat Dei teſtimonium de myſterio, hoc certitudine fidei certum eſt, at quum ejuſdem exſiſtentia nec phyſice, nec metaphyſice evidens ſit, nec evidens nobis eſſe poteſt, fidem noſtram re ſupernam eſſe. Ad 3: nemo unus ſignis credibilitatis probe captis diſſentiri prudenter poteſt, haeretici vero imprudentiſſime diſſentiuntur, vel potius diſſentiri confingunt exterius, ne terrenis, quibus inhiant commodis valedicere cogantur.

50 Ad 4. *N. Adſ.* Ad prob: moralis evidentia, quum nonnihil obſcuritatis admittat, non ita mentem premit, ut nequeat ex imperio voluntatis in obſequium fidei captivari; eo praeſertim quod ſub ea evidentia ſolum adigitur mens ad adſenſum innixum ſignis credibilitatis ceu objecto formali, non autem ad adſenſum fidei propter teſtimonium Dei. Neque vero evidentia moralis impedit quominus contra militet ratio aliqua, eſto leviſſima, qua mens temere diſſentiri valeat: quod liquet in judicio temerario. Quid? quod maxima moralis neceſſitas ad adſenſum ſtat quam optime cum phyſica ad diſſenſum libertate, non ſecus ac moralis neceſſitas conſentiendi a gratia auxiliante ſuborta cum phyſica diſſentiendi. (s)

51 Obj. *ſecundo*. Judicium illud credulitatis ſupernaturale eſt. Nam

1.° C.

(s) Conf. cit. *Del.* a n. 25. *Platel.* de fide a n. 51. *Arria*, de fide d. 5. a n. 27. *Munies.* de fi. d. 6. ſ. 1. *Juen.* cit. *Gottus* de fide tr. 9. q. 1. dub. 8. § 1.

1.° C. Milev. definit (*t*) *donum Dei esse scire quid facere debeamus*: cui consonat *Aug.* inquiens (*u*) *nullus enim credit, nisi prius cogitet esse credendum, & hoc vult Apostolus 2. Cor. 3. non esse ex nobis, sed ex gratia*; tum idem (*x*) fert, *Deum dare cordi humano cogitationes pias, per quas habeat fidem*. 2.° ejusmodi judicium a virtute superna fidei elicitur, quum adferat mysteria esse credibilia fide superna: ergo superna est, docente Thoma (*y*) quod *lumen fidei facit videre ea quae creduntur*, item (*z*) quod *ea quae sunt fidei, fideles per lumen fidei vident esse credenda*.

52 *R. N. Adf.* Ad 1. prob. Conc. & Aug. ut summum intelligi possunt de judicio regulante proxime piam adfectionem supernam, ad actum fidei praerequisitam. (*a*) Ad 2. *N. A.* Ad prob. adj. *D.* quum adferat explicate, *N.*, tacite, *Esto*. Neque vero ex respectu ad terminum supernum habito adcedit actui supernaturalitas. Et *N. Con.* Thom. adductus per lumen fidei fortasse heic, ut alias, intelligit auxilium transiens, quod dirigit actum fidei. (*b*)

Adcedant iis illustrando sacratissimo dogmati Monimenta e penu Antiquitatis depromta.

(*t*) Can. 4.
(*u*) L. 2. contra duas epist. Pelag. c. 8.
(*x*) De dono perlev. c. 8.
(*y*) P. 2. 2. q. 1. a. 4. ad 3.
(*z*) *Ibid.* a. 5. ad 1.
(*a*) Ex dicendis *inferius* Tom. VI. ubi de fide.
(*b*) Adeundus *Suar.* de fide d. 6. f. 8. a. n 3. tum citt. *Platel.* n. 41. ac *Del.* n. 49. sqq.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Mysteriis supernis.

CLASSIS II. Ex iis Mysteriis, quae sane ingenti numero complurima, fide duce, innotuerunt nobis, selectiora quaedam praelibamus, monumentis. id genus & hoc loci, & fusius deinceps tempore illustranda. Neque vero praetereundum, permulta, quae opportunam heic sedem occupare possent, similem *superius* illustrationem sortita esse. Ut puta e. c. *Mysterium Ss. Triados* ad Tom. II. a p. 372. & a p. 425. & a p. 494. *Mysterium quod peccatum Originis involvit* ad Tom. III. p. 475 sqq. *Mysterium Dei finis superni hominis* &c. Iis itaque missis, ad alia pauciis procedit oratio.

PRO DIVINITATE JESU CHRISTI.
E RE MARTYROLOGICA.

1 *Deum omnipotentem* (*) *... quem cognovimus per* Verbum ejus Jesum Christum.

(*) colo

S. Pionius M. uti *supra* Adp. p. 1x.

2 *Dominum autem* Jesum Christum *altissimum* Dei Filium *pro caritate restaurationis humanae*

vere

vere quidem hominem fuisse mortalem... vultu constanti ac liberae vocis plena auctoritate protestatur.

S. VICTOR M. Praefectos in examine fidei suae adloquens, Massiliae. (ex *Act.* Sancti, de quibus in Adp. p. XXXII.)

3 *Dion ad Maximilianum, milita & adcipe signaculum. Respondit, non adcipio signaculum: jam habeo signum* Christi Dei *mei... Non adcipio signaculum seculi, & si signaveris rumpo illud, quia nihil valeo* (*) *Ego Christianus sum, non licet mihi plumbum collo portare post signum salutare Domini mei* Jesu Christi filii Dei *vivi.*

(*) Alias *valet*

S. MAXIMILIANUS M. annorum 21. Adolescens, Dionem Proconsulem adloquens, Thebestae in Numidia, an. 295. Tusco & Anulino Coss. (ex *Act.* Sancti, quae Bolland. e codd. mss. sinceriſſima produxerunt ad d. 12. Mart. Sancto sacrum, & castigatiora, ut idem inquit, ex alio ms. vulgavit Ruin. p. 309. n. 2.)

Porro si Mabillonium audias in Acta Sancti, quae idem pariter inseruit Adpendici tomi IV. veterum suorum Analectorum, apud veteres Romanorum militias „ puncta & *σήματα* in manibus, inscriptio nominis Imperatoris, praeterea monile plumbeum thesseras „ erant militis adscripti „. Si Ruinartium itidem in sua Actorum editione ad notam *e.* „ Veteranorum (*qualis erat Fabius Maximiliani pater*) filii ad militiam cogebantur.

Jam vero Maximilianus, eo utique duntaxat titulo, *quod indevoto animo sacramentum militiae recusaverit* (sic enim ferebat Dionis decretum, quod ex tabella recitatum est, ex *Act.* n. 3.) capite plexus, anne inter Martyres jure numerandus? Sancto quidem Imperatoris ethnici militiae nomen dare abnuenti haec adposite reposuit Dion „ in sacro comitatu dominorum nostrorum Diocletiani & Maximiani, Constantii & Maximi milites Christiani sunt & militant „ Quin etiam complurima id genus exempla ei objici potuissent, ut puta de ejus patre Fabio, de Marcello M. Tingitano, de Taracho, de Legione integra Martyrum Thebaeorum, de aliis propemodum innumeris. Nec itaque inhonestum ipsi Christiano erat sub pagano Principe militare, nec ob ullius virtutis christianae defensionem Dionis capitalem sententiam tulit.

Nihilo tamen secius varia quidem Martyrologia cum edita, tum mss. quae Bollandiani citt. laudarunt, itemque plerique eorundem Inter-

terpretes illum inter Martyres concelebrant. Morti quippe sponte sua oblatus est; quoniam ob amorem christianae innocentiae, dictante interius & urgente conscientia propria, ad quam unice tum animum intendebat, arbitratus est, se salva Christi fide, cui nomen dederat, ejusmodi alias militare non posse. De aliis martyriorum generibus post. modum, Deo auspice, disputabimus ubi de Martyrio.

4 *Deus ... spiritum meum ab hac hodie vita discedentem suscipe & concede ut apud te &* Unigenitum filium tuum *Dominum nostrum* Jesum Christum *gratiam inveniat.*

S. ANTIPAS Episc. Pergami in Asia M. Deum Patrem orans quum igne torreretur morti proximus, coram Praefecto urbis, Pergami an. 92. (ex *Act.* Sancti, quae post Metaphr. Lipom. Sur. Bollandiani ex mss. graeco Veneto, collato cum mss. graeco Vaticano vulgarunt ad d. 11. Apr. Sancto sacrum, p. 5. n. 5. quos consule sis pro authentia Actor. in adpar. praevio n. 2.)

Quid autem dogmati confirmando cohortem testium propemodum innumerabilem exigas? Dabimus quidem tempore. Modo tamen satis esto paucos in memoriam revocare, quorum testimonia de sacro. sancto dogmate superius, quasi aliud cogitando, in cit. Adpend. tradidimus. Testes nimirum sunt THEBAEI Milites, MARCELLUS Centurio, VINCENTIUS Levita, THEODORA Virgo praeclara ad pag. XXV. laudati, DIDYMUS & JULITTA ad p. XXVI. EMPODIUS ad p. XXVII. FAUSTUS ad p. XXIX. PIONIUS demum ad p. XXXI.

E RE LAPIDARIA.

5

D M ☧ S

VITALIS DEPOSITA DIAE SABATY K AVG

Q. VIXIT ANNIS XX MES III FECIT CVM MARIT ANNIS X DIES XXX

Romae olim in Musco Victorio, ut supra in Tom. IV. pag. 28. sqq. n. 17.

Ibidem argumento satis efficaci, nimiumque verisimili adducti, priores, quas Marmor sub initium praefert siglas hunc in modum interpretati sumus,

DEO . MAGNO . CHRISTO . SACRVM

Quo quidem Marmoris literati Author, Vitalis eo subclusae nomine Christum Dominum professus est Deum.

Quod

Quod autem aetas Marmoris antiquiſſima tempora ſibi vendicet, res ipſa loquitur : videlicet illa ortographiae, atque grammaticae in ſcriptione barbaries, quam in Marmoribus veteſtiſſimis paſſim animadvertimus ; ſtilus itidem, quo Titulus concinnatus eſt ; ſigla Ϙ pro numero ſexto ; formula FECIT CVM MARITO, hoc eſt *vitam duxit* ; ſacroſancta ſymbola ☧ A ; nec non Chriſti monogramma ſub figura ☧, quae quidem omnia a primis jam inde ſeculis in Epigrammatis ſepulcralibus vulgo uſitata videris apud *Gruter. Lipſ. Fabret. Boldet.* ceteroſque Lapidum chriſtianorum Collectores.

6 ERENEA VI
BAS IN DEO A ☧ ☧

Remae ut ſupra ad Tom. III. p. 24. n. 17.

Poſtremam Tituli partem ſic interpretor, IN DEO CHRISTO. Et, me judice, jure quidem optimo. Quoniam uti in eodem Tomo ad p. 19. praemonuimus „ fere apud omnes convenit, priſcos fideles ea „ conjunctione ſiglarum & Crucis, aut Monogrammatis Chriſti Do„ mini intendiſſe exprimere aut profiteri Chriſti Divinitatem, aut „ praecipua Chriſti, qua Deus eſt, adtributa. „

Recole locum citatum ; & ſubinde dogmati noſtro comprobando huc revoca quoſcumque Lapides ea ſacra conjunctione inſignitos, hucuſque nobis expoſitos. E. c. ad Tom. II. p. 24. n. 29. & 375. n. 6., ad Tom. III. p. 18. n. 4. ſqq., ad Tom. IV. p. 22. n. 4. ſqq.

7 IVBENTE DEO CHRISTO NOSTRO
S. MARTYRI VICTORINO QVODVVLT
DEVS DE SVO FECIT

Ad ſepulcrum S. Victorini ap. Baron. in Martyr. Rom. ad d. 15. Apr. exſcriptum Reineſio claſſe 20. n. 411. quem dein exſcripſit Fabret. claſſe 8. n. 165.

Martyrium paſſus eſt S. Victorinus Imperante Trajano, cum Marone & Eutychete, quorum Acta ſapientibus probata referunt *Surius* & *Bollandiani Hagiographi* ad d. 12. Maii. Non autem propterea aetatem Trajani ſpectat Lapis hic, quum votivus ille ſit, non autem ſepulcralis. At eum tamen ſatis antiquum dixerim. Fortaſſe ad ultimam periodum Seculi IV. vel ad priorem Seculi V., quum nomen *Quodvult Deus*, atque huic ſimilia obtinerent, pertinet. Dixiſſet Baronius optarem ubinam aetate ſua exſtaret una cum Lapide Victorini ſepulcrum.

Jam vero habes heic praeter Divinitatem Chriſti, probatam quoque religionem erga Sanctos, Chriſti ſervos, votaque eiſdem dicata Sanctis. Anne etiam Revelationem Quodvultdeo divinitus factam, ex τὸ IUBENTE DEO CHRISTO NOSTRO? Cetera in Tom. VII. ubi de hoc argumento, ſi faveant Superi, longe fuſior erit ſermo.

E RE LITURGICA.

8 *Vere dignum ... hic (*) princeps fidei confitendae; ille (**) intelligendae clarus adſertor : hic Chri-*

ſtum Filium Dei vivi pronuntiavit divinitus inſpiratus; ille hunc eundem Verbum, Sapientiam Dei atque Virtutem, vas factus electionis adſtruxit . . .

(*) Petrus (**) Paullus

Ex Sacramentar. vulgo Leoniano in Praefat. Miſſae ad S. Paullum num. xxvi. (ap. *Murat.* de Miſſa Rom. vet. t. 1. col. 344.)

Quid quaeſo pro re noſtra magis perſpicuum & praeclarum! Et haec quidem non modo popularis, verum etiam eccleſiaſtica Traditio populi Dei in ſupernam Chriſti Domini Divinitatem; quam porro qui e grege Deiſtarum non audiat ac revereatur, inſanus atque impius ſit oportet. Neque vero alias obſcurius Ordo eccleſiaſticus in officiis liturgicis loquutus eſt, quod ex iis, quae tempore ſubnectemus, plane liquet. Alterum heic addimus.

9 *Vere dignum. In hac die, qua Jeſus Chriſtus Filius tuus, Dominus noſter, divini conſummato fine myſterii, diſpoſitionis antiquae munus explicuit* (*) . . . .

(*) Alias *explevit*

Ex eodem Sacrament. in precibus in Ascensa Dominus, *hoc eſt in feſto Adſcenſionis*, num. vi. (ap. cit. *Murat.* col. 315.)

Dat praenobile fragmentum, praeter Divinitatem Jeſu Chriſti, eum adſerens Dei filium, ejus divinum Redemtionis myſterium, & mirabilem in coelos Adſcenſionem, feſto ſollemniſſimo conſecratam.

Quod autem feſtum hunc diem anniverſarium ſingillatim ſpectat, vel ab inſtitutione apoſtolica ortum ducere vulgo creditur, vel ſaltem inter quatuor omnium antiquiſſima feſta, quae ubivis jam a primis temporibus celebravit Eccleſia, recenſetur, *Auguſt.* authore ep. 54. alias 118. c. 1. Eum ap. *Pſeudo-Clem.* conſtit. apoſt. l. 8. c. 3. ſervis praeſcriptum videris in haec verba, *die Adſcenſionis*, ἀναλήψεως, *vacent ſervi, quod tunc fuerit impoſitus finis oeconomiae Chriſti*; quo deinceps nomine feſtum ipſum donarunt Graeci ap. *Allat.* de Dominic. Graecor. c. 28. p. 1460. quamadmodum & Cappadoces ἑπτήκοντα, hoc eſt *diem ſalutis* jure optimo nuncuparunt ex *Nyſſeno* hom. 3. de Reſurrect. Celebrari autem conſuevit feria quinta, quadrageſimo poſt Reſurrectionem die, quo reipſa Dominus in coelos penetravit ex *Act.* 1. 3., quidquid contra opinatus videatur *Chryſoſt.* hom. 3. in Act. Apoſt.

Sed & eadem Adſcenſio, quae feſti ſcopus eſt, Adſcendentis Chriſti Divinitatem haud obſcure praeſefert. Inde ſiquidem Dominus Adſcenſionem & congruentem & neceſſariam eſſe perſuaſit Diſcipulis, quod non niſi ea intercedente Spiritum ſanctum ad eos eſſet miſſurus, ſic nempe effatus ex *Joan.* 17. 7. *expedit vobis ut ego vadam; ſi enim*

enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos, ſi autem abiero, mittam eum ad vos. Ecquis autem, quum Deus non ſit, mittere Deum poſſit? Hunc itaque hominem ad coelos ob oculos progredientem, Hominem Deum interius fatearis oportet. De hoc feſto percelebri plura *Thomaſſin.* tr. de feſt. eccl. l. 2. c. 17. a §. 6. & *Baillet* de vit. SS. & feſtis annuis t. 4. ubi de feſto Adſcenſ. §. 2. a col. m. 106. edit. Paris. 1703.

E RE DIPLOMATICA.

10 *Rex Anglorum Athelberius miſericordia omnipotentis Dei catholicus, omnibus ſuae gentis fidelibus, & adventum gloriae magni Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti...*

ATHELBERTUS Anglorum Rex ad an. 603. ut *ſupra* (ad Tom. II. p. 96. n. 5.) Recole interea, ſi lubet, quae ibidem in iſtud Placitum obſervavimus.

11 *... Et coram omnipotentem Dominum Deum & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum... aeternam poſſideant bonitatem.*

STEPHANUS P. II. vel III. ad an. circ. 754. in Reſcripto, quo Fulrado Abbati uſum Dalmaticae concedit (ap. *Mabillon.* de re dipl. edit. I. p. 491. e Codice Thuaneo num. 780.)

E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS.

12

Romae in Muſeo Kircheriano.

Scalpta ſunt chriſtiana haec ſymbola in marmore ex tumulis veterum chriſtianorum ſublato. Vides heic inter cetera, quae obſervare nihil adtinet, Monogramma Chriſti ſacris ſymbolis interjectum ſingulari quodam modo, quem in documentis id genus raro animadverteris, nempe in formam crucis. Anne ejus Author hoc novo emblemate deſignare intenderit Divinitatem Chriſti crucifixi? De hoc argumento plura ad Tom. VII. ubi de Monogrammate ☧. Interea, ſi placet, conſulas *Vitryum* diſſ. in tumulum T. Fl. Clementis, ubi & de Monogrammate Chriſti ſuo, quem illuſtrat, Lapidi adjecto perdocte diſputat; tum *Gorium* in ſymbol. lit. t. 3. c. 7.

13

Florentiae olim in Muſeo Gorio, id teſtante eodem Gorio in ſymbol. literar. t. 3. p. 135. & in Diptych. t. 3. p. 137.

Clypeum hunc ex aere vetuſtiſſimum, aeri inciſum primus omnium heic edidit Clariſſ. *Gorius*, ſi eidem fides. De monumento, quod picturis vaſculorum vitreorum coaevum exſiſtimat, ſic idem Author differit in symbol. p. 136. „ Illud obſervatione dignum, quod „ clypeus ille in ſublime erectus & adfixus, quoddam, ut ita dicam, „ oſtenſorium in modum coronae, columellae impoſitum referre vi„ detur, pendentibus heinc inde lemniſcis. Circa imam partem ad„ ſurgit anſula, e qua catenulas iunexas crediderim, quibus ſuſpen-

„ di

„ di poſſet in ſacrorum coemeteriorum uſum cum Lucerna.„ Scite „ quidem, conſentimus & nos. Ulterius vero ſub praeclaris hiſce symbolis Divinitatem Chriſti ex more veterum chriſtianorum expreſſam colimus & adverſum Deiſtas elata voce praedicamus.

14

Nolae olim in Baſilica vetuſtiſſima S. Felicis ap. Jo. Steph. Remondinum in hiſt. eccleſ. nolana t. 1. l. 2. c. 10. p. 411. & primum ante p. 351.

Haec illa celebratiſſima Crux eſt, ſymbolis pretioque inſignis, colore purpurea, auro plena, gemmiſque incruſtatis elegantiſſime rutilans; fabreſacta nimirum ſtudio, juſſuque S. Paullini primi Nolae Epiſcopi, ſanctimonia, doctrina, & ſacra poëſi praeſtantiſſimi. Eo quo Monogramma Chriſti redimitur, diademate inter ſacra symbola, videtur mihi pientiſſimus Praeſul quodam veluti ſigno triumphali extollere & coronare voluiſſe quod ſummum in Chriſto eſt, nempe Divinitatem; id quod & alias manifeſtius denotarat, procurans videlicet in duobus columnarum arcubus ad Baſilicam S. Felicis in Pincis coronas exſtrui, quae Monogramma una cum eiſdem symbolis eleganter circumcingerent. Eas pariter deſcripſit cit. *Remondin.* in conſpectu Baſilicae S Felicis in Pincis in coemeterio Nolano, fig. IV. ante p. 351. ipſum conſule ſis.

Iis adde *Chriſti Domini Iconem* Hieroſolymitanam cum adjecta Inſcriptione graeco latina, ut *ſupra* ad Tom. II. p. 48. n. 14. Cetera, Deo propitio, ubi ex inſtituto de Divinitate Servatoris noſtri.

PRO

PRO MATERNITATE DIVAE VIRGINIS

E RE MARTYROLOGICA.

15 *Pro peccatoribus Dei filius de coelo descendit ad terras*, & de Virgine natus *vocat omnes ad indulgentiam.*

S. ALEXANDER P. I. M. carceri mancipatus, Quirinum Tribunum ad fidem recens conversum, & mox Martyrem cum tota familia sua, adloquens, Romae an. 120. sub Adriano Imp. & Aureliano Judice (ex *Act.* Sancti, quae Bollandiani ex variis & optimae notae codd. mss. producere testantur ad d. 3. Maii Alexandro sacrum.)

16 *Verbum Patris... quum in quandam veluti senectutem mundus iste jam vergeret*, conceptum a Virgine *naturam suscepit hominis, nec propterea divinitatem amisit.*

S. DONATUS M. Thmui Episc. in Aegypto Macarium post ea socium & M. adloquens coram Diocletiano Imp. super dogmatis christianorum, forte Salonae, ubi tunc commorabatur Diocletianus. Sanctus Thmui martyrium sub Diocletiano inchoatum, perfecit sub Licinio Imp. an. incerto (ex *Actis* ejus, quae Bolland. e mss. graeco Bibl. Florentinae, interprete Daniele Cardono S. J. vulgarunt ad d. 22. Mai. Sancto, Sociisque sacrum, n. 9.)

Prolixis sane altercationibus Donatum inter & adversarios fidei Acta haec redundant. Fortasse graecus eorum Scriptor, Hagiographorum graecorum more, plus aequo amplificaverit. Immerito tamen exinde Acta supposita dixeris, aut eorum periodum in laudem Matris Virginis heic exscriptam.

His pro argumento simili addito Adloquutionem S. MARCI Episc. Atinae ad Praesidem, Atinae sub an. 82. (ex *Act.* Sancti, quae ex mss. & edit. vulgarunt Bolland. ad d. 29. Apr. eidem sacrum, p. 556. n. 24.)

17 *Deus qui fecit omnia per Verbum suum, misertus est generi humano, quos transgressos a fide, idolis videbat servire, mittens Verbum suum*, per Virginis uterum *carnem suscepit humanam, quia Divinitas videri non poterat.*

S. THEODORITUS M. respondens Juliano Comiti, ajenti, *miserime hominum, quem* (Christum) *nos omnes ante trecentos plus minus annos*

annos ex muliere natum novimus, tu creatorem & remuneratorem dicis esse? (ex *Act.* n. 3. citt. Adp. p. xv.)

Vides in egregia Adloquutione & Maternitatem divae Virginis, & incarnationis Dominicae oeconomiam.

E RE LAPIDARIA.

18 ΤΑ . ΣΑ . ΕΚ . ΤΩΝ . ΣΟΝ . ΣΟΙ - ΠΡΟΣΦΕΡΟ

ΜΕΝ . ΟΙ . ΛΟΥΔΙ . ΣΟΥ . ΧΡΙΣΤΕ

. . . . . .

ΠΡΕΣΒΕΙΑΙΣ . ΤΗΣ . ΑΓΙΑΣ

ΘΕΟΓΟΚΟΥ . ΚΑΙ . ΑΕΙ . ΠΑΡΘΕΝΟΥ

ΜΑΡΙΑΣ

Nimirum

Tua de tuis tibi offerimus servi
tui, Christe.

. . . . . .

itercedente sancta Dei Matre
& semper Virgine Maria.

Constantinopoli olim ex voto Justiniani I. ac Theodorae Augustae, ut supra in Tom IV. p. 198. n. 11. ubi Epigraphen legas integram.

Viden' heic Imperatores Augustos una cum divina Maternitate Mariae & supernam ejus Virginitatem sancte profitentes?

19 *de donis* . DEI . ET . SCE . DI . GENITRICIS . MVN

vs . . . . .

Romae, ut supra ia eodem Tom. IV. p. 199. n. 12.

Sanctam Dei Genitricem perantiqui Marmoris Epigramma Mariam Virginem jure adpellat, quidquid contra mussitent & reclament obtrectatores cum Nestorianis, Socinianis, aliisque id genus pestibus. Cetera in hanc rem suo loco.

E RE LITURGICA.

20 Ὃς (κρίςος) ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ ἐκ τῆς ἁγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαθρένου Μαρίας σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας . . .

Scilicet

Qui (nempe *Christus*) *ex Spiritu S. & ex sancta Domina nostra Matre Dei ac semper Virgine Maria carnem adsumens & homo factus . . .*

Habes

Ex Liturgia S. Basilii Alexandrina sub init. oblationis (ap. *Renaud.* in collect. liturg. orient. t.1. p.66.)

Habes heic pariter cum Virginitate Matris, oeconomiam Mysterii Dominicae incarnationis. De authoritate vero adductae Liturgiae nonnihil delibavimus contra Protestantes ad Tom. III. in Adp. liturg. praefixa p. 11. sq; fusius de ea *Renaud.* in diss. praevia ad t.1.

21 ... *Maria beata facta est templum pretiosum portans Dominum dominorum*. Genuit *enim pro nostris delictis* vitam praeclaram, *ut mors pelleretur amara. Illa enim viscera, quae humanam non noverant maculam, Deum portare meruerunt* ...

E Missali Gothico in Immolatione Missae ad diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi (ap. *Mabillon.* de liturg. gallic. l. 3. n. 1111. p.192.)

De authoritate itidem ac vetustate hujusce Missalis nonnulla observavimus ad cit. Tom. III. in Adpendice p.vi. sq. quae recolere non pigeat.

E RE DIPLOMATICA.

✠

22 *In nomine Domini nostri Jesu Christi ejusque sanctissimae Genetricis .... Temporibus Domini Viri Glorioſissimi Arichis Summi Ducis Gentis Longobardorum* ...

Alphanus Sedis Beneventanae Episcopus sub finem Seculi vi. vel sub initium vii. in Charta, qua Patronatum ecclesiae S. Martini, quam ille a fundamentis erexerat, Trasamundo concessit (ap. *Jo. de Vita* in antiq. benevent. t.2. diss. 5. p. 323.)

Explicationem qui optes eorum, quae hoc in Diplomate occurrunt, nonihil difficultatis praeseferentium, adeas cit. *De Vita*, qui cuncta erudite ac feliciter enodat.

23 ... *Hanc libertatem monachis, qui in Ecclesia beatae Dei genetricis Mariae... famulantur* ...

Ina Rex Westsaxonum an. 704. (ut supra in Tom. II. p.99. n.9.)

E RE

E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS.

24

Romae olim in Muſeo Victorio ap. Ill. & Cl. Garampium, qui Monumentum edidit in diſſ. de Numo Bened. P. III. p. 150. ſub fin.

Icon haec pervetuſta, etiam Inſcriptione non loquente, divam Virginem tibi ob oculos Matrem Chriſti Dei repraeſentat. Quippe moris fuit apud majores noſtros, & cordatiſſimi quidem, poſt Synodum Epheſinam adverſum perfidiam Noſtorianam, & pingere & ſculpere ſanctam Virginem in ulnis geſtantem tenellum Dominum, ut eam ΘΕΟΤΟΚΟΝ, ſeu veram Dei Matrem quam manifeſte proderent ac celebrarent. Ergo ubicumque inter monumenta ſacrae vetuſtatis divam Virginem hoc ritu pictam aut effictam videris, ejus generis documentum ad confirmandam illius Maternitatem ſupernam proditum noveris.

Huc rurſum advocanda ſacra divae Matris Imago muſivo opere, quam *ſupra* ob oculos Lectori poſuimus ad Tom. II.

25

MP
ΘY

Hieroſolymis olim, ut ſupra in cit. Tom. II. p. 48. n. 15.

PRO INCARNATIONE VERBI DIVINI

E RE MARTYROLOGICA.

26 *Dominum autem* Jeſum Chriſtum, *altiſſimum Dei filium pro caritate reſt aurationis humanae*

nae vere *quidem* hominem *fuiſſe* mortalem, *& impiis ſe volente occiſum ... proteſtatur.*

S. VICTOR Maſſilienſis M. uti *ſupra* p. 79.

27 *E contra de virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti ... deque* myſterio Incarnationis ejus *multa quidem tam Prophetae, quam viri ſpirituales praedixerunt ... teſtificantes quomodo noviſſimis temporibus* de coelis inter homines adparuit ...

S. THEODOTUS M. Theotecno Praeſidi diſcrimen inter religionem ethnicam & chriſtianam exponens (ex *Act.* citt. Adp. p. XXVIII.)

28 *Propter Chriſtum*. Adveniens *autem* in carne in hoc mundo, *abſtraxit nos a corruptione & vitam aeternam promiſit. Unde ...*

S. THEODORA V. M. reſpondens Judici, ajenti, *quia ſi ingenua, quare nubere non voluiſti?* (ex *Act.* citt. Adp. p. XX.)

29 *Dominus meus* Jeſus Chriſtus *dixit ſe pro peccatoribus* deſcendiſſe de coelo. *Nam & Evangelia ejus teſtantur, quod meretrix rigaverit lacrymis pedes ejus & indulgentiam adceperit.*

S. AFRA M. ad Gajum Judicem ſibi reponentem, *ut audio, meretrix es; ſacrifica, qui a aliena es a Deo Chriſtianorum*, (ex *Act.* n. 1. Vide ſis Adp. p. XVII.)

E RE LAPIDARIA.

30

ΤΑ . ΣΑ . ΕΚ . ΤΩΝ . ΣΟΝ . ΠΡΟΣΦΕΡΟ
ΜΕΝ . ΟΙ . ΔΟΥΔΙ . ΣΟΙ . ΧΡΙΣΤΕ
ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ . ΚΑΙ . ΘΕΟΔΟΡΑ
Α . ΕΥΜΕΝΟΣ . ΠΡΟΣΔΕΞΑΙ . ΥΙΕ
ΚΑΙ . ΛΟΓΕ . ΤΟΥ . ΘΕΟΥ . Ο, ΣΑΡ
ΚΟΘΕΙΣ . ΚΑΙ . ΣΤΑΥΡΩΘΕΙΣ
ΥΠΕΡ . ΗΜΩΝ &c.

Nempe

Tua de tuis tibi offerimus ſervi tui Chriſte, Juſtinianus & Theodora. Ea tu propitius adcipe, Fili Dei Verbum, qui noſtri cauſſa carnem adſumſiſti &c.

Conſtantinopoli, ut ſupra p. 87.

En tibi in eximio Lapide dogmatico, praeter alia tempore recenſenda, oppido confirmata Myſteria ſublimiora de Incarnatione Verbi divini ac de Divinitate Chriſti. Occludant plane ad illum oculos, aures & ora Neſtorius, Socinus, ac Deiſtae univerſi, vel ſuperna haec Myſteria haud inviti protinus fateantur. Et hoc quidem auguſtum ac perinſigne teſtimonium noſtro dogmati ex traditione illuſtrando heic ſatis eſto.

E RE LITURGICA.

31 *Unicus Filius Dei, qui genitus de utero Patris incarnari venit ex utero Virginis, eluat vos* cet.

Ex Oration. gothico-hispano in Benedictione ad Matutinum inter orationes de Adventu Domini (ap. cit. *Blanchin.* p.4.)

Exſtat eadem Oratio in Breviario Moz-arabico Toleti edito ſub an. 1502. fol. 16. col. 1., exſtant & plurimae hujuſce Orationalis, ut monemur ab eodem *Blanch.* ſub init. codicis anecdoti ad marginem.

De Benedictionibus ad preces horarias, & alias occurrentibus *ſupra* egimus ad *Tom. IV.* p.35.ſqq. pluraque tractanda reſtant ad Tom. VI. ubi de Spe theologica & alibi.

32 *Deus, qui Verbi tui Incarnationem praeclari teſtimonio ſideris indicaſti; quod videntes Magi oblatis Majeſtati tuae muneribus adorarunt...*

E Missali goth. inter praefationes et collectiones in vigiliis Epiphaniae (ap. cit. *Mabillon.* l.3. p. 205.)

Occurrit hoc loci in praeclarum ſupernae Incarnationis teſtimonium Adoratio Magorum, de qua plura alias differemus. De feſto autem Epiphaniae, cui eadem adoratio argumentum praebuit ac rationem plura *ſuperius* in Tom. IV. a p.30. & rurſum leviter *inferius* ad Tom. VI.

E RE DIPLOMATICA.

33 *Igetur dum & omnipotens Pater qui dixit de tenebris lumen ſplendiſcere, per incarnationis miſtirium unigeniti filii ſui Domini noſtri Jeſu Chriſti vel inluſtrationem Spiritus-ſancti inluxit in corda ſanctorum...*

Clodoveus junior in Placito, quo ſub an. 643. libertatem monaſterio Sandionyſiano adſerit & confirmat (ap. cit. *Mabill.* l.6. p.466. ex autogtapho corticeo.)

De hac Diplomatis particula rursum, si faverit Deus, redibit sermo. Sed & aliam huic ferme omnino parem legere est apud Praeceptum, *Theodorico Calensi* subscriptum an. 723. depromtumque e tabulario Dionysiano ab cit. *Mabillon.* p. 488.

34 *... Illud autem omnipotentis Dei ... interdictione, interdico ne ... anno dominicæ incarnationis septingentesimo vicesimo quinto ...*

Ina Rex Westsaxonum (ut *supra* Tom. II. p. 99. n. 10.)

Eodem in loco illud & alterum ejusdem *Inae* Diploma, una cum alio *Offae* Regis Merciorum a suspicione falsitatis ob adjectam ita mature aeram christianam *Incarnationis Dominicae* vindicamus ad p. 100.

Huic autem Diplomati sacra nota ejusdem aerae insignito subnectere liceret alia propemodum innumera, quae ab aetate Caroli Magni adusque annum Dominicae Incarnationis millesimum fere passim occurrunt.

Jam vero qui sacram ejusmodi notam in Diplomatis, Placitis, Praeceptis, & Chartis quibuslibet nominum suorum subscriptionibus praefigunt, Incarnationem porro Dominicam testantur, ac profitentur. Haec quidem de Mysterio fert traditio non modo vulgaris & plebeja, verum etiam regia & imperatoria.

E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS.

35

Pisis in Valvis aeneis pervetustis Basilicae Primatialis in areola I. ap. Ciampin. vet. monim. par. 1. c. 6. post p. 46. litera A. *& ap. Jos. Martinium in theatro Basil. Pisanae tab. 12. post p. 48.*

Inscriptio quae typum explicat, sic legenda, Ave Maria gratia plena, quibus plane verbis, si τὸ Maria exceperis, Angelus Gabriel maximo de Mysterio acturus, divam Virginem salutavit ex *Luc.* 1. 28. Typus hic, Incarnationem Verbi, in utero Virginis, divino Spiritu cooperante, perfectam, expressius alio quolibet repraesentat.

In

In dubium quidem vertitur ap. Eruditos Piſanos, ubinam gentium & qua aetate valvae ſtilo iſto ſatis rudi & inculto (quod & ex aliis valvarum typis hoc Opere jam productis, aut poſtmodum producendis eruere licet) conflatae ſint. Nonnulli Piſis olim conſtructas autumant; alii frequentius aliunde advectas fuiſſe arbitrantur. Undenam vero? Ajunt plerique ex Hieroſolymis. Vulgaris autem traditio ex Inſulis Balearibus, a Piſanis ſub ſeculum XII. ſubactis canit, Authore *Ciamp.* mox cit. cui adcinit praelaud. *Martinius* p.49. cum *Paul. Troncio* in Annal. Piſan. p.56., quum ſcilicet Piſani tum mari potentes quaeſiti & in auxilium dati Berengario Barcinonis Comiti, ac ſtrenuo belligeratori, ſub eo Comite una cum Catalanis & Genuenſibus, eas Inſulas, tum ſub Mahumedanis maria infeſtantibus gementes, expugnarunt, ac devicerunt aperto marte ad an. 1115. apud Hiſtoricos Hiſpanarum rerum cum *Mariana & Zurita* ad eum an. Putant itaque, tum Piſanos ſecum adduxiſſe valvarum ſpolia, quae deinceps Eccleſiae Piſanae dono dederint.

Sed haec tamen omnia, quum nullo uſpiam documento fulciantur, nimium dubia ſunt, nec pene nomen conjecturae ſibi vendicant. At merito tamen ex ipſa valvarum conſtructione plerique omnes vulgo conſentiunt cum citt. *Ciampin. & Martin.*, eas longe ante annum milleſimum eſſe alicubi fabrefactas. Id quod inſtitutum noſtrum cum primis ſpectat.

Reliqua id genus monimenta pro ſacratiſſima incarnatione divini Verbi tempore dabimus.

PRO AUGUSTISSIMA EUCHARISTIA

E RE MARTYROLOGICA.

36 *Panem Dei volo, panem coeleſtem, panem vitae*, quae eſt caro Jeſu Chriſti filii Dei, *qui poſteriori tempore ex ſemine David & Abraham factus eſt: & potum Dei volo* ſanguinem ipſius, *quae eſt caritas incorrupta & perennis vita.*

S. IGNATIUS M. Romanos adloquens per epiſtolam ad eos conſcriptam quum jam vinculis mancipatus eſſet, lata in eum a Trajano Imp. mortis ſententia (ex *Epiſt.* Sancti Actis adnexa, n. 3. Recole Adpendic. p. v.)

Hoc uno celeberrimo monumento Myſteria terna depraedicat, ut vides, Ignatius; nempe Ss. Euchariſtiam, Chriſti Perſonam & Divinitatem, Dominicae Incarnationis Oeconomiam, ubi quidem & tacite Chriſti Matrem enuntiat.

37 *Ecce confirmati ſumus* Corpore & Sanguine

Do-

Domini noſtri Jeſu Chriſti, *ut & noſter ſanguis pro confeſſione nominis ipſius fundatur.*

S. Calocerus, alter olim ex praecipuis Adriani Imp. miniſtris, M. una cum aliis permultis Anonymis recens lacra unda initiatis, adloquens alios Martyres carceri propter fidem Chriſti mancipatos, vix divinitus, adcepto baptiſmate, ſacroſancto Chriſti corpore & ſanguine refecti ſunt, Brixiae an. 119. ſub eodem Adriano (ex *Act.* Sancti n.6. ap. Bolland. ad d. 18. Apr. Calocero ſacrum, p. 525.) Qui Brixiae adeo egregie loquutus eſt, martyrium perfecit Albingae, quae urbs eſt epiſcopalis maritima Liguriae.

Bina haec praeſtantiſſima documenta poſtmodum ulterioribus obſervationibus illuſtrabimus.

E RE LAPIDARIA.

38

Romae olim e coemeterio S. Pontiani effeſſus Lapis ap. Boldet. in obſervat. p. 208.

Occurrit in ſingulari Froiteae Epitaphio, graecis latiniſque literis exſarato ſacratiſſimae Euchariſtiae ſymbolum haud obſcurum & ignobile. Sub illa nempe panum cruce ſignatorum figura, qui calici depicto inſidentes objiciuntur oculis. Nimirum moris fuit apud primaevos Chriſti cultores frequenter panes delineare in ſymbolum venerandi Panis Euchariſtici, in quem videlicet auxilio ſymboli iterum iterumque oculis propoſiti & ſubcurreret memoria, & raperetur voluntas. In hunc nempe aut ſimilem id genus finem tendebant Majorum noſtrorum ſymbola, quod ſaepius inculcandum ſupereſt nobis.

Conſentit de propoſito ſymbolo ſermonem agens *Aringh.* cit. l 6. t.2. p.534. n 7. in haec verba „ ut ad Synaxes peragendas panum „ ejuſmodi ſigno propoſito panis in Chriſti eorpus converſione, mul„ tiplicatis ejuſdem panibus Chriſtiani probe meminiſſent „. Nec diſſentire quidem videtur *Boldet.* proxime cit. & alias.

Jam

Jam vero panes illos in Marmore deſcriptos, ex mente Epitaphiographi, ad Ss. Euchariſtiam, antonomaſtice dictam *Myſterium fidei* referri, conjectare licet; videlicet ob eximiam fidem, flagrantemque pietatem ejuſdem Authoris, aut Froiteae ſepultae erga ſupernum Myſterium, in quo *memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus* ex *Pſ.* 110 4. Et hoc quidem unum ſufficiat ſpecimen eorum longe plurium, quibus & hunc Lapidem, aliaque documenta pro Myſterio Euchariſtico fuſe ſuis in locis illuſtrabimus.

E RE LITURGICA.

39 *Credo, credo, credo & confiteor ex tota anima mea, quod hoc ipſum quod eſt in manu mea, illud eſt corpus vivum filii tui unigeniti Domini noſtri, Dei noſtri.*

E Liturgia veteri Coptitarum (*Athanaſ. Kirchero* Interprete in prodromo copto c. 2. p. m. 34.)

Profeſſionem hanc fidei in realem Chriſti praeſentiam ſub elementis aucharifticis recitat Sacerdos, conſecratione peracta. Utinam Deo inſpirante profeſſionem conſimilem Chriſtae omnes coram Venerabili Sacramento tandem aliquando elicerent! Sub eiſdem ferme vocibus elucet haec fides, vel a ſacrifico, vel a populo adſtante palam expreſſa, in Liturgia communi Aethiopum, quam exhibent *Biblioth.* PP. Lugdun. t. 27. p. 633. ac cit. *Renaud.* t. 2. p. 317., tum in Liturgia peculiari Aethiopum Abaſſinorum ap. cit. *Kircher.* p. 39. ſqq.

40 *Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus ob diem jejunii Coenae Dominicae: in qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus filius tuus in novo teſtamento ſacrificandi ritum inſtituit, dum panem ac vinum (quae Melchiſedech in praefiguratione futuri myſterii Sacerdos obtulerat) in ſacramento (*) ſui corporis & ſanguinis transformavit: quaeſumus* &c.

(*) in Sacramentum

E Missali gallic. vet. Feria v. in Coena Domini, oratione post Sanctus (ap. cit. *Mabillon.* p. 349.)

Legat heic etiam atque etiam incredulus quiſque & impudens veritatis hoſtis rationem veri Sacrificii, ac verae converſionis, quae voce eccleſiaſtica vulgo *Tranſubſtantiatio* audit, quam nempe myſterium Euchariſtiae divinitus importat, jam a remotis uſque ſeculis diſertiſſime confirmatam.

ERE

41 ... *Et ſi quis ipſam epiſtolam noſtram infringere conaverit ... a communione participationis corporis & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti excommunicatus adpareat ...*

S. Reolus Archiep. Remenſis in Charta pro conditu partheno-nis Gaugiaci an. circ. 685. (ap. *Mabillon.* annal. benedictin. t. 1. p. 702.)

Hoc quidem ceteris quibuſque terribilius anathematis fulmen, nocumentum ac dedecus; arceri nempe a communione corporis & ſanguinis Domini, ob quam prae primis idem Dominus Ss. Euchariſtiae Sacramentum dignatus eſt inſtituere, quo cibus ſpiritalis cunctis eſſet hominibus, ſalus, vita, & omne delectamentum. Haec autem, quae orthodoxam fidem ſpectant, Reolo ſanctiſſimo plane obſcura non erant, ſed notiſſima: idcirco Vir Dei ut majori qua poſſet induſtria & vi Chartam ſuam communiret, in ejus infractores tremendum hoc fulmen intorquendum duxit. Et hoc quidem exemplum fortaſſe primum omnium eſt, quod deinceps apud omnes ferme catholicas gentes Viri Principes, aliique ſibi in re ſimili imitandum duxerunt.

Jam vero & Reolus & ceteri, qui ſua infringentibus decreta hujuſmodi anathemate minas intentaverint, fidem ſuam erga Ss. Euchariſtiam plane teſtatiſſimam produnt. De participatione corporis & ſanguinis Chriſti per ſumtionem elementorum rite conſecratorum fide ſancta, plura *inferius* ad Tom. VIII. ubi ex inſtituto de Ss. Euchariſtia.

42 *Vas argenteum ... patenis atque calicibus ad miniſterium ſacroſanctum, prout valui, Deo annuente, diſtribui ... Vineam tibi eatenus derelinquo, ut diebus feſtis & omnibus Dominicis, ſacris altaribus mea offeratur oblatio ... Vineam do, quam poſui Vindoniſſae, ſub ea conditione, ut a patribus ſuis, omnibus diebus feſtis ac Dominicis pro commemoratione mea ſacris altaribus offeratur oblatio.*

S. Remigius Epiſc. Remenſis, mundo ereptus an. 533. in Teſtamento ſuo (ap. *Mabillon.* de lit. gallic. in adpend. probat. p. m. 466.)

Certo plane certius eſt, quod & *Miniſterium* illud *ſacroſanctum*, & *ſacris altaribus offerenda oblatio* nihil ſint aliud ad catholicum Remigii ſenſum, ac Sacramentum & Sacrificium Ss. Euchariſtiae, quae patenarum & calicum miniſterio pridem perfici conſueverunt. De iis, ſimi-

similibusque ad rem tantam conficiendam instrumentis *infra* uberrime ubi ex instituto de Ss. Eucharistia.

E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS.

43

Calix S. Ludgeri apud Anonymos duos Benedictinos e Congreg. S. Mauri, videlicet Martenium & Durandum, in secundo itinere literario, Parisiis edito 1724. *p.* 234. *sq.*

Ejusmodi Calix ex aere deaurato usui fuit sacris operaturo S. Ludgero, primum Episcopo Mimigardevordensi in Westphalia, deinde Monasteriensi apud ecclesiam antiquiorem Verdenensem, & e vivis erepto an. 809. 26. Mart. ei sacro. De Sancto plura *Bolland.* ad eum diem, hoc tamen de Calice nihil omnino.

Porro quale, quantumque sint testimonium pro veritate Sacrificii Eucharistici praeclarae illae inscriptiones superne ac inferne ca-

lici adſcalptae, non eſt quod dicam & interpreter, res ipſa loquitur. Id ipſum argumenti genus retractabimus *infra* perlubenter ad Tom. VIII. Ludgeriano Calici praeſtantiſſimo adnectere liceret Patinam illam famoſam S. Petri Chryſologi, de qua jam multa diximus *ſupra* Tom. III. p. 390. ſq. ac Tom. IV. p. 46. ſq. at plura tamen de eadem comparate ad rem Euchariſticam ſuperſunt tempore differenda. Vide ſis interea *Sebaſt. Paulli* in diſſ. de eadem Patina edit. Neap. 1745.

44

Piſis in Valvis mox memoratis p. 92. n. 35. apud citatos ibidem Ciampin. & Martin. ad literam O.

Rudioris iconiſmi Epigraphe haec eſt, CENA DOMINI, Coena proculdubio Euchariſtica, tametſi ab imperito artifice inciſa, ſi ad editionem Ciampini adtenderis; & manifeſtius quidem, ſi alteram Martinii adcuratiorem conſulueris. Haec illa Coena mirabilis, de qua in ſacro Evangelio & in epiſtolis Paulli ſaepe divinus recurrit ſermo, a Servatore noſtro in maximam Dei-hominis gloriam, ſimulque in maximam creatorum omnium ratione utentium utilitatem, *pridie quam pateretur*, inſtituta. De ea nos paucis hucuſque, at perpluribus tempore, Deo auſpice, differemus.

Addi poſſet conſimile, ſed illuſtrius de Coena Domini monimentum, alias recenſendum, quod Piſis itidem exſtat apud Eccleſiam primatialem in volumine vetuſtiſſimo benedictionis cerei paſchalis, iconibus illuſtrato, num. 12. ap. cit. *Martin.* in adpend. tab. 36. poſt p. 19.

45

Flo-

Florentiae in Monaſterio Monialium B. Clariti Flor. ap. cit. Gorium t.3. p. 208.

Adjacet Monimentum hoc depictum iconi grandiori, quae praefert Chriſtum benedicentem XII. Apoſtolis, ſugentibus vitales aquas, quae ex ventre illius fluunt: quo fortaſſe Author ad ea Domini adludit verba ex *Joan. 7. 38. ſi quis ſitit, veniat ad me & bibat : qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquae vitae*, & adpoſite quidem : atque id ipſum fortaſſe ſubjecto de Ss.Euchariſtia typo clarius & illuſtrius exprimere in votis fuit.

Gorius more ſuo documentum ex utraque parte confiatum nuncupavit ſimpliciter *Diptychon*, at nullo tamen jure, quod videam, uti alias in ſimili obſervatum nobis eſt. Profecto typus propoſitus ad rem noſtram eximius eſt, ac hiſtoriae Liturgico-euchariſticae materiam praeſtat plurimam. Enim vero eſto ex una vel altera hujus picturae conditione poſſis illam ſatis vetuſtam dicere, at ex aliis longe pluribus ad tempora recentiora aevi infimi revocandam cenſemus. Idcirco, extra orbitam Epochae noſtrae primo aerae chriſtianae millenio circumſcriptae, in qualemcumque de myſterio diviniſſimo dogmatis illuſtrationem recuſa hoc loci admittatur Criticis.

OBSERVATUM denique velim. Quae toto Claſſis decurſu tradidimus Monumenta pro tribus primis capitibus exornandis, ſpectantibus nimirum Divinitatem Chriſti, Maternitatem divae Virginis, Incarnationem Verbi divini, quantum ad cujuſque ſcopum ſecum invicem colligata videri, ut quod unum probet ex hiſce myſteriis, probet & reliqua. Quippe qui dixerit Chriſtum Deum, & Virginem eſſe Dei Matrem, & Verbum carnem adſumſiſſe in utero Virginis, neceſſaria conſequutione dicat, ſeu tacite profiteatur oportet; idemque omnino e converſo, quum adſeris aut Virginis Maternitatem, aut Verbi Incarnationem, hoc ipſo Chriſtum depraedicas Deum. Verbo: ea ſingula documenta ad unam prae primis Incarnationem, quae alia bina myſteria divinitus complectitur, collimare atque referri dicenda ſunt.

Id quod etiam in tradendis *inferius* ad Tom. VII. e re antiquaria pro tribus eiſdem myſteriis ſedulo praeobſervandum jubemus, ne hoſtibus veritatis in methodum noſtram jure obgannire datum ſit.

CAPUT TERTIUM

de Miraculis ſupernis.

53 QUAESTIO I. Quid de notione ac partitionibus Miraculi ? RURSUM QQ. ADSBRO I. Miraculum prout in praeſentia uſurpatur, eſt operatio, DOGM.SCHOL. quae praeter uſitatas atque mechanicas naturae leges advenit, & vi-

res cauſſarum omnium naturalium ſuperat. (*e*) quo quidem ſenſu miraculum ſumitur in ſacro codice, e. c. *Exod.* 11. 4. *Num.* 26. 10. & ſaepius, ac ſub eodem itidem miraculi rationem explicant *Auguſt.* (*f*) & *Thom.* (*g*) Heinc miraculum adpoſite nuncupatur nonnullis ſuſpenſio cujuſquam legis naturalis, mutatio ſenſibilis in ordine naturae, & ab hujus legibus viſibilis exceptio. Dicitur autem mirabile, quia natum eſt excitare admirationem in iis, qui effectum noverunt, ejus tamen cauſſam perſpectis naturae legibus adſequi nequeunt; tum rarnm & inſolitum, non eo tamen quod raro & infrequenter evenire debeant miracula, alias quae Moiſes & Chriſtus Dominus frequentiſſime patraverunt, vera non eſſent miracula; ſed quoniam ſolitum naturae curſum egrediuntur (*h*).

54 II. Tribuitur in varias claſſes, aut gradus. Horum quidem primus & ſupremus eſt quum facultas naturae quoad rem ipſam, quae efficitur, exceditur; uti quum ſol in coelo ſtetit, aut retroceſſit. Alter eſt quum naturae facultas exceditur, non re quidem illa quae fit, ſed re potius illa in qua fit, e. c. ſi vita homini mortuo reſtituatur, ant coeco reluceat dies. Tertius quum exceditur naturae vis quoad ordinem duntaxat & modum rei quae fit; quo pacto Eliae vel Samuelis precibus ſubito aër denſatur & fluunt imbres, id quod cauſſae naturales praeſtare potuiſſent, at juſto temporis ſpatio. Quartus quum factum aliquod, eſto alia etiam quam divina virtute evenire poſſit, ex adjunctis tamen aut circunſtantiis liqnet non niſi Deo adſcribendum eſſe; ut quum e coelo deſcenderunt flammae, quas pravi genii potuiſſent quidem immittere, tum vero minime, quum reddi comperta debuit Dei majeſtas & vera divinitas. Haec autem frequentior miraculi graduum partitio, ad quos revocare ceteros poſſis (*i*).

55 Heinc a vera ratione miraculi protinus rejicienda veniunt quae dici conſueverunt miracula naturae, artis & averni; illa nimirum naturae effecta ſuapte conditione rara, & ex ignoratione cauſſae, modique admiranda; ea inſuper quae ingenii acutiſſimi ſolertia ſupra communem hominum captum inuſitata & mirabilia interdum excogitari ſolent; praeſtigiae denique pravorum geniorum, quas nempe iidem

(*e*) Conſentiunt vulgo Doctores, tum noſtrates cum *Suar.* de fide d. 4. ſ. 3. n. 8. & l. 4. de Angel. c. 39. *Bened.* P. XIV. de beat. & can. Servor. Dei t. 4. par. 1. c. 1. *Valsech.* de rel. chr. l. 2. c. 6. *Faſſon.* diſſ. de mirac. n. 4. *Cſapodi* de rel. rev. l. 1. prop. 8. *Cerbon.* de Theol. rev. l. 1. q. 2. art. 2. ceteriſque *Anti-deiſtis* ubi de mirac; tum exteri cum *Grot.* de ver. rel. chr. l. 2. §. 5. *Leibnit.* in theodic. par. 2. n. 207. & 249. & alias, *Buddeo* de atheiſmo & ſuperſt. c. 3. §. 5. & c. 7. §. 5. ac in Theol. l. 2. c. 1. §. 30. cum aliis pariter *Anti-deiſtis* & *Anti-ſpinoſiſtis* quum agunt de mirac.

(*f*) De Trin. l. 3. c. 4. 5. & de Gen. ad lit. l. 6. c. 13. & l. 26. contra Fauſt. c. 3.

(*g*) P. 1. q. 105. a. 7. 8. & l. 3. contra gent. c. 101. & in diſput. de potent. q. 6. a. 2. O.

(*h*) Lege *Albert.* M. in 3. ſent. diſt. 18. art. 3. *Thom.* proxime cit. *Salmant.* t. 6. tr. 15. d. 3. dub. 4.

(*i*) Cenſum Authorum, quibus haec partitio probatur & exponitur, habes ap. cit. *Bened.* XIV. l. 4. par. 1. c. 1. n. 6. ſqq.

iidem per ſe ſe repraeſentent, aut homines improbi per privata cum eis pacta. Haec quippe omnia intra arcanum naturae aut artis ſinum latent, & inde vel hominum, vel daemonum induſtria naturali depromuntur (*k*).

OBJETIONES.

56 Obj. contra 1. Ads. Perperam nobis deſcribitur notio miraculi. Nam 1.° nomen miraculi non niſi comparate ad hominum opiniones poteſt intelligi, & nihil aliud ſignificat, qnam opus, cujus cauſſam naturalem exemplo alterius rei ſolitae explicare non poſſumus, vel ſaltem ipſe non poſſit, qui miraculum ſcribit aut narrat; antiqui ſiquidem & omnes fere in hoc nſque tempus nullam praeter hanc normam miraculi habuerunt. Totidem fere verbis Naturaliſtarum juniorum Parens *Spinoſa* (*l*) 2.° nihil contra vel ſupra naturam contingere poteſt; tum quia ipſa aeternum, fixum & immutabilem ordinem ſervat; tum quia nihil in natura contingit, quod ex ejus legibus non ſequatur; tum quia ejus leges ad omnia, quae & ab ipſo divino intellectu concipiuntur, ſe ſe porrigunt: ergo. Haec idem *Spinoſa* (*m*) 3.° ſi rata omnibus ſit haec deſcriptio, nullum relinquitur indicium, quo miracula poſſit quiſquam agnoſcere, quum vires naturae quouſque pertinent ignorent omnes, & vel ipſi quidem philoſophi acutiſſimi naturae exploratores. Ita *Monteſquiu* (*n*) & deinde *Rouſſeau* (*o*).

57 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Hoc autem perinde eſt, ac ſi vaferrimus author, ſpecioſis verbis fucum facere intendens imperitis, rotunde dixiſſet, non dari miracula. Perperam ſubinde & per ineptam principii petitionem pro certo ſtatuit, nihil unquam, quod cauſſam naturalem non habuerit, contigiſſe; indeque totam miraculi naturam ad ignorantiam eorum, qui effecti miraculoſi cauſſam neſciunt, imperite revocat contra ſenſum omnium bene ſapientum, quibus hucuſque alia nobiſcum animo inhaeſit miraculi notio. Quod ſi opinio haec ſpinoſiana verum teneat, haud temere comparaveris cum pleriſque impiorum recentium (*p*) vera priſcorum chriſtianorum miracula cum iis, quae Pagani eeu miracula vera & adoranda praedicabant. Verum apage impietatem.

58 Ad 2. *N. A.* quod perinde ordinem rei ſupernaturalis univerſum impetit. Fruſtra tamen, ut ex iis quae Cap. 1. mox diſſeruimus, ſatis evincitur. Porro prima ratio (unde teliquae fluunt) qua adſumtum argumenti probat Author, ex impio illo principio deducitur, quod Deus & natura unum idemque ſint, atque adeo ſi Deus quidquam agat contra vel ſupra ordinem naturae, quidquam plane ſupra

(*k*) Miracula id genus congeſſit plurima eruditiſſ. *Maluenda* de Antichr. l. 8. par. 2. c. 16. ſqq.

(*l*) In tr. theol. polit. c. 6. p. m. 69. ſq.

(*m*) Proxime cit.

(*n*) In literis in monte conſcriptis lit. 3. p. 96.

(*o*) In literis, quas vocat *Perſannes*, lit. 153.

(*p*) Quibus merito adcenſendus *Author* anonymus cogitationum philoſophicar. §. 42. 48. 50.

ſupra vel contra ſe ipſum agere convincatur : tum ex alio non minus impio, quod nempe omnia ex fatali neceſſitate conſtituta ſint & fiant (*q*). Ergo dum vaferrimus homo primum abſurda haec immania non probat, principium petit & incaſſum diſputat (*r*).

59 Ad 3. *N. A.* Nec evincit quidquam adj. probatio . Siquidem (eſto nulli omnino compertum ſit quouſque naturae vis agendo progredi poſſit, quamobrem quaeſtio de miraculis naturam omnem excedentibus mihi nunquam perdifficilis & valde ardua non fuit) ſaepiſſime novimus ad evidentiam quouſque naturae vis progredi nequeat , quum e. c. certo conſtat nullam eſſe inter aliquam cauſſam naturalem & effectum proportionem, ut puta ſi homo quiſpiam mortuum ad vitam revocet, ventis imperet, innocuus ſuper flammas incedat, per aëra ſicut avis volitet, ſuper aquas conſtanter gradiatur &c. quippe in iis , aliiſque id genus eventis perſpicue deprehendimus, inter effectum & cauſſam naturalem, e qua prodierit, nullam intercedere proportionem, atque adeo naturae vim eſſe tum finitam & limitatam, aut, quod in idem recidit, inverti, ſuſpendique tum leges, quas, ut experientia univerſali & perpetua condocemur, huic adſpectabili mundo regendo praeſcripſit ſummus Conditor , videlicet ne mortuus ad vitam uſpiam ſuſcitetur , ne flammis immiſſus aduſtionem evadat &c. (*s*).

60 Inſiſtis. Incertum eſt, annon in hoc univerſo effecta quaedam adcidant inſolita & extraordinaria , quae raro quidem , ſuo tamen tempore virtute cauſſarum naturalium, quae ceteris quibuſque communibus efficacia praeſtent, certo eveniant; quia enim quouſque vires naturae progtedi poſſint penitus ignoramus: ergo quum illa eveniunt, quae nos miraculis adcenſenda duximus, prudenter etiam tum ſuſpicari licet, annon ea proveniant a virtute cauſſae cujuſpiam naturalis praeſtantiſſimae : nullum itaqee miraculo adſerendo indicium certum haberi poteſt (*t*).

61 *R. Eſto A.* ſi ſermo ſit de effectis inſolitis , at intra ordinem tamen

(*q*) Adſerta haec ſtultiſſimi ſunt *Spinoſae* in ethica par. 1. prop. 14. 15. 29. 33. & par. 2. prop. 11. in coroll. & alias.

(*r*) Haec egregie praeoccupavit *Angelicus* cit. de potent. q. 6. ar. 1. o. confoditque ceu priſca Anaxagorae , aliorumque Philoſophorum deliria. Eadem pluribus convellunt perdocti *Anti-Spinoſiſtae* cum noſtrates, tum Proteſtantes, quidquid *Abraham. kuffaelerus* in ſpecim. art. ratiocin. ut Spinoſam ſuum a nota tantae impietatis vindicaret, multum operae ac temporis incaſſum poſuerit.

(*s*) Pluribus haec amplificant *Calmet* in diſſ. de veris fictiſque prodigiis, praefixa commentario in Exod. §. *Prodigia* . p. 289. edit. Manſi , *Valseeh*. l. 2. in adpend. ad c. 16. *Faſſon*. cit. n. 6. *Cerbon*. cit. art. 2. p. 54. ſq. *Cſapodi* cit. p. 83. ſq. & nos ſtatim retractabimus.

(*t*) Cauſſam huic argumento praebere potuit Syſtema *Huttevillii* , qui cenſuit ap. Faſſon. cit. §. 14. Deum ab exordio mundi generales quaſdam ſciviſſe leges, juxta quas cauſſas naturales ita diſpoſuit, ut tali tempore neceſſario edituri eſſent certos effectus, qui miracula vocantur; non quod eveniant praeter leges naturae, ſed quod nobiliorem finem propoſitum habeant, & inuſitati ſint , nobiſque prorſus incogniti. Haec autem opinio cum vera miraculi indole ac notione vehementer pugnat; atque adeo illico explodenda.

tamen naturalem contentis, qualia dixeris quae miracula naturae audiunt. Et *N. Con.* Alioqui vehemeus ſuſpicio erit annon in cenſum mirabilium ejuſmodi naturalium reponenda ſint inſignora miracula, quae patrata referunt ſacrae paginae a Moſe, a Chriſto Domino, ab Apoſtolis, ab aliis; quo plane quid impudentius & magis impium? Quod autem haec vera miracula ſint, naturae ordinem egreſſa, multa comprobant indicia, quibus verum miraculum a falso diſcernitur ex regulis poſtmodum indicandis.

62 QUAESTIO II. Quis miraculorum Author? ADSERO. Deus eſt, & ipſe quidem ſolus virtute propria. Quippe Deus eſt *qui facit mirabilia ſolus* ex *Pſ.* 71. 18. adcinuntque alia Scripturae teſtimonia, e c. *Exod.* 3. 20. & 15. 11. *Pſ.* 105. 21. *Actor.* 3. 6. & 9. 34. tum *PP.* (*u*) Nec alia quidem eſt Doctorum noſtratium ſententia (*x*).

63 Et ratio quidem apertiſſime ſuadet. Principio enim miraculum, uti ajebat cit. *Chryſoſt.*, eſt quoddam omnipotentiae pignus: ergo Deum omnipotentem ſibi authorem vendicat. Deinde miraculum quid ſupernum eſt, ac ſupra ordinem totius naturae; quod autem intra ordinem naturae conſtitutum eſt, facultate limitata gaudet ad producendos effectus naturales, extra quos progredi nequit: ergo nihil creatum poteſt virtute propria miraculum edere, ſed ſolus Creator. Id quod de ceteris quibuſque effectis ſupernaturalibus tenendum dixeris. Praeterea ille unus poteſt legem immutare, qui legem condidit (*y*) at unus Deus legem curſus naturalis condidit: ergo.

OBJECTIONES.

64 Obj. Deus nullo pacto edere poteſt miracula. Nam 1.° ſi Deus, qui author naturae eſt, agat contra naturam, quemadmodum egiſſe miraculoſe perhibetur in fornace babylonica, adverſum ſe ipſum agere plane convincitur; quo quid abſurdum magis? 2.° ſicut ordo juſtitiae humanae a divina juſtitia derivatur, ita & ordo naturae a divina ſapientia; at nequit Deus operari contra ordinem juſtitiae humanae, ne dicatur cauſſa peccati, quod ſolum ordini juſtitiae repugnat: ergo nec contra ordinem naturae. 3.° bonum univerſi eſt bonum ordinis, ad quem curſus rerum naturalium pertinet; at nequit Deus facere contra bonum univerſi; quia nempe ex ſua bonitate ſumma provenit, quod omnia ſint valde bona ſecundum ordinem univerſi: ergo contra curſum rerum naturalium nequit Deus face-

(*u*) Cum *Baſil.* ac *Theodoret.* in cit. Pſalm. 71. 18. *Chryſoſt.* hom. 14. in Matth. *Aug.* l. 10. civ. c. 12. *Thom.* p. 1. q. 110. a. 4. O. & l. 3. contra gent. c. 102. & de potent. q. 6. a. 1. & 2. O.

(*x*) Cum *Suar* de Angel. l. 4. c. 39. & de fide d. 4. ſect. 3. n. 5. *Lauraea* In 3. ſent. Scoti t. 4. d. 20. de miraculis art. 12. n. 544. *Calm.* in cit. diſſ. *Bened.* P. XIV. in cit. l. 4. par. 1. c. 2. ſub init. *Gazzaniga* in prael. th. t. 4. diſſ. 1. n. 98. *Faſſon.* de mirac. n. 21. *Cſap.* cit. prop. 8. coroll. 7. p. 88. *Ignat. a Cruce* Auguſtiniano diſcalceato in vindiciis Relig. revelatae edit. 1773. diatriba 4. c. 3. §. 1. 2.

(*y*) Ex *Bernardo* l. de diſpenſ. & praecepto.

facere. 4.° non poteſt Deus eſſe cauſſa mali; at malum ex Auguſt. (z) eſt privatio modi, ſpeciei & ordinis: facere ergo nequit contra curſum naturae, qui ſpectat ordinem univerſi. 5.° naturae leges neceſſariae omnino ſunt & immutabiles; atque adeo violari commutarive neutiquam poſſunt: ſi vero miraculum admittas, praeterquam quod iſtud in legibus naturae mutationem aliquam involvit, & Deum, & eſſentias rerum mutari oporteret; Deum videlicet idcirco quod cauſſarum ordinem & efficientiam, quam ab aeternitate conſtituit, in tempore abrumperet; eſſentias deinde, quod quum ex iis quaelibet profluat naturae lex; haec intactis illis violari nequit: repugnat ergo miraculum a Deo effici.

65 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Quia enim Deus etiam ſupernaturae, vel ſupernaturalis author quum ſit, potuit quamoptime curſum naturae ita praeordinare, ut ſemel ac ſaepius effectis ſupernaturalibus adjectis impediatur atque invertatur. Immo jure dixeris cum *Aug.* (a) „ quomodo eſt contra naturam quod Dei fit volun„ tate? „ Ad 2. *N. Con.* Quippe juſtitia hominis ſita eſt praeprimis in ordine debito hominis ad Deum; quocirca nequit Deus agere contra ordinem juſtitiae; curſus vero naturae ſitus eſt in ordine unius creaturae ad aliam; non autem in ordine creaturae ad Deum, atque adeo agere Deus poteſt contra curſum naturae: huc vulgare illud proloquium addito, quod Deus licet agere poſſit contra ordinem unius creaturae ad aliam, quod quidem eſt quaſi naturae particularis relate ad Deum, nequit tamen agere contra ordinem univerſalem, ſeu creaturae ad ſe ipſum, Heinc

66 Ad 3. *D. Mi.* nequit facere contra univerſale bonum univerſi, *C.* contra bonum particulare cujuſpiam naturae univerſi, *N.* Et vero patrato miraculo ſatis ſuperque ſupplet Deus cujuſcumque naturae ſingularis defectum. Ad 4. *D. Ma:* non poteſt eſſe cauſſa mali moralis, *C;* hoc autem eſt contra ordinem totius naturae, eo quod voluntas, cui malum ejuſmodi ineſt, ab ultimo univerſi fine deordinetur per culpam; mali phyſici, quale dixeris illud, quod naturae cuipiam ſingulari, miraculo patrato infligitur, *N.* Et *C. Mi.* ad ſenſum Auguſtini. Et *N. Con.* ex nuper expoſitis.

67 Ad 5. *N. Ma.* Quo ruunt cetera. Porro patratione miraculi minime mutatur Deus, quippe qui nihil edit in tempore, quod ab aeternitate non decreverit eſſe futurum. Nec item mutantur rerum eſſentiae vel naturae; licet enim iis violentia divinitus inferatur, cum eadem tamen permanent erga terminum, quo privantur, exigentia. Sic enim e. c. dum ignis in camino babylonico puerorum corpora comburere impeditus eſt, etiam tum vero vim ille comburendi retinuit (b).

QUAE-

(z) De nat. boni c. 4.
(a) Civ. c. 8. n. 2. l. 21.
(b) Conf. *Thom.* cit. de pot. 9. 6. a 1. & 1. p. q. 100. a. 4. & l. 3. contra gent. c. 102.

68 QUAESTIO III. Quos ob fines Deus edere miracula intelligi poſſit? ADSERO. Primarius omnium finis ipſemet Deus eſt, vel ejus gloria in oſtenſionem potentiae ſuae, caritatis, aliorumque attributorum: id quod & de ceteris quibuſque operibus verum eſt ex *Prov.* 16. 3. ſpeciatim comparate ad miracula conſtat ex *Joan.* 11. 4. & pluribus exponunt *Hieron.* (*c*) & *Auguſt.* (*d*) Inter ſecundarios vero reponi principio poteſt adprobatio Divinitatis Chriſti Domini, ejuſque miſſionis a Patre, quo plane tendebant pleraque ab eodem Domino patrata, ut colligere eſt ex *Joan.* 2. 11. & 3. 2. & 4. 48. & 10. 38. & ex Evangelio univerſo paſſim.

69 Deinde oſtenſio aut confirmatio veritatis doctrinae fidei vel morum: quod eruere licet ex *Exod.* 4. ſqq. *Judic.* 6. 17. & 3. *Reg.* 13. 3. & 18. 38. *Matth.* 12. 38. *Marc.* 8. 11. *Luc.* 11. 16. *Jo.* 4. 39. *Act.* 4. 33. *Hebr.* 2. 3. ſqq. Tum manifeſtatio ſanctimoniae, qua perſona quaepiam praedita ſit: ſic enim manifeſtavit Deus probitatem Moſis *Ex.* 4. 6. & 17. 6. Eliae 4. *Reg.* 1. 10. & 14. Chriſti Domini *Joan.* 18. 6. & *Matt.* 25. 45. &c.

70 Comprobatio itidem probitatis herois cujuſpiam poſt mortem per contactum corporis aut aliarum ejuſdem reliquiarum, ſeu per praeſentiam, vel invocationem ad ejus ſepulcrum vel imaginem: exempla ſuppeditant ſacrae Literae 4. *Reg.* 13. 21. *Eccli.* 48. 13. *Act.* 19. 12. ſubcinuntque compluribus *PP.* veteres, ut puta *Nazianz.* (*e*) *Ambroſ.* (*f*) *Auguſt.* (*g*) *Gregor.* Turon. (*h*) Utilitas demum boni ſpiritalis, vel etiam corporalis ex liberalitate ſummi Conditoris erogandi: adprobant teſtimonia propemodum innumera ex utroque foedere, e. c. translatio Enochi, dona Abrahamo coelitus conceſſa, protectio populi in deſerto per annos XL., victoriae ab judaica gente divinitus reportatae, gratiae Loth, Tobiae, Judithae, Suſannae, Danieli impartitae, vocatio Apoſtolorum, infirmi ad ſanitatem & mortui ad vitam revocati a Chriſto Jeſu & ab ejus Apoſtolis ac Diſcipulis. (*i*).

71 QUAESTIO IV. Num Deus edere poſſit miraculum in confirmationem falſae doctrinae aut ſanctimoniae? ADSERO 1. Nequit ſimpliciter (*k*). Quippe Miraculum ſuapte natura eſt virtute quaedam Dei loquutio, & quaſi apertum ſigillum, quo ſummus Con-

(*c*) In c. 6. Daniel.

(*d*) Civ. l. 10. c. 12. & l. 18. c. 26. & l. 22. c. 10.

(*e*) In Julianum orat. 1. & in Cignaeis.

(*f*) Serm. 91. & epiſt. olim 85.

(*g*) Civ. l. 22. c. 8.

(*h*) De glor. Mart. l. 1. c. 1. & l. 2. c. 45. ac de glor. Conf. c. 64.

(*i*) Qui pluribus haec adſerta confirmare optes, adeas eit. *Laurae*. in 3. ſent. Scoti t. 4. d. 20. art. 10. & 11. ubi ferme de ſingulis, quae in utroque foedere narrantur, miraculis ſyllabum pertexuit.

(*k*) Conſtans haec eſt apud Theologos opinio cum *Auguſt.* l. de util. creden. c. 16. *Thom.* p. 3. q. 43. ar. 1. *Bellarm.* de Eccleſ. l. 4. c. 14. §. *Jam quod.* & *Suar.* de fide d. 4. ſ. 3. n. 10. & in p. 3. tom. 2. d. 31. ſ. 2. *Bened.* P. XIV. in cit. l. 4. de beat. & can. par. 1. c. 4. n. 3. & alias, *Gaſtald.* de pot. angel. t. 1. diſt. 2. q. 1. art. 3. §. *Tandem*.

ditor authoritate ſua ſigillat, communitque doctrinam, in cujus confirmationem miraculum editum eſt. Idcirco miracula apud ſacras paginas teſtificationes adpellari ſaepius conſueverunt: ſic enim habes e. c. *Joan.* 5. *opera, quae ego facio, teſtimonium perhibent de me*, ac ſimiliter cap. 10., tum *Marc.* 16. *Domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis*, ac *Hebr.* 2. de doctrina evangelica dixit Apoſtolus, *in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis & portentis*. Nequit autem ulla lege Deus doctrinam falſam ſuo quaſi nomine ac ſigillo teſtatam reddere & communire, ac pro ea veluti data ſyngrapha atque chirographo fidem oppignorare ſuam.

72 11. Nulla itidem lege poteſt Deus miraculum edere, quo vel abuſu etiam inſenſibili, ut ajunt, creatura abutatur, hoc eſt ſub adjunctis vel circumſtantiis, in quibus exſiſtimari prudenter poſſet ac deberet viris peritis Deum illud edere in conteſtationem doctrinae falſae (*l*). Quippe miraculum, ex dictis, per ſe ſe habet comprobare & nomine Dei ejus authoris credibilem reddere prudentibus doctrinam, pro cujus veritate ex judicio prudentum illud editur. Deus itaque ſub adjunctis indicatis per ſe ſe intelligendus eſſet comprobare atque teſtari falſam doctrinam, ſuo nempe quaſi nomine, ſubſcriptione, ac ſigillo communitam: non ſecus ac Rex ſcienter ſigillo ſuo muniens miniſtri ſui ſcripturam mendacia continentem, mendacii ac deceptionis author, ſeu particeps jure haberetur.

73 Exinde vero audenter omnibus una cum *Rich. Victorino* (*m*) Domino reponere fas eſſet, *Domine, ſi error eſt quod credimus, a te decepti ſumus; iſta enim in nobis iis ſignis & prodigiis confirmata ſunt, quae non niſi a te fieri potuerunt*; videlicet in conteſtationem doctrinae falſae, ſecundum adcuratum virorum prudentum judicium. Quod ſi haec Deus pacto aliquo agere poſſit, incaſſum profecto inter ſigna credibilitatis Religionis verae miracula referas (*n*) quippe non unquam dubium non ſuperſit oportet, annon doctrina, quam miraculo confirmatam eſſe prudentes merito definiunt, re falſa ſit.

OBJECTIONES.

74 Obj. *primo* contra 11. Adſ. Hoc rationi valde repugnat. Nam 1.° miraculum non eſt Dei loquutio, ſed ſignum tantummodo credibilitatis de loquutione divina. 2.° poteſt Deus patrare miraculum & permittere ſenſibilem ejus abuſum; ſub adjunctis nimirum, in quibus poſſet quis ac teneretur credere non patrari ad confirmandum doctrinam falſam: ergo & permittere abuſum inſenſibilem; utrobique ſiquidem miraculum patraret, quin eſſet teſtis falſitatis, aut patrator ex fine teſtificandi falſitatem. 3.° poteſt Deus elargiri miniſtro

(*l*) Huic Adſerto, quo praecedens roboratur inſigniter, favent eRecentioribus plurimi cum *Contnck* de fide diſputat. 11. n. 2. *Del.* de fid. d. 2. ſect. 1. n. 99. ſqq. *Munies.* de fid. d. 5. ſ. 7. a n. 84. *Paull. a Concept.* de fid. tr. 15. d. 1. n. 54. *Gutierre de la Sal* de fid. d. 7. n. 15. aliis in alias opiniones abeuntibus.

(*m*) De Trinit. l. 1. c. 2.

(*n*) Cum *Bellarm.* cit. ceteriſque Polemicis ubi de ſignis, aut notis Eccleſiaa verae.

ſtro facultatem conficiendi ſacramenta, qua hic abutatur in pravum finem. 4.° quantumvis creatura abutatur concurſu Dei ad peccandum, non propterea peccante creatura, peccat Deus; quoniam creatura peccans agit contra intentionem Dei: ergo pariter in caſu, licet creatura abutens gratia ad patrandum miraculum, deciperet, non item Deus.

75 R. *N. Adſ.* Si Deus enim hoc pacto ederet miraculum, probaretur ſaltem virtute mendax, quoniam cum mente ſua non conformaret ſignum, ſyngraphum, ſigillum, teſtimonium, quae prudentes judicare deberent, in confirmationem falſitatis. Ad 1. prob. *D. A.* non eſt re loquutio Dei *C.* non eſt virtute ac aequivalentia, *N.* Porro ſigna quaelibet credibilitatis ſunt loquutionis divinae teſtimonia aeque vera, prae ceteris autem miraculum eſt teſtimonium notius & maxime perſpicuum.

76 Ad 2. *N. Con.* & prob. adj. Quoniam in primo eventu haud jure exiſtimaretur Deus author falſitatis, quemadmodum in altero. Ad 3. *N. Con.* Abuſus ſacramenti in pravum finem non eſt aliquid quo Deus falſum adteſtetur, ſicuti eſſet abuſus inſenſibilis miraculi. Nec ulli quidem incompertum eſſet, quin Deus confectionem ſacramenti rectum in finem ordinarit; quum tamen in eventu alio unuſquiſque prudens teneretur credere operationem miraculi ordinari a Deo in confirmationem falſi. Ad 4. *N. Con.* In priori caſu munus cauſſae primae adimplet Deus, quocirca neutiquam peccat, aut peccare merito putatur; in altero vero Deus moraliter & ſecundum aequam prudentum aeſtimationem, falſum adteſtaretur; quod plane Deum O. M. ſimpliciter dedecet.

77 Obj. *ſecundo*. Rurſum idem Adſertum cum ratione pugnat. Nam 1.° Poteſt Deus, quin ſit deceptor, miracula falſa & adparentia permittere: ergo & vera cum abuſu inſenſibili. Siquidem quod miracula vera ſint aut falſa, perinde eſt, ſi pro veris habeantur; hoc enim ipſo aeque apta ſunt ut deceptionem animo ingenerent. 2.° ex oppoſito fieret, quod doctrina quaelibet vero miraculo confirmata eſſet phyſice evidenter vera, quum ſit phyſice evidens, loquutionem divinam eſſentia ſua cum veritate connecti. 3.° ſaltem miraculum ex ſolo Dei placito ejus loquutionis nota eſt, non autem ex natura rei, hoc eſt ex natura foetuum peculiarium Dei ſupernaturaliter operantis; ſaepius etenim elucet miraculum ad comprobandum, non aliquam doctrinam veram, ſed adtributum quodpiam divinum e. c. omnipotentiam, aut viri probi innocentiam, ſanctimoniam &c. ergo.

78 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* & prob. adj. Plane miraculum falſum non eſt Dei loquutio uti verum. Nuſquam itaque intelligitur per illud Deus loqui ſicuti per iſtud. Quod autem homines miraculis falſis inducantur in errorem, culpa ipſorum eſt; falſitatem quippe detegerent, ſi diligentius intenderent animum in eorum adjuncta; e. c. in veſtigia quae relinquit miraculum; in ve-

ritatem intimam doctrinae, quae confirmanda intenditur & jactatur; in ejus consonantiam cum Scriptura, Patribus, Ecclesiae dogmatis, disciplina, moribus; in personam moresque ejus, qui miraculum elicit; nunquam oblivioni data consultatione cum Deo virisque doctissimis (o).

79 Ad 2. *N. Ads.* quod minime evincit probatio adj. Sane in casu proposito praeter evidentiam de eo quod Deus aut re, aut virtute falsum loqui nequeat, debet etiam esse evidens miraculi veritas ac ordinatio in eum finem, & insuper quod sensus doctrinae miraculo confirmatae hic idem sit & non alius: quae tamen omnia haud facile concurrunt. Idcirco doctrina Christi tot, tantisque confirmata miraculis, est nihilominus eo nomine moraliter duntaxat evidens, ac merito fidei locum praestat, quum possit, esto imprudenter, negari.

80 Ad 3. *N. Ads.* Omnes omnino apud gentes cum barbaras, tum politicas naturae doctu vim hanc naturalem agnoverunt in miraculis. Et Christus quidem ajebat *Joan.* 15. *si opera non feciſſem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo:* si vero miraculum ea vi suapte natura non gauderet, excusabiles Judaeos dixeris, potuissent quippe institutionem divinam ignorare. Ad prob. adj. reponas ex *Tho.* (p) *dicendum quod ſemper miracula ſunt vera teſtimonia ejus, ad quod inducuntur;* quippe semper loquuntur saltem tacite id ad cujus confirmationem adsumuntur, vel a solo Deo, vel etiam a Creatura (q).

81 QUAESTIO V. Coelestes Angeli, piique homines aut viventes, aut vita functi quo pacto edere miracula intelligendi sunt? ADSERO. Nuda sunt instrumenta, quibus utique ceu causis inferioribus physicis, aut moralibus, secundum varia Doctorum placita (r) miraculorum author Deus utitur; sub hoc enim sensu dicuntur causae efficientes & cooperantes miraculorum, quae ipsis vulgo adscribuntur, non autem sub alio sublimiori, quatenus nempe miracula ipsi edant virtute propria ceu causae principales; id etenim unius Dei est, ex nuper adsertis (s).

82 Porro sancti Angeli, utpote spiritus, re corporea longe sublimiores ex *Job* 41. 24. complura ardua, insolita & admiranda virtute propria operari possunt, quae vires & facultatem universae naturae corporeae atque visibilis excedunt: quod plane liquet ex Angelo

(o) De iis *Suar.* t. 2. in 3. p. d. 31. s. 2. §. *Dices.*

(p) P. 2. 2. q. 178. a. 2. ad 3.

(q) Conf. *Bened.* XIV. in cap. proxime laudato, ceterique mox producti cum *Del.* d. 2. a n. 15. *Gott.* q. 1. dub. 7. §. 6. *Rhod.* de fide d. 2. s. 4. §. 7.

(r) Primum docent *Thom.* cit. q. 6. de Mirac. art. 4. & 9. O. *Suar.* de Angel. l. 4. c. 39. *Gaſtald.* de potest. Angelica t. 1. dist. 2. q. 1. art. 2. §. *Quarta concluſio.* cum *Cajet. Valent.* aliis; alterum vero tenent *Scot.* in 4. dist. 1. 4. & 5. *Vazq.* in 3. p. d. 57. c. 5. *Averſ.* de Incarnat. q. 13. sect. 3. *Laurae.* cit. d. 20. art. 13. n. 361.

(s) Conf. *Th.* 2. 2. q. 178. a. 1. ad 1. *Viguer.* inst. theol. de grat. div. c. 9. §. 2. *Delrius* disq. mag. l. 2. q. 7.

gelo una nocte occidente octoginta millia militum Senacherib, ex alio traducente per aërem Habacuc ad Danielem in lacu leonum commorantem &c.; haec autem licet indolem miraculi praeferre videantur, re tamen vera miracula non ſunt, quae nempe totius naturae non modo corporeae atque viſibilis, verum etiam incorporeae ac inviſibilis (ad quam pertingere Angelis datum non eſt) facultatem ſuperare debent. Hac itaque de cauſſa qui notionem miraculi nobis praeſcriptam tenent, operationes illas Angelorum vocare conſueverunt miracula minora, aut ſecundum quid & improprie, vel comparate ad cognitionem & facultatem noſtram, quae ultra naturam viſibilem & corpoream non efferuntur. Sint ergo ipſa nobis *portenta & mirabilia* ferme inſtar miraculorum, nuſpiam vero *miracula ſimpliciter*; quia enim exinde Deus miracula edit authoritate propria, quoniam natura univerſa eſt ei ſubjecta; non eſt autem ſubjecta Angelis (*t*).

83 Jam vero eadem omnino ratione & piis hominibus miracula edere datum eſt, non propria quidem, ſed ſuperna Dei virtute (*u*).

OBJECTIONES.

84 Obj. Profecto Angeli ſancti vera edunt miracula virtute propria. Nam 1.° miracula omnia, quae refert ſacra pagina eveniſſe in Aegypto, in campo Thaneos, in mari tubro & in deſerto, ab Angelis effecta ſunt in ſignum majeſtatis atque omnipotentiae ſummi Conditoris: ergo ſuapte natura, ſeu virtute naturali propria. 2.° Raphaël medio felle piſcis Tobiae viſum miraculoſe reſtituit; & quidem virtute propria. 3.° quod Angeli virtute propria edant miracula, potentiae divinae non detrahit, immo hanc magis commendat; quippe quae hiſce Spiritibus, gloriae ejus miniſtris nobilius communicata, in eis clarius elucet. 4.° ex Greg. M. (*x*) Angeli vel Spiritus illi, per quos miracula freqentius fiunt, Virtutes vocantur, virtus autem ſuperior ordini cauſſae inferioris non ſubditur: ergo. 5.° in quocumque miraculo, quod in veteri lege patratum eſt, non fuerunt Angeli voluntatis divinae exſequutores, ſed potius Deus, qui cuſtodiam ſui populi Angelis commiſerat, voluntatis angelicae exſequutor fuit, ei obſecundans; ita ut non voluntate particulari ullum ex eis miraculis voluiſſe dici potuerit, ſed tantum voluntate generali, voluntate nimirum faciendi quidquid Angeli voluiſſent. Et haec quidem *Malebranchii* doctrina (*y*). Ergo quia miracula illa ediderunt virtute propria.

85 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* Ex iis quae tum contigiſſe narrant ſacri codices, plura fortaſſe fuerunt mira tantum, nec omnem naturae ordinem, atque adeo nec omnem naturae Angelicae facultatem ſupergreſſa; quae tamen vera ſuerunt miracula, non niſi a Deo

(*t*) Recole *Auguſt.* l. 3. de Trinit. c. 8. ſub init. & *Suar.* proxime cit. a n. 3.

(*u*) Lege *Bened.* XIV. cit. l. 4. par. 1. c. 2. n. 10.

(*x*) Homil. 34. in Evang. fere ſub med.

(*y*) In tr. de Nat. & grat. in poſtrema elucidatione, conceptiſque verbis §. *Orſo* p. 324. edit. Roterodam. 1684.

Deo potuerunt fieri, aut ab Angelis, vel alia qualibet cauſſa, Dei imperio & vi ſuperna, quod perinde eſt. Ad 2: eadem vi ſuperna Dei ſanatio miraculoſa Tobiae obtigit. Praeterquam quod ſunt qui cum *Galeno* (z) *Plinio*, *Eliano*, aliis vim callynomio piſci tribuunt, ut ejus felle caecitas quaedam, vel oculorum infirmitas depellatur (a).

86 Ad 3. In primis *Eſto A. & N. Con.* Nec enim Altiſſimo placuit ea Angelum natura condere, quae per ſeſe miracula ederet. Deinde *N. A*, quod repugnantiam involvit, videlicet meram naturam quod ſuper naturam eſt, ſeorſim ab elevatione ſuperna, per ſeſe prodere. Adde, quod aliquorum opinione minime ſperneuda, ſupernae cujuſque rei productio virtutem infinitam neceſſario ſibi vendicet. Ad 4: nihil prohibet quominus Angeli illi dicantur antonomaſtice Virtutes, quod peculiari ad patrandum miracula virtute a Deo adcepta praeditati emineant (b).

87 Ad 5: hanc porro doctrinam *Benedictus* cit. (c) *novam & periculoſam* dixit, ac merito confutatam ab Authore differt. typis Colonienſibus editae 1686. Ceterum *Malebranchius* idem in reſponſ. in animadverſiones philoſophicas ac theologicas Arnaldi epiſt. 2. c. 1. edit. Pariſ. 1709. a p. 136. id confirmare pergit quod ſaepius in tr. de nat. & gratia praeſtatuerat, quod videlicet *Deus non agit voluntate particulari niſi quum edit miracula*. Quin etiam in percelebri ejuſdem Authoris ſyſtemate nulla eſt in creaturis cauſſa efficiens, ſed duntaxat occaſionalis, agente Deo ſolo in omnibus efficienter, immo & in epiſt. cit. c. 2. p. 179. diſerte inquit, quod *Angelis, qui bonorum temporariorum diſtributores ſunt, propriae virtutis, aut efficientiae nihil ineſt*. Haec autem cum doctrina objecta minime cohaerent. Anne *Malebranchius* praeformatam obſcurioribus vocibus doctrinam, perpaucis jure probatam, meliora ſapiens revocaverit? Bene ſit. Et ipſam nos repudiamus, & illico *N. A. & Con.*

88 QUAESTIO VI. Quid de pravis Angelis, improbis hominibus, haereticis, infidelibus, de Antichriſto demum quantum ad patrationem miraculorum? ADSERO 1. Iis generatim omnibus poteſt uti Deus tanquam inſtrumentis ad patranda miracula in teſtificationem cujuſpiam veritatis ad fidem, vel mores pertinentis, vel alium in finem honeſtum, prout ſummo Conditori placuerit. Nec enim minus potens eſt Deus, nec eum minus decet ad haec hoſtium opera uti, quam amicorum. Immo omnipotenti ac omniſcio Deo glorioſius nihil, quam a perduellibus & hoſtibus infenſiſſimis teſtimonium veritatis extorquere. Quid? quod ex *Marc. 9. 37. & 1. Cor. 12. 11.* in editore miraculi nec fides, nec caritas, nec donum aliud

(z) L. 10. Simtom. medicam.

(a) Author eſt *Gaſtald.* cit. diſt. 2. q. 1. art. 4. p. 177. col. 2. ſub. fin.

(b) Conf. *Thom. Suar. Gaſtald. Laurae.* proxime citt.

(c) L. 4. par. 1. c. 2. n. 8.

aliud ſupernum jure praeexigitur (*d*). Num vero ejuſmodi ſpeciatim miniſtris ad patranda miracula uſus ſit quandoque Deus, aut olim utetur? Id ut de ſingulis definiamus, nobis otium non eſt.

89 II. Quod particulatim Antichriſtum ſpectat, ſunt qui ex *Matt.* 24. 23. & ex 2. *Theſſal.* 2. 9. ſubinferant, portenta magna olim ab illo edenda (*e*). Anne ſigna ejuſmodi erunt vera miracula, vel ſaltem pleraque? Adſerunt nonnulli (*f*). Ceterum vulgatiſſima Patrum, Doctorumque vox eſt, ea plerumque futura mendacia, praeſtigioſa, doli ac falſitatis plena, nec naturae ordinem praetergreſſura, nec ſuperno Dei auxilio patranda (*g*), Quippe, ajunt (quod nos *ſupra* ſtatuimus) nequit Deus ejuſmodi patrare miraculum, quod viri prudentes credere poſſint ac teneantur edi in teſtificationem doctrinae falſae (*h*).

90 QUAESTIO VII. Quid de miraculis comparate ad Religionem ſupernaturalem? ADSERO 1. Ornatur haec eorum multitudine pene innumerabili & praeclariſſima quidem, quae nempe in ſacro codice patrata legimus ſub utraque lege, cum Moſaica, tum Evangelica (*i*) & deinceps ſub omnibus ſubceſſive aetatibus uſque modo, prout ea teſtantur Hiſtoriae fide dignae, ac ſequioribus pro ſeculis acta romana pro beatificatione & canonizatione ſervorum Dei.

91 II. Quatenus ea miracula plerumque edita ſunt in confirmationem doctrinae, quam in dogmatis habet haec Religio, ſunt caracter & nota divinitatis, qua ejuſmodi doctrina gaudet. Quippe miraculo, quod virtute Dei vox eſt, teſtimonium, ſyngrapha, ſigillum, nequit Deus teſtificari doctrinam, quae divina non ſit, vel a Deo profecta.

111. Sunt

(*d*) Conſentiunt quoad ſingula Adſerti membra *TT.* E. c. adfirmant de pravis Angelis *Gerſon* ſerm. in Evangel. Dominicae 19. poſt Pentecoſt. *Eſtius* in 2. ſent. diſt. 7. §. 20. *Lauraea* diſp. 20. de mirac. art. 17. n. 700. *Silv.* in 2. 2. q. 178. art. 2. concl. 3. & ex proteſtantib. *Sam. Clarkius* de exiſt. & adtrib. Dei t. 2. c. 15: de improbis hominibus *Eſt.* in 1. Cor. 13. 1. *Suar.* de relig. t. 2. l. 1. de orat. c. 25. n. 4. *Bened.* XIV. cit. l. 4. par. 1. c. 3. n. 20. ſub fin. *Gaſtald.* cit. concl. 1. p. 225. col. 2. *Gazzaniga* tr. de virt. theol. diſſ. 1. n. 115: de haereticis & infidelibus *Eſt.* in 2. ſent. diſt. 7. §. 19. *Gaſtald.* cit. diſt. 2. q. 1. art. 3. quaeſtiunc. 1. concl. 1. p. 165. *Medina* de recta in Deum fide l. 2. c. 7. p. 53. *Melch. Corneus* S. J. de mirac. eccl. catholicae defenſis p. 12. edit. Mogunt. 1652. *Bened.* XIV. cit. n. 17. *Gazzan.* proxime cit: de Antichriſto *Oleaſt.* in Deuter. 13 1. *Medina* cit. l. 5. c. 7. p. verſa 155. *Calmet* diſſ. de Antichr. praefixa commentario in ep. ad Galat. art. 6. §. *An prodigia*.

(*e*) Hanc in rem conferendi *Hippolyt.* M. orat. de conſummat. mundi, *Ephraem* Syrus ſerm. de Antichr. *Lactant.* inſt. l. 7. c. 17. *Maluen.* de Antichr. l. 8. c. 17. ſqq.

(*f*) Nimirum *Pſeudo-Clem.* l. 3. recognit. *Ambroſiaſter* In 2. Theſſal. 2. 9. *Author oper. imperf.* olim putatus Chryſoſt. hom. 49. in Matth. *Mich. Med.* proxime cit. p. verſa 155.

(*g*) Ita *Iren.* l. 5. c. 28. *Hippol.* & *Ephraem* citt. *Cyrill.* carech. 15. *Hieron.* q. 11. ad Algaſiam, *Theodoret.* in 2. Theſſal. 2. 9. *Aretas* Epiſc. Caeſar. in Apoc. 13. *Damaſc.* de fid. l. 4. c. 27. *Rabban.* opuſc. de Antich. *Thom.* q 6. de mirac. a. 5. ad ultim. *Suar.* t. 2. in 3. p. d. 54. ſ. 4. *Bellarm.* de Rom. Pont. l. 3. c. 15. *Valent.* t. 4. d. 11. q. 2. pu. 2. *Leſſ.* de Antich. demonſtr. 10. *Acoſta* de noviſſ. l. 2. c. 18. 19. *Ribera* in 13. Apoc. *Gaſtald.* cit. a. p. 230. *Malu.* cit. l. 8. c. 26. ſqq. *Rainaud.* t. 5. theol. nat. diſt. 4. q. 4. art. 6. n. 334. &c. &c.

(*h*) Hanc in rem prae ceteris conſuli merentur *Suar.* & *Maluen.* proxime laudati.

(*i*) Haec miracula diſerte vindicant *Anti-deiſtae*; ſingillatim vero Diluvium univer-

92 III. Sunt miracula haec caracter manifeſtiſſimus unius verae Religionis, quo nempe iſta a ceteris quibuſque religionibus ceu falſis diſcriminatur. Nequit enim non eſſe vera, quae tot habet pro veritate ſua documenta, quot ſunt miracula inſignia, quibus ejus fidei myſteria & dogmata comprobantur a Deo. Deinde ſi qua fides *Auguſtino* (*k*) miracula fuerunt neceſſaria ut mundus crederet, atque adeo nulla vera religio inſtitui poteſt abſque miraculis, quae ejus dogmata confirment. Quod quidem oſtendiſſe videtur Dominus in miſſione Moſis ad promulgandam legem ſcriptam ex 4. *Exod.* 1. ſqq. & in miſſione Apoſtolorum ad promulgandam legem evangelicam ex *Matth.* 10. 1. & 8. Jam vero in nulla alia Religione, ſi excipias ſupernaturalem, miracula, quae ejus dogmata confirment, reperias: ergo ſupernaturalis, utpote miraculorum caractere inſignita, una aſt, ſeu unice vera.

93 IV. Miracula ſunt argumentum potiſſimum pro veritate Religionis ſupernaturalis; quibus idcirco haec tanquam fulcro, baſi & columnae potentiſſimae prae primis innititur (*l*). Nulla quippe veritatis confirmatio Omnipotenti ſuppetit magis ſublimis & magis efficax adteſtatione miraculorum. Id quod & idem Chriſtus Dominus commonſtraſſe viſus eſt ex *Joan.* 10. 38. & 14. 10. & 15. 22. &c.

94 Heinc vero & ipſe Dominus ſe ſe Deum & Meſſiam a Patre miſſum miraculis potiſſimum comprobavit (*m*). Miraculis itidem miſſiones ſuas praemaxime confirmarunt Moſes & Apoſtoli, quod *nuper* praemonuimus; tum praecipui doctrinae evangelicae Praecones, uti legere eſt apud biographos Sanctorum Antonii Patavini, Vincentii Ferrerii, Franciſci Xaverii, & ſimilium. Quin etiam paſſim videris apud Hiſtoricos adcuratiores, ad unius cujuſpiam miraculi conſpectum copiam ingentem auditorum vel ad fidem Chriſti, vel ad meliorem frugem illico eſſe traductos. Tanta quidem eſt in animos hominum miraculi vis & efficacia! Subinde jure quidem optimo *Auguſtin.* ajebat (*n*) ſe teneri in Eccleſia miraculorum vinculis.

OB-

verſale Noëticum vindicat *Faſſon.* diſ. de mirac. a n. 31. contra Spinoſ. & Abrahamum Myle; tum iſraëliticum tranſitum maris rubri *Faſſon.* ibid. a n. 42. & *Author* diſſ. de mirac. Cremonae a Joſ. Lombardo propugnatae §. 5; plura ex utroque Teſtamento laud. *Faſſon.* ferme obiter; at quae a Chriſto Domino edita ſunt, ex profeſſo, poſt alios ab J. A. Fabricio in luce Evang. c. 9. a p. 180. recenſitos, *Cerbon.* de Theol. revel. t. 2. q. 1. art. 2. & 3. contra VVoolſtonum, hiſtoriam Evangelicam univerſam in ſenſu mere adlegorico exponentem; Dominicam denique reſurrectionem tanquam unum ex praecipuis Religionis ſupernae capitibus *Hadrian. a Cattenburch* in ſpicil. theol. chr. l. 3. c. 13. *Steph. Curcellaeus* inſtit. relig. chr. l. 5. c. 13. ſq. *Humfrid. Ditton* in Relig. chr. demonſtrata per Reſurrect. Chr. *Valſech.* de fundam. relig. l. 2. c. 16. §. 2. ſqq. *Cerbon.* cit. t. 2. l. 3. q. 1. art. 2. §. 4. prop. 1. alii quos recitat laudatus Fabric. a p. 182.

(*k*) Civit. l. 22. c. 8.

(*l*) Contra *Authorem* cogitationum philoſophicarum, qui Religionem ratione, non miraculis firmandam eſſe fuſe diſputat.

(*m*) Ea recitat S. Evangelium, collegitque *Joachim. Morgenvveg* in tabella ſingulari, praemiſſa editioni germanicae novi Teſtamenti Hamb. 1712.

(*n*) In l. de util. credendi c. 17.

OBJECTIONES.

95 Obj. *primo*. Ex miraculis pro veritate Religionis argumentum firmum repeti nequit. Nam 1.° Doctorum plurium opinione (*n*) miracula patrarunt daemones, infideles, haeretici, idemque Antichriſtus patrabit, tametſi ii omnes in religione improba, Deoque inviſa verſentur 2.° *Auguſt.* (*o*) ait non eſſe credendum Donatiſtis, tametſi miracula faciant, quos propterea per contemtum *mirabiliarios* lepide vocat; addit que (*p*) Eccleſiam non manifeſtari talem ex miraculis, quae in ea fiunt. 3.° olim ad ſepulcrum Hieremiae fiebant in eorum utilitatem, qui Hieremiam ſacrificiis, diviniſque honoribus ut Deum colebant. Haec ferme *Centuriatores* & *Calvinus*.

96 *R. N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* miracula patrarunt in confirmationem erroris, aut religionis cujuſpiam falſae ac improbae, *N.* ob alium honeſtum finem, Deo dignum, *Eſto.* Et *N. Con.* Ad 2; laudatus *Auguſt.* (*q*) in Donatiſtas miracula jactitantes haec differit „ „ aut falluntur aut faHunt ... teneamus ergo unitatem, fratres mei; „ praeter unitatem & qui facit miracula nihil eſt. „ Ex quibus, una cum contextu totius libri manifeſto concludito, ad mentem S. Doctoris Donatiſtas miracula confingere, aut ea ſaltem non edere in confirmationem ſchiſmatis ſui, cujus nempe oppoſitum, videlicet unitas cum Eccleſia catholica plus commodi cuicumque adferre poſſit, ac miraculi patratio, quam viro etiam improbo adſcribere poſſis.

97 Recte praeterea ſentit ubi ſecundo loco citatur, Eccleſiam non probari catholicam hoc ſolummodo quod in ea qualiacumque miracula edantur, haec enim, ex dictis, edi quoque poſſunt & apud Donatiſtas, & apud quamlibet Eccleſiam falſam. Minime vero inficiatur Eccleſiam manifeſtari catholicam vel ex copia pene infinita miraculorum, vel ex miraculis, ejus ſancta dogmata conteſtantibus (*r*). Ad 3: ap. *Epiphan. Iſidor. Villegas, Bollandian.* ad diem 1. Maii, alioſque Hieremiae biographos legimus quidem miracula ad ejus ſepulcrum edita, de ſacrificiis vero, diviniſque honoribus Prophetae jacenti delatis legimus profecto nihil.

98 Obj *ſecundo*. Fruſtra rurſum petitur ex miraculis argumentum firmum pro veritate Religionis. Nam 1.° miracula, quae Sanctis noſtris adſcribimus vel ficta ſunt vel imaginaria, videlicet aut non ita res contigerunt, & falſo narrantur ab hiſtoricis minime criticis, aut ſi contigerint, praeſtigiae ſunt daemonum, utpote confirmantes falſa dogmata, ut puta SS. Euchariſtiam, confeſſionem auricularem, ſanctorum cultum &c. Haec *Calvin.* (*s*) & *Centuriat.* (*t*). 2.° infinita pene ſunt in unoquoque rerum genere portenta & mirabilia, ſeu,

(*n*) Conf. *Miluendam* de Antichr. l. 7. & 8.

(*o*) Tr. 13. in Joan.

(*p*) Libro contra Donatiſtas, vulgo *de unitate eccleſiae*, c. 19. n. 50.

(*q*) Tr. 13. in Joan. n. 17.

(*r*) Conf. idem *Auguſt.* l. contra epiſt. Fundam. c. 4. n. 5. & civ. l. 22. c. 8. 9. 10.

(*s*) In praefat. Inſtit.

(*t*) In ſingul. ferme Centuriis ad c. 13.

ut vocant, *miracula minora*; quae pravi genii nativa vi ſupra ordinem totius naturae corporeae ac ſenſibilis edere poſſunt per ſeſe, vel per Magos ſibi addictos (*u*): poſſunt inſuper pene infinitis praeſtigiis ſpectatorum ſenſibus illudere (*x*). Atqui fieri nequit, aut ſaltem ſummopere difficile eſt, ut homines vel etiam acutiſſimi miracula vera ab ejuſmodi portentis & praeſtigiis diſcernant. Heinc 3.° Quidquid Scriptores catholici inſudarint confingendis regulis pro diſcernendis miraculis ſupernis a naturalibus, illae tamen regulae tot adjunctis alias improviſis, totque exceptionibus obnoxiae ſunt, ut ſub eis etiam prudenti cuilibet viro quaeſita diſcretio ſit omnino imperceptibilis: ergo fruſtra petitur &c.

99 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* quod gratis quidem effutiunt ii obtrectatores; at minime probant. Quod miracula quiſpiam conſulto finxerit, abſque certo documento adfirmare nefas. Fateor equidem, multa ex iis, quae in tanta copia minus peritis, nimiumque credulis ſcriptoribus enarrantur miracula, veri rationem non adtingere; verum quod alia multo plura Authoribus cordatis & criticis probata veritatem miraculi obtineant, nequit prudenti viro in dubium verti. Quod poſtremo quae nos profitemur dogmata de SS. Euchariſtia &c., falſa ſint, naeniae quidem ſunt iis Heterodoxis nimium familiares a polemicis noſtratibus diu profligatae.

100 Ad 2. *N. Mi.* Porro (*y*) „ Angeli mali minus poſſunt ex „ divina providentia eos reprimente, quam poſſint ſecundum natu„ ralem virtutem. Quia ut Auguſtinus dicit l. 3. de Trin. c. 9. „ quaedam quae Angeli mali poſſunt facere ſi permitterentur, ideo „ facere non poſſunt, quia non permittuntur.„ Quocirca non adeo viris peritis timendum eſt a facultate & arte daemonis in negotio miraculorum diſcernendorum, quemadmodum urget objectio. Perdifficilis quidem eſt haec diſcretio. Alias vero ſatis conſtat apud doctos & eruditos quid non poſſit artibus ſuis daemon (*z*). Nec dubitandum eſt de peculiari auxilio divini luminis erga eos praeſertim, quorum eſt ex munere miraculum verum a falſo diſcernere, quia enim Omnipotentis opus eximium eſt miraculum.

101 *Ad* 3. *N. A.* Fatendum ſane, haud omnes illas regulas rem invicte probare, tum ex eiſdem regulis meliores, & Scriptoribus maxime probatas permultis interdum alias non praeviſis adjunctis & exceptionibus ſubjacere, quae rei definitionem perobſcuram ac difficillimam reddunt. Hihilo ſecius confidenter reponimus, eam difficultatem ſuperandam denique: ubi nimirum conferantur adcuratiſſime heinc regulae Authorum probatiſſimae, & ſi quae viro docto & eru-

(*u*) Plura id genus enumerant *Delr.* diſq. mag. toto l. 2. *Maluen.* de Antich. l. 8. par. 2. c. 16. ſqq. *Laur.* cit. d. 20. art. 17. §. 2. ut taceam *Sprengerum*, *Nider. Prieratem*, *Spineum*, *Victoriam*, alioſque veteres, recentiorum, quos adpellavimus, duces.

(*x*) Quod iidem Scriptores pluribus oſtendunt.

(*y*) Ex *Thom.* q. 6. de mirac. a. 5. O

(*z*) Lege cit. *Laurae.* d. 20. art. 17. §. 1. *Gaſſaid.* a p. 370. *Delr.* l. 2. a. q. 17. ſique ad 25.

& erudito conferenti ſubcurrant denuo; illeinc vero adjuncta & exceptiones, quae difficultatem ingerunt. Hoc autem examine praejacto, nullus dubito quin viro perito atque prudenti ſolidae ſaltem probabilitatis lux adfulgeat, qua verum a falſo ſecernat. Haec pro ſolvendis pleriſque objectionibus, exemplis plurimis confirmare liceret, ſi brevitas inſtituti noſtri pateretur (a) (§).

102 Adcedant jam comprobando dogmati de ſupernis miraculis documenta, quae Vetuſtas late ſuppeditat, heic indicanda.

(a) Conf. *Gaſtald.* cit. diſt. 2. q. 1. ar. 5. dub. 1. a p. 212. & *Laur.* cit. art. 19. a p. 591.

OBSERVATIO.

(§) EAdem de cauſſa praeſcribendis hoc loci ſignis, legibus, aut regulis pro diſtinguendo miraculo vero a falſo jure ſupersedemus. Porro miraculi caracteres ii generatim dici poſſunt: 1. vires agentis omnes naturales notas, & incognitas plane ſuperat: 2. ad Deum & Chriſtum Dominum dirigit: 3. in veram Eccleſiam, doctrinam, & pietatem nihil labis admittit. Haec quidem apud omnes bene ſapientes indubitata ſunt, adnuente ſapienter *Paſchali* in ſuis cogitationibus ubi de Miraculis.

Jam ut rite deprehendas, num actio aliqua externa, de qua quaerimus: an ſit miraculum, iis conſtet caracteribus, nec ne, conſulendae tibi ſunt regulae ad id negotii ab graviſſimis Authoribus, cum Canoniſtis, tum Theologis inſtitutae.

Quod eas heic curſim indicem, operae pretium nullum erit, quum illae plerumque prolixis egeant commentariis ut recte capiantur & in praxim revocari tuto poſſint. Syllabum eorum, qui in hanc rem, Chriſtianae Religioni utiliſſimam, immo perneceſſariam diſſeruerint, facile contexeremus: eorum pleroſque hoc Capite ſparſim adpellavimus.

At plurium inſtar unus eſto *Bened.* XIV. in cit. l. 4. par. 1. c. 4. a n. 7. ubi & probatiſſimos Canones docearis, & claros Scriptores, qui pro dignitate de iis egerint.

CLASSIS III.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Miraculis ſupernis.

E RE MARTYROLOGICA.

1 Jeſus Chriſtus *multa atque ſtupenda* miracula fecit. *Primum enim aquam commutavit in vinum: & quinque panibus & duobus piſcibus quinque millia hominum ſatiavit in deſerto: & infirmos verbo ſanavit: & ſupra mare velut ſuper aridam ambulavit. Ejus quoque dominatum agnovit natura ignis, & mandato ejus reſuſcitati ſunt mortui & a nativitate caecis lumen ſolo verbo adfulſit: claudos celerrime fecit ambulare, & a diebus quatuor tumulatos revocavit ad vitam . . .*

S. Theodotus M. uti *ſupra* p. 64.

Porro haec omnia Deiſtae, ſi volens deſipere nolit, eeu miracula ſuperna ſuſpicienda ſunt.

2 Chriſtus caecos videre fecit, *ſurdos audire, leproſos mundavit, motuos ſuſcitavit* &c.

S. PHILEAS M. reſpondens Culciano Praeſidi ab eo ſciſcitanti, *quomodo perſuaſus es de eo quod Deus eſſet Chriſtus* (ex *Act.* Sancti citt. Adpend. p. XIX.) Chriſtum ſimiliter ex iiſdem miraculis Deum probaverat Theodotus mox laudatus.

3 *Dominum autem* Jeſum Chriſtum, *fuiſſe ab impiis* ſe volente occiſum, *ſed divinae ſuae virtutis potentia, die tertia* ſuſcitatum, coelos adſcendiſſe .. *proteſtatur*.

S. VICTOR M. uti *ſupra* p. 79. ubi de divinitate Chriſti.

Vides, Chriſti mortem voluntariam, ejuſque virtute propria reſurrectionem, & in coelos adſcenſum inter illuſtriora ſuperni ordinis miracula Martyri noſtro merito receuſeri.

4 *Recordor primi Centurionis, qui cruci Servatoris adſiſtens, ejus divinitatem per* prodigia *facta cognoſcens, non eſt veritus ... nomen ejus palam fateri*.

S. GORDIUS Centurio M. falſis reſpondens amicis, Chriſtum ore negare illum adhortantibus (ex *Act.* Sancti, citt. Adp. p. XXXIII.)

Innuit hoc loci Gordius ſtupenda miracula, quae in morte Chriſti contigiſſe ferunt ſacri Codices, aliique Scriptores veteres.

5 *Homo ſimilis nobis* (*) *ſed Spiritus divinus erat in eo, & in Spiritu* virtutes & ſigna & prodigia faciebat.

(*) erat Paullus Apoſtolus;

S. PHILEAS M. reſpondens Culciano Praeſidi, eum interroganti, quis eſſet Paullus, ſi Deus non erat? (ex *Act.* mox laudatis)

Huc advocanda inſtar plurium perpauca miracula, quae ex ore Martyrum excepimus. E. c. Teſtatur S. BASILIUS Ancyranus ſubitaneam ſanationem ſui corporis ſaeviſſimis plagis excarnificati, ex *Act.* n. 6. ap. Bolland. ad d. 22. Mart: S. THEODORUS, Ancyranus quoque, ſuum in equuleo mirandum levamen; quod juvenis quidam (Angelus abſque dubio) & ſudorem ſibi abſtergeret linteo candidiſſimo, & frigidam frequenter infunderet, ex Rufino hiſt. l. 10. c. 35. & aliis: S. SABAS Gothus curationem gravium vulnerum pridie adceptorum quam citiſſimam, ex *Act.* Sancti ap. Bolland. ad d. 12. Apr. ei ſacrum inter Latinos: S. ALEXANDER P. I. interventum pueri, qui ſe & Eventium in caminum ardentem immiſ-

miſſos recreavit, ex *Act.* n. 19. ap. Bolland. ad d. 3. Mai.

Advocandi rurſum Teſtes, quos pro Reſurrectione communi certo futura, ſummo quidem miraculo, adlegavit Adpendix p. XXXVIII. ſq. quibus addito S. GORDIUM ex ejus *Act.* a cit. Ruin. vulgatis, n. 5. ſub fin.

E RE LAPIDARIA.

6

Heic *bilanx*,
candelabrum, *domus*, *piſces*.

Romae, ut ſupra in Tom. IV. p. 317. n. 58.

Huic adjice e *Muſeo Kircheriano* Lapidem alterum, qui Chriſtum ſuſcitantem Lazarum ob oculos ponit.

Eximium ultra omnes naturae vires Miraculum a Chriſto Domino patratum Deiſtis praeſtant hi duo Lapides, Lazari nempe quatriduo mortui & jam faetentis notiſſimam Reſurrectionem. Hanc quippe ferme ad evidentiam miraculoſam & ipſi Deiſtae fateri convincuntur, ſi concedant, illam prout narratur a *Joanne* cap. 11. 23. ſqq., verum tenere. Quid enim mirabilius ac vere mortuum & quatriduanum & faetentem uno vocis imperio ajentis *Lazare veni foras*, ſtatim, in ictu oculi ad vitales auras revocari vivum, prorſuſque ſanum? nam *ſtatim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata; quocirca multi ex Judaeis, qui venerant ad Mariam & Martham & viderant quae fecit Jeſus, crediderunt in eum*; haec quippe vis eſt atque efficacia veri miraculi ad extorquendam fidem ab oculatis praeſertim teſtibus. Pluribus haec illuſtrant *Patres* & ſacri *Interpretes* in eum Joannis locum, Cum *Cyril. Al.* l. 8. in Joan. *Chryſoſt.* hom. 63. in Joan. *Aug.* tr. 1. in Joan. n. 5. *Maldon.* in Joan. 11.

Quod autem res omnino verum teneat nemo quidem ſciens ac prudens negaverit, qui evertere penitus non auſit laudati ex Joanne

ne capitis authentiam omni retro antiquitati probatiſſimam, nec paucis alias nobis confirmandam. Si vero hanc mihi non cedat hiſtoriam Deiſta, nec ipſi ullam cedam, vel a Tull. Cicerone, vel a Virgilio, vel a T. Livio, vel ab Spinoſa, vel ab alio quopiam enarratam; nullam quippe video majori atque illuſtriore documentorum authoritate gaudere prae noſtra de Lazaro redivivo. Anne hanc inficietur Deiſta, cauſſatus pugnantia & impoſſibilia praeferre, ea nempe quae Deus, alias naturae legibus inſolubiliter adſtrictus, abſque repugnantia operari nequit? Hoc tamen eſt litem producere, non tenere victoriam, atque id quod in quaeſtione eſt, & argumentis conſtantiſſimis pro ſupernaturalitate Dei ſuper quaſlibet naturae leges nobis evictum, pro ratione concludente reddere: quo quid ineptum magis?

Scio equidem, hoc divino miraculo preſſos & omnino convictos Deiſtas, ad alias ratiuncu!as pompoſe nimis expoſitas provocare, ducem ſe praeferente *VVoolſtono* ſuo. At parum ipſis urgent: facile quidem earum inanitatem diſſipare poſſis. Quid autem heic in loco non ſuo prolixas inferamus vindicias pro ſancto miraculo? Eas olim contra Celſum egregie adornavit *Origen.* l. 2. contra eundem n. 48. ac ipſo deinde duce, contra VVoolſtonum perdocte & acute tradidit Cl. *Cerbonius* in Theol. revel. l. 3. q. 1. art. 2. §. 2. num. 10. a p. 115. Eum conſulere ne pigeat.

7

MARCIANO
KARISSIMO FEC
IT ΠPIMAKIA &c.

Piſauri, ut ſupra in Tom. IV. p. 315. n. 53.

Miraculum aliud ſupernum Deiſtis obſervandum praeſtat Lapis, piſcem videlicet evomentem Jonam Prophetam adhuc vivum, quem pridie, ſeu tertium ante diem navi ad undas ejectum inglutierat. Nonne factum iſtud magno portento ſimile, quamlibet naturae facultatem excedit? quis ſanae mentis ambigere auſit? Neque vero cuipiam fas eſt id facti prudenter in dubium revocare. Quoniam & idem Jonas, aut ſi quis alius Jonae libri author, cap. 2. enarrat, & ipſum Chriſtus Dominus reproduxit *Matt.* 12. 38. ac 16. 4. & *Luc.* 11, 29. ſq. Conſtat autem non modo ex ſacris literis, ſed etiam ex profanis, tota Hebraeorum antiquitate ſuffragante cum *Joſepho* l. 9. antiq. c. 11, hanc de Jona hiſtoriam eſſe fide digniſſimam & moraliter certam; quidquid theologo-politicus diſputator *Spinoſa* conjectationibus nimium exſilibus ductus adfectet refragari: ut modo taceam ſacram Evangeliorum Matthaei & Lucae authentiam, millenis documentis alias nobis illuſtrandam. Conf. *Huet.* dem-

ev-

ev. prop. 4. c. 14. ubi de prophet. Jonae. De natura & indole famoſi piſcis alias, Deo propitio, agemus ad Tom. VI.

E R E LITURGICA.

8 *Vere dignum. Sanctorum Martyrum gloriam cum exultatione recolentes, in quibus mirabiles tuae Majeſtatis effectus... cognoſcimus...*

E CODICE VULGO LEONIANO AD NATALE SS. ADAUCTI ET FELICIS III. KAL. SEPTEMBR. NUM. 1. (ap. cit. *Murat.* t. 1. col. 401.)

9 *Exultet, Domine, chriſtianae plebis humilitas, quia in Martyrum commemoratione Sanctorum tua mirabilia veneramur....*

EX EODEM CODICE IN NATALI S. EUPHEMIAE V. ET M. NUM. III. (*ibidem* col. 407.)

10 *Vere dignum... quia tua factum eſt operante virtute, ut* (S. Laurentius Martyr) *nullis calumniis impiorum, nulla ſaevitia perſequentum, nulla dirarum atrocitate poenarum, vir tuo ignitus Spiritu vinceretur. Per &c.*

EX LAUDATO SACRAMENTAR. IN NATALI S. LAURENTII MISSA V. (*ibid.* col. 395.)

Sub Monumentis deſcriptis duo miraculorum genera cuiquam jure celebrari videantur, quae Omnipotens Deus haud raro per Sanctos Martyres edere conſuevit, repagulis quibuſque naturae ſuperatis: & ea videlicet quae operatus eſt Dominus ad praeſentiam Martyrum, ſeu intuitu meritorum paſſionis; & ea inſuper, quae palam oſtendit in eiſdem Martyribus, eos intrinſecus virtute ſuperna communiens ad paſſionem quorumlibet cruciatuum heroice perficiendam.

Pro utroque miraculorum genere documenta propemodum innumera ſuppeditant Acta ſincera Martyrum. Pro priori genere nonnulla praenotavimus *ſupra* ubi de re martyrologica p. 116. Plura vide ſis ap. *Euſeb.* de martyr. Palaeſt. n. 30. §. *Quae quum*; ap. *Ruin.* in Act. SS. Bonoſi & Maximiliani, Theodoriti Presb. Vincentii, Theodorae; ap. *Bolland.* in Actis SS. Leonis & Paregorii ad d. 30. Jun. S. Serapiae ad d. 29. Aug. & aliorum paſſim.

Pro altero vero genere quid mirabilius, quid vehementiſſimo ſtupore dignius, quam tot, non videre dixerim, ſed tantum commemorare Martyres ex utroque ſexu & ex omni adultorum aetate, atrociſſima ſupplicia incredibili conſtantia perferentes pro Chriſto? Quid vel inſigniorum nomina pertexere adgrediar, ut infinitus ſim?

Il-

Illorum nomina & miranda gesta abunde quaerenti dabunt Actorum collectores, quibus addito *Gellon.* l. de cruciatibus SS. Martyrum. Heinc vero cum plerisque *Bozius* de sign. eccl. l. 7. c. 3. sign. 27. & cit. *Valsech.* l. 2. c. 15. §. 5. sqq. perpetuam Martyrum seriem & subcessionem inter signa verae Ecclesiae merito reposuerunt.

Sed Deistas tamen confidenter reponere audio, praeclaram illam Martyrum fortitudinem e naturae viribus potuisse facile suboriri; plures quippe religiones aliae, ut puta Donatistae, Ariani, Vvicleſitae, Lutherani, Calvinicolae, Judaei, Foxiani &c. in confirmationem suorum dogmatum efferunt Martyres, qui illis valde similia pertulisse feruntur. Quid? quod & *supra* Tom. III. p. 198. sq. nobis definitum est, posse quempiam naturae viribus simpliciter elicere actus moraliter honestos quomodocumque difficiles & heroicos, atque adeo naturale subire martyrium, e. c. pro vitando crimine contra legem naturae, pro servanda virginitate perpetua &c. Addunt denique ex *Dodvvello* diss. cyprianica 12. §. 1. eam Martyrum constantiam ex variis humanae rationis fontibus profluere potuisse.

Et vero parum aut nihil iis urgent. Principio enim aliarum religionum dogmata certo falsa sunt: quocirca qui adgressi sunt ea martyrio testificari, non id effecerunt ex honesta fortitudine adducti, sed ex audacia prava, pertinacia, obstinatione, quae non nisi martyrem Satanae creare possunt. Deinde & in Tomo citato scriptum est, illud absque auxilio superno non posse fieri moraliter, hoc est secundum prudentum existimationem, in magna rei arduitate, cui vincendae natura impar putatur, innixam. Idcirco prudentibus viris persuasum vulgo est, actus ejusmodi heroicos non nisi sub auxilio superno elici consuevisse: annon autem potiori jure id ipsum dixeris de passione Martyrum ob fidem Christi, vel superni alterius mysterii sublata? quum nempe internus passionis actus per se se tendat ad scopum supernum praevia cognitione superna creditum, & supernus ille sit oportet.

Tandem ex adjunctis, quibus insignitas colimus SS. Martyrum passiones prudentissime ac certo moraliter tenendum, eas ad extremum & primario non aliunde profluxisse, quam a superna operante virtute, qua eorum animi coelitus igniti tot tantaque devicerunt suppplicia. Conf. *Rob. Personius* Soc. J. in examine Calendarii protestantici foxiani t. 2. c. 4. Cum citt. *Bozio* & *Valsechio*.

11 *Dignum & justum est... Hæc sunt enim festa Paschalia, in quibus.... primum Patres nostros filios Israhel educens de Ægypto; Rubrum mare sicco vestigio transire fecisti...*

E Missali Gothico in consecratione Cerae ad noctem Paschae num. xxxii. (ap. cit. *Mabill.* de lit. gall. l. 3. p. 241.)

Hoc

Hoc illud insigne miraculum, seu potius miraculorum complexio, quam operatus est Dominus in transitu maris Rubri, quod sicco vestigio ejus jussu filii Israël trajecerunt, quum eos de Aegypto educere placuit, atque a dira servitute redimere. Rem enarrat Moses *Exod.* 14. 21. sqq. & 15. 3. sqq. eademque ut insigniter mirabilia commemorant sacri Codices *Ps.* 77. 12. sqq. & 113. 1. sq. *Sap.* 10. 18. & 19. 7. sqq. *Isai.* 63. 11. sq. *Judith* 5. 11. sqq. *Habac.* 3. 15. tum ex profanis Scriptoribus, ut fertur, *Diodor. Siculus* & *Artapanus*. Ergo multiplex heic occurrit miraculum supra omnes naturae vires in ostensionem omnipotentiae suae patratum a Domino; quia enim contra leges Hydrostaticae bipartitae sunt aquae, & Hebraeis in mari medio ampliſſimam straverunt viam, ac utrinque muri instar immotae constiterunt; tum contra leges motus, quae *Newtono* authore de princ. leg. mot., deposcunt nullum corpus suapte natura ad motum a quiete transferri, in priorem locum undae se receperunt ut Pharaonem universo cum exercitu opprimerent.

Nihilo tamen secius Spinosistae cum parente suo, cui praeiverat *Joseph.* antiq. l. 2. c. ult., ut istiusmodi miraculorum vim elevent, rem totam ad nativum & reciprocum maris aestum referendam contendunt. Frustra tamen adversum testatissima divini Numinis oracula, quae nullum tergiversationi locum relinquunt, recalcitrare audent infidi homines. Notum quippe omnibus est, aquas marini aestus vi bis ad litus properare, bis ab eodem recedere, nuspiam vero medium maris alveum undis vacuum aut omnino siccum relinqui.

At Moses, inquiunt, Physicae universae callentissimus, ut populum perduceret incolumem, opportunam aestus marini occasionem adripuit: nec enim exemplo res ista caret, quoniam & Alexander cum copiis suis mare Pamphilium sicco itinere trajecit. Ceterum in primis si Moses, divinus vir, ita negotium gessisset, quid deinceps facinus eximii portenti loco testibus oculatis, immo toti posteritati impudens venditasset? nonne paullo post de naturali eventu certior populus, ducem & imperatorem suum fabulae fidei, gravissimaeque fraudis coarguere potuisset? Deinde apocryphum est de transitu Alexandri exemplum. Nam *Strabone* authore ubi de hoc eventu, Alexandri milites per quasdam maris Pamphilii angustias, quae siccae aliquando esse solebant, iter fecerunt hiberno tempore priusquam undae defluerent, & usque ad umbilicum demersi sunt. Plura *Fasson.* diss. de mirac. n. 50. sq. Et plura de miraculis ap. Documenta liturgica ex citt. *Mabill. Blanchin. Murat.*

12

Romae olim in fundo Crateris vitrei perantiqui, adteſtante Boldet. in obſerv. p 196. *ad tab.* 3. *libri* 1. *n.* 5.

Vix Lazarum nomine proprio vocavit Chriſtus Dominus, ſtatim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus initis ex *Joan.* 11. 43.

13

Romae in fundo vetuſti alterius Crateris vitrei ap. cit. Boldett. ipſo teſte p. 205. *ad tab.* 8. *libri* 1. *n.* 34.

Chriſtus Dominus in monte quinque panibus hordeaceis benedictione ſacratis adeo cibum multiplicat, ut eo paſcantur viri numero

ro quaſi quinque millia, & deinceps fragmenta ſuperſint, quibus duodecim cophini impleti ſunt ex *Joan.* 6. 10. ſqq.

Quod autem bina haec documenta objiciant oculis Miracula vera & omnino certa, nemo unus ſanae mentis, reor, inficias iverit. Veteres iconiſmos varii generis, haec, aliaque miracula, quae antiquo & novo foedere continentur, exhibentes valde plurimos repetere poſſis ex *Interpretibus* Romae ſubterr. quibus addito *Bonarr.* in obſerv. *Ciampin.* de vet. monim. *Martinium* de baſil. Piſana, *Allegranz.* de monum. Mediolanens.

Haec autem ſecum recogitet Deiſta & Dei omnipotentiam ceu ſupernam Miraculorum effectricem adoret. Quod ſi more ſuo diſtineatur ambiguitate circa authentiam ſacrorum Codicum, quibus ea narrantur Miracula, perpendat ſedulo quae pro ſingulorum authentia noſtrates Polemici & Anti-deiſtae ſtrenue diſputant, atque illico, ſperaverim, inani quovis dubio diſſipato, manus dabit.

CAPUT QUARTUM.

De Vaticiniis ſupernis.

103 QUAESTIO I. Quae notio, & quae partitiones Vaticinii ſuperni, quod vulgo Prophetia vocatur? ADSERO 1. Eſt *divina praeſenſio & praedictio futuri cujuſpiam eventus, qui in cauſſis naturalibus praevideri nequit.* Adcinunt *PP.* & vulgo *TT.* cum *Caſſiod.* (*b*) Atque erui videtur ex 1. *Petr.* 1. 10. & 2. *Petr.* 1. 20. *Rom.* 12. 6. & 1. *Cor.* 12. 10. ubi nempe diſcimus, omnem prophetiam eſſe *divinam*, quod Spiritus ſancti donum ſit, nulla humana adlatum voluntate. Eſt autem *praeſenſio*, vel cognitio divinitus infuſa futuri eventus, non cujuſque, ſed contingentis aut liberi, extra omnes cauſſas naturales poſiti, qui propterea naturali lumine nequit uſpiam praevideri. Eſt itidem *praedictio*, quippe donum eſt ad publicam Eccleſiae utilitatem conceſſum, ut quae Deo inſpirante qui noverit ea ceterit adnuntiet. Liquet ex 1. *Cor.* 12. 7. ſeqq. (*c*) RURSUM QQ. DOGM.SCHOL.

104 II. Multiplex enumerari poteſt prophetia. Omnium celebratiſſima in Lege Moſaica illa occurrit, quam adpoſite nuncupaveris *Oraculum Sacerdotale*, quod interventu ſeu adminiculo, vel ad conſpectum URIM & THUMMIM pectorali ſummi Pontificis Dei juſſu inſer-

(*b*) Praefat. in Pſalmos c. 1.

(*c*) Haec pluribus perſequuntur qui de Prophetia ex inſtituto diſſerunt cum *Tho.* 2. 2. q. 171. & in qq. diſputatis q. 22. de Prophetia, *Delr.* diſq. mag. l. 4. c. 1. q. 1. *Van-Dale* diſſ. de vera & falſa prophet. par. 1. c. 1. *Laurae.* in 3. ſent. Scoti t. 4. d. 19. ab art. 9. *Cravina* in lapide lid. l. 2. c. 25. *Bened.* P. XIV. de beat. & can. SS. t. 3. l. 3. c. 45. ubi perplures laudat: tum *Anti-deiſtae* illos ſequuti cum *Hookio* de princ. rel. nat. & rev. t. 2. diſſ. praevia c. 2. *Valſech.* cit. l. 2. c. 17. *Cerbon.* de theol. rev. l. 1. q. 2. art. 3. *Ignat. a Cruce* cit. in vindic. rel. rev. diatriba 4. c. 4. quibus rem, ut in ceteris, parciſſime libando, nuperrime adceſſit *Anton. Genuenſis* in opere poſtumo de univerſae chriſtianae theologiae elementis dogmaticis, hiſtoricis, criticis, l. 5. c. 6. §. 8. 9.

ſertorum ſaepius effuſum refertur. Iis nempe Pontifex ad ſancta Sanctorum coram Arca Teſtamenti rite inſtructus, in rebus dubiis & perplexis, ad ſalutem regis, totiuſve populi pertinentibus, poſt preces adhibitas, reſponſa & oracula certiſſima coeleſti lumine adflatus excipiebat, promebatque. (§) Aliam vero dixeris *Oraculam prophe-*

OBSERVATIO.

(§) EX vulgatiſſima ſacrorum Interpretum, cum noſtratum tum Hebraeorum & Proteſtantium expoſitione, Sacri Codices Oraculum illud perinſigne vel diſerte adfirmant, vel plane innuunt. E. c. *Lev.* 8. 8. *Num.* 27. 19. ſqq. *Deuter.* 33. 8. & 1. *Reg.* 23. 2. & 9. & 1. *Reg.* 28. 6. & 2. *Eſdr.* 7. 65. ubi & de ſymbolis *Urim* & *Thummim* injicitur tacite, vel expreſſe mentio apud codicem hebraeum.

Prae primis vero Domini ad Moſen praeceptum, eoque involutum Oraculi donum profertur *Exod.* 28. 30. in haec verba „ „ pones autem in rationali judicii Doctrinam „ & Veritatem, quae erunt in pectore Aaron „ quando ingredietur coram Domino „ ubi pro *Doctrina & Veritate* hebraicus codex conſtanter habet *Urim*, quod deſignat lumina, ſeu illuminationes a radice *Ur*, & *Thummim*, quod ſonat perfectiones a *thammam*, perficere.

Conſentiunt vulgo Noſtrates cum *Delr.* diſq. mag. l. 4. c. 1. q. 2. ſect. 1. *Abulens.* in Exod. 28. q. 13. *Cornel. a Lap.* in Ex. 28. 30. & Proteſtantes cum *Buxtorf.* hiſt. de Ur. & Thum. c. 2. *Saubert.* de Sacerd. Hebraeor. par. 2. c. 6. *Polemanno* diſſ. de Ur. & Thum. theſi 1. *Benedict. Davi. Carpzov.* diſſ. de Pontif. Hebr. veſtitu c. 3. n. 5. quibus RR. Hebraeorum copia magna praefulſit, contra unum ferme *Bellarmin.* qui l. 4. de Rom. Pont. c. 3. docuit, illa nomina deduci a radicibus, quibus deſignatur *docere & credere*, ſecundum Vulgatam & LXX. quo rem ſuam conficeret.

Horum vero nominum ratio, ut conjectamur, haec fuit. Dicta fuut ejuſmodi ſacra ſymbola *Urim*, quod ut lux quaedam ignorantiae & ambiguitatis tenebras fulgore ſuo coelitus diſpellerent ab animo conſulentis; *Thummim* vero, quod, quemadmodum omnis prophetia, indubia quoque ſplendoris eſſet promiſſio, & certo Deus quod fulgore pollicebatur, id eventu perficeret, quin dubitationi locus eſſet. Neque vero ab hac interpretatione multum abludunt, qui nobiſcum mox conſenſerant.

Quid autem rei eſſent haec *Urim* & *Thummim*, celebris eſt inter Scriptores cujuſque claſſis contentio. Porro *Fl. Joſephus*, & idem antiquiſſimus & ſapiens Judaeus ac Sacerdos, l. 3. antiq. c. olim 9. haec de Oraculo differit:

„ Per duodecim gemmas, quas in pe„ ctore Pontifex Max. inſutas Pectorali ge„ ſtabat, in bello victoriam praenuntiare ſo„ lebat Deus: nam priuſquam exercitus ſe „ ſe moveret, tantus fulgor ex iis emicabat, „ ut toti populo facile innoteſceret, adeſſe „ Deum, opemque & auxilium ſuum ad„ laturum eſſe invocantibus. Quapropter „ Graeci, qui a noſtra religione abhorrent, „ quum hoc miraculum pro compertiſſi„ mo habeant, ita ut negari non poſſit, pe„ ctorale vocant λόγιον, i. e. Oraculum. „ Deſit tam pectorale, quam ſardonyx (ille „ ſcilicet in utroque humero ſuperhumeralis) „ fulgorem emittere CC. annis antequam „ haec commentaremur, irato Deo propter „ contemtum legum ſuarum. „

Ergo ad mentem Joſephi Urim & Thummim ceu inſtrumenta oraculi quid diverſum non erant a gemmis duodecim, quibus pectorale Sacerdotis enitebat; immo eaedem gemmae erant, quae intelligerentur ad preces Pontificis certum, perfectumque reſponſum reddere hoc duntaxat quod ſingulari promicarent fulgore, ac perſpicuam de ſe lucem projicerent. Quam quidem ſententiam poſt *Liran. Toſtat. Oleaſtr. Riber.* ſtrenue tutatus eſt cit *Delr.* cui Recentiores alii cum *Tirino*, R. *Abarbanel*, R. *Azaria* facile ſubſcripſerunt.

Iis nihilo ſecius, una cum teſtimonio Joſephi, alii repugnant mordicus, eo praecipue, quod exinde fieret, hoc Oraculum inſueviſſe duntaxat de bello reſpondere; quod quidem a vero nimium abludit. Statuuntque inſuper Urim & Thummim fuiſſe nomina certa divina, ſcripta vel ſculpta, duplicationi pectoralis pontificii indita. Id quod ſibi videntur liquido depromere ex cit. *Exod.* 28. 30. Unde putant ſcripſiſſe *Hieronymum* quod pectorale Pontificis duplex fuerit; apertum & abſconditum, ſimplex & myſticum.

Sed & ii perſtringuntur ab aliis, qui nihil eorum introſpiciunt in laudatis Exodi verbis. In diverſas alii abeunt opiniones; ſed omnes

pheticum, quod nempe ſacri ejuſdem legis Vates ferme paſſim edebant.

105 Rurſum Oraculum propheticum dividitur in *Viſionem*, *Verbum*, *Somnium*. Viſio, Hebraeis *roé*, Graecis ὅραμα, eſt vaticinium quo mens cernit ſpiritaliter ſcopum propheticum ipſi coelitus adnontiatum. Verbum, Hebr aeis *dabar*, Graecis λόγος, eſt vaticinium, quo Deus prophetam docet eventum futurum loquutione aliqua, ſcilicet vel mentali, vel externa, tum vel nitide rem exprimente, vel per adlegorias aut aenigmata. Somnium eſt vaticinium, quod dormientibus tantum medio ſimulacro vel phantaſmate divinitus immittitur (*d*) Et haec quidem de praecipuis ſpeciebus praedictionum, quas electis in utroque Teſtamento prophetis proxime Deus per ſeſe, vel per Angelos ſanctos infundit (*e*) dicta ſunto. (*f*).

OBJECTIONES.

106 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Non exhibetur adcurata prophetiae notio. Nam 1.° prophetia ad praeterita porrigitur, quod tradit *Greg.* (*g*) & conſtat ex Joan. 4. 19. Samaritana ſiquidem mulier Servatori dicenti, *quinque viros habuiſti, & nunc quem habes non eſt tuus vir*, reſpondit illico, *Domine, ut video, Propheta es tu*; & pergens ad civitatem clamavit ℣. 29. *venite & videte hominem, qui dixit mihi quaecumque feci*. 2.° porrigitur etiam ad praeſentia, quod cit. Greg. quoque cenſuit; & liquet ex Luc. 2. 76. ubi Joannes Baptiſta dicitur *Propheta*, quod Jeſum ſibi praeſentem adnuntiaturus foret; tum ex Luc. 7. 39. ubi Phariſaeus de Chriſto obmurmurans aje-

omnes tamen, me judice, conjecturis valde tenuibus freti. Quocirca illorum plurium praeſtare ſententiam in re obſcuriſſima cenſeo, qui tenent cum *Auguſt.* l. 2. qq. ſup. Exod. c. 116. id negotii ſimpliciter incertum & ignotum eſſe, atque adeo in medio relinquendum.

Quid enim documentis ſolidis deſtitutus definire auſim quae ſacri codices procul dubio non abſque certo conſilio reticuerunt? Noſſe ſufficiat, quaedam fuiſſe ſymbola peculiaria, per quae Deus ſummo Pontifici ex ſingulari & praeſentiſſimo Spiritus S. adflatu voluntatem ſuam de rebus rite quaeſitis panderet.

Eandem ab cauſſam idem fere dixerim de pluribus, quae heic Recentiores fuſius diſputant ac intrepide definiunt, *Delrio, Buxtorfio*, ac nonnullis *Rabbinis* ducibus: e. c. de qualitate conſulentis, interrogationis, & reſponſi; de virtute, qua per Urim & Thummim reſponſa data ſunt, de uſu oraculi &c.

Qui tamen curioſis ad haec ſtatuenda conjecturis delecteris, ſi otium ſit, Scriptores adeas hac Obſervatione praelaudatos. Quibus addere licet *Vatabl.* in Ex. 28. 3. *Salom. Vantil* de tabernac. c. 28. par. 2. *R. Abraham* fil. *Davidis* comment. de templo c. 36. ap. Ugolin. in collect. t. 9. col. 560. ſqq. eundem rurſus *R. Abraham* diſſ. de veſtitu Sacerd. Hebr. c. 4. ſub fin ap. cit. Ugol. t. 13. col. 90. *Servat. Gallaeum* in diſſ. ſibyllinis c. 13. §. *Non ſolum* ipſum *Ugolin.* diſſ. de Sacerdotio Hebr. c. 6. col. 634 ſqq ad t. 13. *Hermann. VVitſium* in Aegyptiacis l. 3. c. 11. *VVilhelm. Schickard* de jure reg. Hebraeor. theorem. 2 *Eduardum Bernardum* in notis ad Joſeph. antiq. l. 3. c. 8. edit. Havercampi, *Fagium* & alios, quos habes ap. *Criticos ſacros* in Exod. 28. 30. a col. m. 656.

(*d*) Rem hanc docte ac erudite perſequitur cit. *Delr.* l. 4. c. 1. q. 2. ſect. 2.

(*e*) Ex *Laur.* cit. art 9 §. 2. poſt *S. Tho.* in diſputaris q. 12. a. 8. & 2, 2. q. 172. a. 2.

(*f*) Alias *Thom.* ex *Hieron.* fert & explicat prophetiae partitiones 2, 2. q. 174. a. 1. & in diſp. q. 12. a. 10.

(*g*) Hom. 1. in Ezech.

ajebat, *hic ſi eſſet Propheta, ſciret utique quae & qualis eſt mulier, quae tangit eum, quia peccatrix eſt*. Haec Lauraea. Notum denique eſt ex 1. Reg. 9. 9. Prophetas olim ſimpliciter *Videntes* dici; at ratio ſuperne Videntis peraeque ad praeterita & praeſentia protrahitur atque ad futura.

107 R. *N. Adſ.* Praeter ea, quae pro adcurata notione indicavimus, adeſt inſignis *Iſaiae* locus 41. 23. *adnuntiate quae ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia dii eſtis vos*. Ad 1. prob. *N. A.* Nec ea exempla quidquam evincunt, in eis enim *Propheta* late ſumitur pro ſciente quodlibet arcanum coelitus revelatum; ceteroqui revelationem quamlibet, ſi loqui intenderis adcuratiſſime, prophetiam tuto dixeris, quod nemo admiſerit. Haec quidem mens citati *Greg.* ſic differentis, *in duobus temporibus prophetia etymologiam perdit, quia quum ideo prophetia dicta ſit, quod futura praedicat, quomodo de praeterito aut praeſenti loquitur, rationem ſui nominis amittit*. Heinc ad 2. ſimili de cauſſa *N. A.* Quod denique olim Prophetae dicti ſint *Videntes* eo quod peraeque praeterita & praeſentia viderint, atque futura, nullo ſuſpicor demonſtraveris documento: quin immo ad cit. locum haec habet *Gloſſa ordin.* ſcilicet, *Eſdrae verba ſunt, Videns dicitur propheta quia praenoſcit futura* (*h*).

108 Obj. *ſecundo*. Ad tationem prophetiae haud requiritur neceſſario praeſenſio, vel praeſcientia. Nam 1.° ex Eccli 48. 14. corpus Eliſei mortuum prophetavit, & Eccli 49. 18. oſſa Joſeph poſt mortem prophetaverunt. 2.° ex Joan. 11. 51. Caiphas *prophetavit quod Jeſus moriturus erat pro gente*; at praenotionem revelatam non obtinuit de ea, quam praenuntiavit, convenientia mortis Domini, ex communi cum Chryſoſt. (*i*) Nec item Sibyllae (ſi quae verae fuerint prophetides) intellexerunt quae de Chriſto Jeſu prophetaſſe dicuntur. 3.° ex Auguſt. (*k*) poteſt Deus cujuſpiam mentem inſtinctu occultiſſimo movere ad ea proferendum, quae neſcit, quo caſu loquens mere paſſive, ut ajunt, ſe habeat; eo maxime quod Deus per prophetiam intendit praecipue audientium utilitatem, non prophetae. Et plurium quidem opinio eſt (*l*) ſacros Vates ſaepenumero non intellexiſſe quae praedixerunt, quod liquet prae primis ex Jonae vaticinio, ex Jon. 3. 4. Heinc Auguſt. idem concludit (*m*) *Propheta nihil aliud eſt, niſi enuntiator verborum Dei hominibus, qui Deum vel non poſſunt, vel non merentur audire*.

109 R. *N. Adſ.* Nomen *Prophetia* & *Propheta* varie uſurpatum eſt apud gentes, immo apud ſacras paginas. E. c. pro doctrina & hortatione ad pietatem ex 1. *Cor.* 14. 29. ſqq: pro concentu divinarum laudum inſolentiore ex 1. *Reg.* 19. 24. & 1. *Paral.* 25. 1: pro operatione miraculorum ex *Eccli* 48. 14. & *Luc.* 7. 16: pro loquutione de-

(*h*) Conf. *Tho.* 2. 2. q. 171. a. 3. ubi notionem nobis datam & heic explicatam propugnat.

(*i*) Hom. 65. alias 64. in Joan n. 1.

(*k*) De Gen. ad lit. l. 2. c. 17.

(*l*) Cum *Alap.* prooem. in prophetas §. *Rogabis*.

(*m*) L. 2. in Exod. q. 17.

delira & insana ex adflatu pravi genii ex 1. *Reg.* 18. 10: pro certa futuri eventus praedictione absque ulla ejusdem praescientia ex *Joan.* 11. 51. *Dan.* 6. 17. *Jon.* 3. 4. &c. Jam vero prophetia in ejusmodi acceptionibus vel in sensu vulgari, minus proprio, minusque nobili usurpatur, vel per catachresim aut antiphrasim, quoniam propriissima juxta ac nobilissima ratio prophetiae, saltem quod prophetantem spectat, praescientiam una cum praedictione futuri eventus sibi vendicat.

110 Quia enim prophetia Hebraeis vocatur *chason*, hoc est visio, & Prophetae *chosim*, hoc est videntes, *quonium* ex *Basil.* (*n*) *futura tanquam praesentia conspiciunt*: heinc apud omnes ferme Prophetarum libros loco prophetiae legitur *visio*, non autem enuntiatio; sic etenim Isaiae 1. *visio Isaiae filii Amos*, sic Abdiae 1. *visio Abdiae* &c. Quod si sacri iidem Vates futurorum, quae nuntiabant, scientiam non habere deprehensi fuissent, quinam fieri poterat, ut in tantam opinionem apud Hebraeos devenirent? (*o*) Porro apud *Augustin.* (*p*) ille *maxime Propheta est, qui utroque praecellit, ut & videat spiritu corporalium rerum similitudines significativas, & eas vivacitate mentis intelligat*. Maxima ergo, propriissima, & ceteris praeclarior prophetia est, quae perspectam futuri praenuntiationem exhibet (*q*). Heinc.

111 Ad 1. prob: dicitur cadaver Elisei prophetasse, hoc est patrasse miraculum, quoniam ad ejus conspectum mortuus ad vitam revocatus est; quo quidem eventu confirmavit Eliseus prophetiam suam, id est praedicationem de vero Dei cultu adversum Idololatras. Ossa Josephi prophetarunt, quatenus prophetiam, quam Joseph vivens ediderat de exitu Hebraeorum ex Aegypto cum ossibus suis, hanc ossa ejus confirmarunt post annos 144.; totidem quippe fluxere a morte Joseph ad exitum usque Hebraeorum ex Aegypto (*qq*).

112 Ad 3. & 4: propterea Caiphas, Sibyllae, ac Prophetae vaticinia sua non intelligentes, Prophetae proprie dici nequeunt, quoniam prophetias ex certa scientia non ediderunt, sed duntaxat ceu mera instrumenta insensilia, quibus usus est Deus ad enuntianda hominibus placita sua; ad eum plane modum quo Deus haec enuntiaret per bruta animantia, e. g. per equm aut asinum; ii nempe licet tunc vaticinia ederent, Deo operante, vates autem aut prophetae non nisi valde improprie nuncupari possent. Porro finis aut scopus Dei, qui in publicam utilitatem tendat, perinde obtinetur si quis vaticinium sciens, aut nesciens edat, adeoque ejusmodi vaticinium, quod Deum spectat, proprie prophetia erit, non ita vero quod ejus prolatorem, si edat nesciens. Augustinus demum loquitur de prophe-

ta

(*n*) Praefat. in Isai.

(*o*) Ita ferme *Orig.* cont. Celf. l. 1.

(*p*) De Gen. ad lit. l. 12. c. 9.

(*q*) Nobiscum sentiunt *Tho.* 2. 2. q. 171. a. 1. ubi tuetur prophetiam primo, & principaliter consistere in cognitione, tum pari jure ii omnes, qui cum *Cassiodoro* mox cit. methodo dialecticae adstricti definiunt prophetiam per duo praescientiae ac praedictionis adtributa, *Delr.* cit. l. 4. c. 1. q. 1. §. *Dixi tertio. Bened.* XIV. cit. c 45 n. 1.

(*qq*) Si qua vides *Corn.* a *Lap.* in eum loc.

ta ſumto in ſenſu vulgari; & ſecundum id quod prophetia relate ad Deum praefert, ut liquet ex eodem *Auguſt.* deinceps nobis laudato.

113 QUAESTIO II. Quaenam prophetiae authoritas? ADSERO. Summa eſt, nempe divina, ab uno utique Deo authore, a quo immitti poſſit, ſuborta (r). Docent *Sacri Codices*. E. c. *Deut.* 18. 20. ſqq. & 3. *Reg.* 8. 39. & 2. *Paral.* 6. 30. *Iſai.* 4. 6. & 24. & c. 25. 21. & c. 41. 33. & *Jerem.* 17. 9. & c. 28. 9. & 1. *Cor.* 12. 9. & *Act.* 1. 7. & 1. *Petri* 1. 21. Adde *Prophetas* paſſim teſtantes a Deo coelitus adſpirante vaticinia excepiſſe. Tum *PP.* (s) Quid? quod futurorum contingentium, & ſecretorum cordium praenotio, certa Deitatis nota eſt & caracter (t). Eam igitur cuiquam Angelo vel homini adſcribere nefas eſto, Ad haec, vel etiam apud Ethnicos qui ſe futura praedicere profitebantur, a diis inſpiratos eſſe plerumque ſimulabant; cenſentes utique non niſi a diis proficiſci poſſe vaticinia, ſeu divinationes. Quod quidem & illi Aruſpices Babylonii ultro faſſi ſunt ex *Daniele* 2. 11. (u).

114 Porro experientia conſtanti compertum eſt unum quempiam certo neſcire quid is idem olim acturus ſit: quo igitur potiori jure certo vaticinabitur quae aliis agenda ſunt? Conſtat inſuper apud omnes, creatae menti naturaliter id praeſens eſſe non poſſe, quod in nulla cauſſa ullam ſui determinationem, aut conjecturam habet; ſi quae enim nonnunquam futura conjiciendo longe proſpicimus, ea in ſuis cauſſis aliquo modo nobis exhibentur praeſentia: nequit ergo mens creata ſuo conſilio relicta quidquam prophetice praevidere (x).

OBJECTIONES.

115 Obj. *primo*. Creatura mente praedita vi naturali poteſt futura contingentia certo praeſagire. Nam 1.° ita praeſagire poteſt homo vividiore imaginatione inſtructus, quippe quae etiam ea quae in praeſentia non ſunt, repraeſentat. Haec Spinoſa (y) Santevremondus (z) aliique Deiſtae. 2.° futura manifeſtari poſſunt homini, ſi paſſionibus vehementioribus agatur, & gloriae deſiderio ſummo incitetur; Themiſtocles enim praelium Salaminae geſtum praevidit; & Scipio praevidit omnia, quae ſi Carthago everteretur, eventura erant. Sic Helvetius (a). 3.° prophetia pendet a diſpoſitione aliqua natu-

(r) Haec una Anti-deiſtarum & catholicorum omnium ſapientium vox.

(s) Cum *Tertull.* in apol. c. 20. *Orig.* l. 6. cont. Celſ. n. 10. *Hilar.* de Trinit. l. 9. *Hieron.* in Hierem. 17. 9. *Pſeudo-Juſtin.* in reſp. ad q. 146. *Chryſoſt.* hom. 18. in Joan. *Athanaſ.* vulgatus quaeſt. 27. ad Antioch. *Auguſtin.* de diverſis qq. ad Simplician. l. 2. n. 1. & alias, quibus mihi equidem praeiviſſe videtur *Tullius* l. 1. de divinat. ſub fin. quem conſulas.

(t) Id quod fuſe probatum eſt *ſupra* Tom. III. p. 95. n. 81. ſqq.

(u) Vide ſis *Hieron.* in eum loc.

(x) Conf. *Valleſ.* de ſacra philoſ. a p. m. 738. edit. 1587. *Hook.* cit. t. 2. diſſ. praev. ubi de authorit. prophetiae, *Benzd.* XIV. cit. l. 3. c. 46. n. 4. *Cerbon.* cit. theol. rev. l. 1. q. 2. art. 3.

(y) Tract. theol. pol. c. 2.

(z) In examine Relig. c. 7. n. 10.

(a) In ſuo Spiritu diſc. 3. c. 7.

naturali, e. c. ab hominis indole, humoribus, ingenio, ſtudio, variiſque exterioribus rerum cauſſis; quod plerique Rabbinorum tenuerunt (*b*) atqui haec omnia vi naturae adtemperari tandem poſſunt in ordine ad edendum certum de re futura vaticinium.

116 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* temere excogitatum. Quippe imaginatio vividior pleraque ſaepenumero confingit, & quae plane repugnant, repraeſentat; verum ut ea, ſeorſim ab auxilio ſuperno intercedente, certo dignoſcantur, quae pendent a cauſſis liberis, nec ullam habent determinationem, nullus uſpiam adſequutus eſt. Porro futura pleraque per viſionem imaginariam ſacri Vates edocti ſunt; at Deo tamen ſuperne agente. Neque vero prophetia ſita eſt in viſione imaginaria, ſed in certa mentis cognitione (*c*). Ad 2. *N. A.* Quae de Themiſtocle & Scipione feruntur ad eas pertinent meras conjecturas & divinationes fortuitas, quae hominibus ſollertiſſimis, & in rebus humanis exſercitatiſſimis ſaepe merito adtribuuntur (*d*) Ad 3. *N. Ma.* Quod ex uno arbitrio Dei donantis pendet, nullam in recipiente diſpoſitionem, quam donator ſupplere poteſt, praeexigit (*e*). Rabbinos illos enormiter erraſſe, exinde conjice, quod ea ratione perſuaſi Danielem ac Davidem e numero Prophetarum ſubduxerint (*f*).

117 Obj. *ſecundo*. Rurſum mens creata poteſt ſuapte natura certo praedicere futura contingentia. Nam 1.° ex *Greg.* (*g*) *ipſa aliquando animarum vis ſubtilitate ſua aliquid praevidet*, ac prae primis in hora mortis; adduxitque illico exempla plurium, qui morti proximi futura praedixerunt. Et *Auguſtin.* quidem cenſuit (*h*) quod animis humanis ſecundum quod a ſenſibus abſtrahitur, competit futura praevidere. Id ipſum quantum ad jamjam morituros docuerant primum *Plato* (*i*) & *Tullius* (*k*) 2.° quaedam bruta animantia praecognoſcunt certo futura ad ſe pertinentia inſtinctu quodam naturali ex Jerem. 8. 7; at hominibus tanto praeſtantioribus natura noverca non eſt: ergo. 3.° daemones olim apud Ethnicos futura paſſim praedixerunt in Oraculis, quae poſtea confirmavit eventus, puta in ſtatua, vel Oraculo Delphico, Dodonaeo, Jovis Hammonii, Aeſculapii, Mercurii, aliiſque propemodum innumeris.

118 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Gregor. & Auguſt. loquuti ſunt de praeſenſione aut praedictione per conjecturas, quae connexionem aliquam habet cum cauſſis naturalibus. Si autem morituri certo praenoſcant quae per naturam reſciri nequeunt, haec divinitus praeſagiant oportet. Quod ſi contra ii SS. Doctores intelligendi veniant, Auguſtino opponimus Auguſtinum proxime laudatum pro Adſerto noſtro,

(*b*) Ap. *Calm.* praefat. in prophetas art. 3. ex Majemon. & Grot.
(*c*) Conf. *Thom.* in diſput. q. 12. art. 7. & 2. 2. q. 173. a. 2.
(*d*) Lege *Thom.* 2. 2. q. 182. a. 1.
(*e*) Id ipſum pluribus perſequitur cit. *Tho.* in diſp. art. 4.
(*f*) Ap. laudat. Calmet.
(*g*) L. 4. dialog. c. 26.
(*h*) Sup. Geneſ. ad lit. c. 13.
(*i*) In Apolog. pro Socrate.
(*k*) L. 1. de divinat. c. 30.

ſtro, atque Gregorio ceteros Patres ibidem adductos. Platonem vero ac Tullium, utpote paganos ſuperſtitioſos non curamus. Ad 2. *N. Con.* Bruta animantia inſtinctu praenoſcunt futura ex ſuis cauſſis, illorum phantaſiam moventibus; homines vero ratione longe nobilius & uberius futura, quae in cauſſis latere conjiciunt, praeſagire poſſunt (*l*).

119 Ad 3: ejuſmodi famoſa Oracula in reſponſis quantum ad futura contigentia, quae nullam in ſeſe determinationem habuerint, aut fortuito rem adtigerunt, aut falſa deprehenſa ſunt. Heinc qui oracula reddebant, ne caperentur in ſermone, reſponſa ut plurimum obſcuris latebris ambiguitatis obtegere conſueverunt (§).

120 QUAESTIO III. Ecquis, divino adflante Spiritu, edere poſſit prophetiam, hoc eſt certam & infallibilem praedictionem futuri cujuſpiam contingentis? ADSERO. Poſſunt utique Angeli cum boni, tum pravi; tum homines quicumque juſti & peccatores, viri, feminae, pueri; heterodoxi & ethnici (*m*). Quippe prophetia nec cum caritate, nec cum diſpoſitione naturali proxima connexionem importat, ſed ab una pendet inſpirantis Dei voluntate; quae propterea iis omnibus tanquam inſtrumentis uti poteſt prophetiis edendis, non ſecus ac patrandis miraculis ex *nuper* adſertis. Prophetias autem a ſingulis ferme perſonis cujuſque claſſis ex iis, quas Adſertum praefert,

(*l*) Conf. *Tho.* 2.2.q.172.a.1. & *Raph. de la Torre* in 2.2.q.95.ar.1.diſp.2. in reſp.ad 3.

OBSERVATIO.

(§) ADſerti hujus teſtes illico produci poſſunt *Tullius* de divin. l. 2. c. 54. *Tertull.* in apolog. c. 22. *Euſeb.* pr. ev. l. 5. c. 10. Quin etiam illud in negotio de oraculis profanarum gentium haud paucis commonſtrare liceret, quod ea nempe, quae apud Hiſtoricos vulgo circumferuntur, minime a pravis geniis, ſed a fraudibus duntaxat, technis, cavillis eorundem Myſtarum profanorum architectata fuerint. Id quod perdocte atque erudite oſtendit *Anton. Van Dale* Medicus Batavus duabus diſſ. de oraculis ethnicorum edit. Amſtelod. 1683. auctioribuſque ibidem recuſis 1700.

Quum autem quaeſtio haec illam aliam ſibi adnexam ferat celeberrimam de ſilentio eorundem oraculorum ſub ipſum Servatoris noſtri adventum, ideo utramque heinc a Vandalio, illeinc a *Jo. Franc. Baltho* Soc. J. olim acriter agitatam, *infra* tanquam in ſede propria ſerio excutiendam duximus, Deo auſpice, ad Tom. VII. ubi de Nativitate Chriſti Domini fermo erit.

Porro de profanis ejuſmodi oraculis, non modo Graecorum, ſed etiam Hebraeorum, Romanorum, ac omnium fere gentium ethnicarum, quum olim polytheiſmum colerent, multa multi, cum veteres, tum recentiores, quos conſulere interea poſſis, cum *Heſiodo* l. de orac. *Tull.* in libr. de divi. nat. *Plutarch.* de orac. defectu, *Lact.* inſt. l. 2. c. 6. 17. & alias, *Euſeb.* pr. ev. l. 6. c. 4. & ſaepius, *Auguſt.* l. de divinat. daemon. *Horozco* de vera & falſa prophet l. 1. c. 14. *Villalpand* in Ezech. t. 1. par. 1. c. 2. & ſaepius, *Torreblanca* in epitome delict. l. 1. c. 12. *Delr.* cit. l. 4. c. 2. q. 2. *Jo. Opſopoeo* in tr. adpendice de oraculis metricis Jovis, Apollinis, aliorumque deorum ac vatum, gr. lat. libris VIII. ſibyllinis adjecto, *Van Dalio* & *Baltho* citt. *Jac. Pignatellio* in noviſſ. conſultat. can. t. 1. conſult. 81. a p. m. 300. edit. coſmop. 1711. *Bened.* XIV. cit. l. 3. c. 46. num. 7. *Calm.* in dict. bibl. art. *Oraculum.*

(*m*) Conſentiunt vulgo TT. cum *Tho.* in qq. diſp. q. 12. a. 5. *Laurae.* cit. diſp. 19. ar. 9. §. 3. *Suar.* de fide diſp. 8. ſect. 7. *Gotti* de vera relig. t. 3. cap. 11. §. 2. *Bened.* XIV. cit. l. 3. c. 45. n. 8.

fert, editas plurimi (*n*) collegerunt ex ſacris literis & SS. Patribus. Sed omnium celebratiſſimae quidem ſunt prophetiae illae, quae Sibyllis profeſſione paganis adſcribuntur. At de iis tamen ex inſtituto agemus tanquam in ſede propria ad Tom. VII. ubi de Meſſia divino a Sibyllis praenuntiato.

121 QUAESTIO IV. Quid de vaticiniis comparate ad Religionem ſupernaturalem? ADSERO I. Eorum copia praeſtantiſſima cunctis temporibus decorata & communita enituit haec Religio. Porro quae ad legem naturalem & ſcriptam adtinent, paginis antiqui foederis continentur, novi autem quae ſpectant evangelicam, quae reliquum denique temporum eccleſiaſticorum fluxum hiſtoriis adcuratioribus, actiſque in cauſſis ſervorum Dei pro beatificatione & canonizatione ipſorum (*o*).

122 II. Sunt caracter conſpicuus ejus divinitatis, veritatis & unitatis. Quippe neceſſario ſit, oportet, divina, vera & una prae ceteris quibuſque Religio illa, quae tot gaudet vaticiniis ab uno ſacro Numine divinitus agente profectis, a viris & feminis ſanctiſſimis ſimpliciter ac ſine dolo praenuntiatis, atque ipſo eventu pene ad evidentiam confirmatis. At enim ejuſmodi ſunt religionis ſupernae vaticinia relate ad potiſſima ejus myſteria, ſiquanter ad redemtionem generis humani, & Eccleſiam a Servatore noſtro conſtitutam (*p*).

123 III. Caracter hic vaticiniis ſacris coelitus inſculptus argumentum eſt praeclariſſimum juxta ac efficaciſſimum pro veritate Religionis ſupernae. Nequit enim is hominem ſiniſtri cujuſpiam praejudicii expertem, eumque diligenter perſcrutantem non rapere vehementer ad dignoſcendum, profitendumque veritatem; quod nimirum unice vera ſit, Deo grata, & hominibus ſalutaris, ea religio, quae hujuſmodi vaticiniis inſtructa ſit & confirmata. Neque vero vaticiniis probe cognitis, quum eventibus comprobantur, minor ineſt vis percellendi, perſuadendique homini, quam inſit miraculis: immo vaticinia quo ſenſu a Deo ſuperne agente procedunt, miracula dixeris. Idcirco vaticiniis ceu fundamento firmiſſimo Religio ſuperna innititur.

(*n*) Una cum *Scriptoribus* proxime laudatis.

(*o*) Utriuſque foederis Vaticinia, prae primis quae Chriſtum D. ſpectant, vindicant *ſacri interpretes*: tum partim, vel ex integro *Anti-Deiſtae* cum *Huet.* dem. ev. prop. 6. 7. ſqq. *Hook.* t. 2. ubi de lege judaica & chriſt. ſparſim, *Valſeck.* l. 2. c. 17. *Cerbo.* theol. rev. l. 2. q. 1. art. 3. *Anony.* tr. de verit. rel. chr. de an. 1689. ſect. 4. c. 5. ſqq. *Diroys* in probat. & praejud. pro relig. chr. par. 2. libri 5. *L. F.* in probat. pro verit. relig. Chriſti ſect. 1. c. 1. ſqq. *Pontbriand* de ver. rel. chr. c. 12. ſqq.

De ceteris autem in Chriſtianiſmo hominum, feminarumque vatum prophetiis varii pluribus differunt cum *Beſ.* de ſign. Eccl. lib. 6. c. 2. *Bagatta* de admir. orb. chriſt. lib. 4. cap. 2. §. 1. cit. *Bened.* XIV. l. 3. c. 47.

(*p*) Id ipſum pluribus exponere, & confirmare pergunt mox citt. Polemici *Antideiſtae*, quos adi ſis.

OBJECTIONES.

124 Obj. *primo* contra 11. Adſ. Vaticinia quae legimus in ſacris literis, divinitatem non praeſeferunt. Nam 1.° illae nihil aliud ſunt quam merae adlegoriae, quas utique unuſquiſque pro ingenio ſuo de Chriſto interpretatur. Haec *Epiſcopius*, *Collinus*, alii ejuſdem furfuris. 2.° eorum pleraque flexiloqua ſunt, valde obſcura & ambigua, generalia & indeterminata: quo quidem nomine oracula quae olim ethnicorum vates ac prophetides edidiſſe feruntur, ceu falſa merito repudiantur. 3.° quae ex illis magis perſpicua ſunt ac plane determinata, nihil continent, quod ſagacitas humana non potuerit facile praevidere; cujuſmodi ſunt e. c. oracula illa de captivitate futura decem tribuum ac deinceps Judaeorum. 4.° in vaticiniis Propheiarum, ſi ea adcuratius introſpexeris, nihil aliud videris, ac vivacitatem imaginationis, quam vel ipſis ethnicorum pſeudo-vatibus nemo abjudicat; tum effecta eorumdem Prophetarum praejudicrorum, educationis, temperamenti: ergo nihil in eis divini elucet. Sic argutatur cit. *Spinoſa*.

125 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Plura quidem ex antiquo foedere adlegorica ſunt, vel typica. Quid tum vero? Nulli notum non eſt, antiquum foedus novi ferme ex integro typum eſſe, ac perplurium ex iis typis non niſi Chriſtum Dominum una cum ejus Myſteriis antitypum eluxiſſe. Non itaque pro cujuſque arbitrio, ſed ex graviſſimis fundamentis eas adlegoricas prophetias ceu indubie tendentes in Chriſtum jure interpretamur (*q*). Ad 2: ejuſmodi plane fuerunt omnia Paganorum oracula, atque adeo tametſi alia deeſſent, jure repudianda; verum a ſanctis Prophetis pleraque perſpicue ac determinate praedicta ſunt, ut de Chriſti adventu, geſtiſque nihil dixerim: e. c. fata omnia cum gentis judaicae, tum imperiorum externorum; nec non eventa quaedam particularia cum ſingulis quibuſque locorum & perſonarum adjunctis (*r*).

126 Ad 3: nulla mens creata ſibi relicta potis eſt ad certo & infallibiliter praenuntiandum futurum quidquam contingens, quo pacto ſanctis prophetis complura praedicta ſunt & opere completa. Heinc Ad 4. *N. A.* inſcitia & impietate plenum. Quid quaeſo ea omnia conferant ad vaticinandum vel ne unum quidem ex iis propemodum innumeris, quae SS. Prophetis praedicta novimus & eventu comprobata? Apage perridiculas nugas (*s*).

127 Obj. *ſecundo*. Rurſum vaticinia ſacrae paginae divinitatem non praeſeferunt. Nam 1.° fatendum eſt cum Spinoſa, pleraque eorum tanta obſcuritate obvoluta eſſe, ut omnem creatae mentis captum praetervolent, atque adeo vaticinantis dolo aut imaginationi tribuenda; tum etiam cum Porphyrio plura ita eſſe perſpicua, ut non niſi poſt eventum conſcripta viro cordato credenda ſint. 2.° Pro-

(*q*) Recole *Huet.* cit. prop. 7. & 8. ubi de lege judaica a p.m. 100. edit. Ven. 1763.
(*r*) Exempla congeſſit cit. *Hook* t. 2. (*s*) Lege cit. *Valſech.* l. 2. c. 17. §. 21.

Prophetae ſacri quandoque ſibi mutuo contradicunt: ſic enim e. c. *Exod.* 34. 7. pugnat cum *Ezech.* 18. 4. & 1. *Reg.* 15. 28. cum *Hierem.* 18. 6: addi poſſent permultae antilogiae e ſacris libris excerptae ab Interpretibus, ut puta ab *Auguſt. Richar.* mon. Cluniac. *Zeraphiuo Cumirano*, *Tirino*, qui circ. 1450. antilogias ex ſacris libris collegit (*t*) aliis. 3.° etiam apud Iſraëlitas pſeudo-prophetarum numerus plus nimio excrevit ex *Deut.* 43. 5: perpetua itaque manet ſuſpicio, annon ex iis profecta ſint quae feruntur vaticinia, ſive a veris prophetis.

128 R. *N. Adſ* Ad 1. prob: placuit Deo pleraque eorum prophetis nitidiſſime ſuggerere, quo Spinoſam audacem deterreret; alia vero ſubobſcure, quo Porphyrium incredulum confunderet: ecquis Domino legem & modum poſuit in revelandis ſapientiae ſuae arcanis? (*u*) Ad 2. *D. A.* ſibi re ipſa contradicunt, *N*; in ſpeciem vel adparenter, *C.* Iidem, qui laudantur, Interpretes, immo & reliqui omnes ubi occurrunt objecta loca, immo & cetera ſecum in ſpeciem pugnantia, pugnam quamlibet ſolidis commentariis e medio tollunt. Eos conferas. Ad 3. *N. Con.* Quippe ex conſtanti Judaeorum & Chriſtianae Eccleſiae traditione certo novimus, quos tradunt ſacri codices, inter ſanctos & veros prophetas eſſe recenſendos (*x*).

129 Obj. *tertio*. Contra 111. Adſ. Vaticinia, quae feruntur apud hiſtorias eccleſiaſticas non ſunt argumentum efficax pro veritate ac unitate Religionis ſupernae. Nam 1.° unaquaeque religio prophetas ſuos jactitat & prophetias, ut liquet ex oraculis apud ſibyllas, alioſque vates paganorum, ex oraculis apud Priſcillam & Maximillam in ſecta Montaniſtarum &c. 2.° ſubdifficilis eſt ac vel homini ſagaciſſimo impervia verae prophetiae cognitio; quia enim prophetа ille eſt qui certo praedicit rem, quae intra cauſſas naturales non latet; at perquam difficile eſt intelligere quidquid latet aut non latet intra cauſſas naturales: ergo poſita qualibet prophetia, prudens ſuſpicio ſupereſt, anne illa vera prophetia ſit, aut falſa. 3.° ipſi veri prophetae haud ſtabili curſu, ſed ex tempore vaticinantur, ac ſpiritu proprio quandoque loquuntur: quis ergo certo intelligere poſſit illos prophetias, quae pro veris habentur non fuiſſe loquutos ſpiritu proprio, ſed Dei, quin dubitet illas fortuito eventu confirmatas eſſe? 4.° etiam apud hiſtorias eccleſiaſticas percenſentur prophetiae, quas Critici ad apocryphas amandant; e. c. quae tribuuntur S. Malachiae, Abbati Joachimo, Authori cujuſdam codicis, adſervati olim ap. Patres Ciſtercienſes monaſterii Populetani in Catalonia (*y*) &c.

R. *N.*

(*t*) In ſacr. Script. t. ult. indice 4.

(*u*) Plura de hacce perſpicuitate, ac obſcuritate differenda ſuperſunt ubi de Scriptura ſacra: interea vide ſis *Theodoret.* in Iſai. 29. 11. & *Calmetum* praefat. in Prophetas art. 5.

(*x*) Conſule *Huet*, dem. ev. prop. 9. c. 171. §. 1. ſqq. *Hook* cit. t. 2. diſ. de prophet. ubi de claritate ac obſcuritate prophet. praememoratum *Calm* art. 4. & 5 *Auctorem* de probationib. relig. Chriſti t. 2. c. praelim art. 2.

(*y*) Ap. *Feijoum* in theat. univ. t. 2. diſc. 4. §. 7.

130 R. N. *Adſ.* Ad 1. prob: id ipſum argumento eſt, veram prophetiam ex communi hominum conſenſione religionis verae caracterem eſſe. At quae tamen objiciuntur, dicendae ſunt pſeudoprophetiae, pſeudoprophetis editae. Ad 2: non deſunt canones, quibus viri ſcientia & prudentia praediti eam difficultatem adcurata rei meditatione ſuperent, habita ſubinde morali quadam de veritate prophetiae certitudine. Ad 3: ſunt quoque canones, quibus aliqua certitudine haberi poſſit, prophetam non ſuomet ſpiritu, ſed divinitus agitatum verba, quum prophetavit, fudiſſe; atque adeo eventu certo, non fortuito vaticinium comprobari. Ad 4: argumenta, quae hujuſmodi prophetiarum falſitatem conficiunt apud Criticos, evincunt pariter veritatem plurium, quae ſub facie & adjunctis toto coelo diverſis ſub oculos objiciunt Hiſtoriographi noſtrates (§).

131 Nec deerunt quidem illuſtrando ſancto dogmati de Vaticiniis ſupernis teſtimonia e ſacra Vetuſtate depromta. Ea jamjam ſubjicimus.

OBSERVATIO.

(§) DE ſignis verae ac falſae prophetiae multa diſputant Authores, & quibus veram a falſa diſcernas, varios excogitarunt canones, ſed qui tamen ferme omnes exceptiones patiuntur ſuas. Id quidem negotii ſubdifficile eſt, laboris & periculi plenum. Multa etenim praedicuntur, & eventu gaudent, quae in caſum ſine dubio refunduntur; nec pauca ſane, quae in cauſſis naturalibus latent, ac ope rei magicae, divinatoriae, veneficae, praedici valent, magiſtro daemone, cum eventu, quae ſubinde doctoribus etiam ſagaciſſimis vaticinia videri poſſint divina; qui enim probe noverit quouſque ſagaciſſimus quiſque ingenio ſuo, aut ope daemonis in cauſſas naturales penetrare valeat, ſeu nequeat, rarus erit. Quid autem ſi prophetia ſit quidem divina, in ſe ſe tamen latentem imbibat conditionem?

Ergo ut duces habeas quum tibi veritas aut falſitas cujuſquam vaticinii definienda occurrat, conſule ſis praelaudatos *Horozeum Huet. Hook*, *Bona*, *Calm*, tum *Suar.* de fide d. 8. ſect. 4. ſqq. *Feijoum* cit. t. 2. diſc. 3. 4. *Scucchum* tr. de notis & ign. ſanctit. ſect. 8. c. 2. *Bened.* XIV. cit. l. 3. c. 47. quibus addi poteſt e Proteſtantibns *Van Dalius* in diſſ. de falſis prophetis ac falſa prophetia.

CLASSIS IV. MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Vaticiniis ſupernis.

E RE MARTYROLOGICA.

1 *De virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque miraculis, deque myſterio Incarnationis ejus multa quidem tam Prophetae quam viri ſpirituales* praedixerunt ... *De Incarnatione vero ipſius adcurate* ſcripſerunt Prophetae, *deque morte & paſſione ipſius, ac reſurrectione a mortuis, quorum teſtes Chaldaei ac Magi...*

S. THEO-

S. THEODOTUS M. uti *supra* p. 64.

De hujuſcemodi Vaticiniis re ſplendide comprobatis fuſiorem orationem paullo poſt inſtituimus. Quos autem, inquies, deſignare intendat Martyr per *τὸ viri ſpirituales*? At mea quidem ſententia, eos intelligit, qui quum in numero Prophetarum recenſeri non conſueverint, praelaudatos tamen eventus ceu veri Prophetae praedixerunt, ut puta e. c. Moſes ex *Geneſ.* 49. 10. & alias, David in *Pſalmis* ſaepe numero, Zacharias Praecurſoris Domini parens ex *Luc.* 1. 68.

2 Propheta *clamat interminans*, non eſt qui faciat bonum, *omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt* (*) *Ideo purgare te non potes.*

(*) Ex *Pſal.* 13. 3. & 52. 6.

S. ACHATIUS M. objurgans Martianum Judicem, quod innocentes ſuppliciis addiceret (ex *Act.* Sancti n. 3. Vide ſis cit. Adpend. p. IV.)

Davidem Prophetam, ejuſque vaticinium ceu quid ſupernum venerabundus laudat heic Achatius.

3 *Ubinam terrarum Filius hominis poſtquam venerit, fidem poterit invenire?* (*) *Audio enim quod unuſquiſque ſocium ſuum prodat, ut compleatur quod dictum eſt* (**), frater fratrem tradet ad mortem.

(*) Ex Luca 18. 8.
(**) Prophetice per Matthaeum 10. 21.

S. PIONIUS M. cum lacrymis verba fundens ad quoſdam lapſos detentos carcere, qui *per vim tracti fuerant ad immolandum & magnum fletum excitabant*, uti habent Acta Sancti Bollandiana n. 12. (ex Act. citt. in Adpend. p. 111.)

En tibi duo haec Vaticinia e ſacro Codice petita oſtendit palam Pionius indubitanter credere ac profiteri.

4 *Tu quidem Juliane, malis cruciatibus* in lecto tuo morieris: *nam tyrannus tuus* (*) *qui ſperat in paganos victoriam facere*, non poterit vincere; *ſed ita occidetur, ut ne quis cogноſcat a quo fuerit interfectus, & nec in terram Romanorum revertetur.*

(*) Julianus Auguſtus

S. THEODORITUS M. hoc effudit ſupernum oraculum adloquens Julianum Comitem (ex Act. Sancti citt. in Adp. p. XV.)

Haec quidem publica Martyris Prophetia in utroque Juliano mirum in modum impleta eſt, eiſdem *Actis* referentibus n. 4. & 5.

Quod

Quod vero famoſam Juliani Auguſti necem ad an. 363. 26. Jun. aetatis 31. ſpectat, ajunt Acta, quod inter praeliandum cum Perſis *ſubito veniens ſaggitta de aëre percuſſit eum ... & ſic veniens in quamdam civitatem, crudeliter mortuus eſt*; alii vero clandeſtinis inſidiis necem tribuerunt ex Ammiano Marcell. hiſt. l. 25. n. 3. alii hoſtili conto, quod Perſis frequens armorum genus, cum I. A. Fabric in ſalut. luce Evang. c. 14. p. m. 338. rumor demum incertus per transfugas jactato, ferebat, *Julianum telo cecidiſſe Romano* ex cit. Amm. n. 6. aliter alii. Ut ut autem ſit de hoc mortis genere, at certum tamen eſt tum occubuiſſe Julianum, quin de authore mortis certo conſtaret, nec in terram Romanorum remigraſſe: qui porro ſingularis eventus vaticinium Theodoriti adverſum Deiſtas invicte comprobat.

E RE LAPIDARIA.

Nullam porro Epigraphen ſollicitanti mihi ſuppeditat Antiquitas Lapidaria, quae unum aliquod Vaticinium ſupernum exſerte praeferat; ſed non paucas exhibet in theſauro ſuo, ſacra dogmata, myſteria, vel miracula adſerentes, quae Vaticinia praeterita ceu finem & ſcopum unicum reſpexerunt, quibuſque illorum veritas confirmata eſt, aut fide ſancta creditur confirmanda. Haec autem Vaticinii magna pars & illuſtrior, nimirum eventus, qui ſui praedictionis veritatem manifeſto adprobat; jacet enim quaſi ingloria Pruphetia donec eventu, quem praedixerat, confirmetur. Ergo operae pretium duximus ad uberiorem dogmatis de Vaticiniis ſupernis illuſtrationem, nonnullas e Re Lapidaria producere ſeu repetere Epigraphes, demonſtrantes eventus praeclariores, qui ſacra Veterum Vaticinia teſtatiſſima reddunt & illuſtrant.

5



Videlicet
Hermaiſce. lux. vi
vis. in. Deo. domi
no. Chriſto. anu
orvm. x. menſi
vm. ſeptem

Ro-

Romae in Muſeo Kircheriano ap. cimelium monumentorum chriſtianorum.

Titulus hic ſingularis (cujus aetatem voluit ante-nicaenam *Lupius*, qui eum exſcripſit, vertitque ubi de Epit. Severae p. 191.) Chriſtum Dominum Deum exprimit, in quo nempe confirmata ſunt pleraque Vaticinia e veteri praeſertim Teſtamento, quae diſerte praenuntiarunt quemdam fore venturum Redemtorem mundi, hebraico nomine *Meſſiam*, graeco χριστον, latino *Unctum*, qui homo & Deus eſſet. (Conf. *Galatin.* de arcan. l. 3. c. 2.) Quod autem Meſſias hic jamdiu venerit, idemque ille ſit Chriſtus Jeſus, quem cernui colimus cen Hominem-Deum, Vaticinia praeclariſſima teſtata ſunt. Ea prae primis ex *Geneſ.* 49. 10. ex *Dan.* 9. 34. ſqq. ex *Aggaeo* 8. 9. Haec pluribus tempore illuſtrabimus. Interea conferat qui volet Theologos ubi agunt de adventu Meſſiae contra Judaeos.

Quantum vero ad Divinitatem Meſſiae noſtri Chriſti Jeſu, eam ſaepenumero vaticinatus eſt Deus per Scriptores canonicos ſacri Codicis. Liquet nimirum ex *Geneſi* 22. 18. *Deut.* 18. 15. adjecto *Act.* 3. 12. ex *Pſ.* 2. 7. adjecto *Act.* 13. 33. & *Hebr.* 1. 5. & 5. 5. ex *Pſ.* 44. 7. & 109. 1. adjecto *Matth.* 22. 43. ſqq. ex *Iſa.* 35. 4. & alias, ex *Jerem.* 23. 6. & 36. 16. ex *Baruch* 3. 36. ſqq. ex *Mich.* 5. 2. ex *Luca* demum 1. 31. Haec autem, pluraque divini codicis loca de Divinitate Chriſti praenuntiata ſapienter exponunt ſacri Interpretes, quibus merito addendi *Suar.* in 3. p. t. 1. d. 2. ſ. 2. & *Athanaſius* in comment. de Divinit. Chr. par. 1. l. 1. fere per tot. ac deinceps.

Scio equidem flocci haec omnia facturos Deiſtas, rejicientes utique pervicaciter quidquid ſupernam rem ſubolet; hoc tamen capite ethnicis obcaecatiſſimis & iidem adcenſendi: quid autem a jaculis ethnicorum pertimeſcendum ſupernae fidei, quam univerſa religio chriſtiana amplectitur & pro aris & focis tutatur? Unitarii vero ſeu Sociniani, qui rerum ſupernarum ordinem profitentur, ne cogantur iiſce Vaticiniis Divinitatem, quam impii denegant, Chriſto Domino adjudicare, millenis illa interpretationibus, tricis, cavillis obſcurare atque eludere pergunt, ubi a Polemicis noſtris invicte perſtringuntur cum *Athanaſio* proxime laud. c. 17. quem vide ſis.

6 ✻ BEATA · DI · GENETRIX · SEMP · VIRGO · MARIA
DE · TVA · TIVI · DONA · LEO · INDIGNVS · EPC &c. *A. C.* 871.

In civitate Caſtellana ſub atrio ſacrae aedis Epiſcopalis prope fontem baptiſmi ap. Fontanin. in diſco chr. c. 12. p. 33. ex Bonarrota.

Sacra Mariae Dei Matris VIRGINITAS, quam exprimit Saxum, ille fuit eventus mirabilis, qui praeclare confirmavit Vaticinium Iſaiae, ſic loquuti *Iſai.* 6. 14. ſqq. *Dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel,*

nuel, butyrum & mel comedet ut ſciat reprobare malum & eligere bonum. Idemque Vaticinium uti iam impletum laudatur *Matth.* 1. 22. ſq. Conſule ſis ſacros Interpretes in haec duo loca.

7 TVA DE TVIS TIBI OFFERI
MVS . . CHRISTE . . . .
EA PROPITIVS ADCIPE FILI
ET VERBVM DEI QVI CAR
NEM ADSVMSISTI ET CRVCI ADFIXVS FVISTI
NOSTRI CAVSSA . . . .

Conſtantinopoli, uti ſupra p. 87.

CRUCIFIXIO Chriſti Domini, quam praeter alia myſteria Lapis commemorat, eventus eſt funeſtiſſimus juxta ac univerſo generi humano ſaluberrimus, quem praenuntiavit *Zacharias* 12. 10. ac 13. 6. Tum ipſum eventum idem qui cruci adfigendus erat Chriſtus praedixit Apoſtolis ex *Matth.* 20. 19. Et decebat quidem cruci humillime ſuffigendi majeſtatem ſupplicium adeo ignominioſum praemiſſa vaticinii divini gloria decorare. De praejactis Zachariae praedictionibus plura ſacri Interpretes in ea loca cum cit. *Athanaſ.* l. 1. par. 1. c. 16. §. 5. Literata Saxa id genus complurima brevitatis ergo miſſa facimus.

E RE LITURGICA.

8 *Vere dignum. Quoniam merito huic* (S. Joanni Baptiſtae) *inter hominum filios nemo prælatus eſt, quem ab exordio ſui uſque in finem tot bonorum inſignibus, tot chariſmatum ſplendoribus conſecraſti; decebat enim ut ineffabile Domini Sacramentum, quod Prophetica voce praedixerat, viſibiliter etiam monſtraturus, ceteris ejus Nuntiis eminentior appareret. Unde cum Angelis* &c.

E SACRAMENT. VULGO LEONIANO IN NATALI S. JOAN. BAPTISTAE, MISSA III. IN PRAEFAT. (ap. cit. *Murat.* t. 1. col. 325.)

Effert ad ſidera Joannem Praefatio haec ceu Prophetarum omnium Prophetam ſummum & principem. Et jure quidem optimo; quia enim & Meſſiam Deum venturum eſſe coelitus praedixit verbis illis ex *Joa.* 1. 27. *ipſe eſt* (Chriſtus) *qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt . . . ut manifeſtetur in Iſraël, propterea veni ego in aqua baptizans*, & Meſſiam praedictum digito jam praeſentem demonſtravit, ſic divine loquutus, *& ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei . . . ecce Agnus Dei*. Quid autem iis praecla-

clarius dici aut fingi poteſt ? Merito itaque Ss. Domini Praecurſor ceteris quibuſque praeferendus prophetis.

Heinc vero decuit & oportuit Prophetam tantum ab aliis Prophetis minoribus praenuntiari. Sic enim ex *Malachia* 3. 1. *Ecce ego mitto angelum meum & praeparabit viam ante faciem meam*, videlicet Joannem, Chriſto eodem Interprete ex *Matth.* 11. 10. Sic itidem ex *Luc.* 1. 76. Sic denique, quod caput eſt, ex *Matt.* 11. 9. Chriſtus Dominus in divina panegyri ad turbas habita de Joanne, *ſed quid exiſtis videre ? Prophetam ? Etiam dico vobis, & pluſquam Prophetam*; videlicet Propheram, quod Meſſiam venturum ceu Praecurſor ejus praedixerit; & pluſquam Prophetam, quod ipſum digito jam praeſentem oſtenderit: ſubinde Dominus panegyrim celebratiſſima illa peroratione abſolvit, *amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum major Joanne Baptiſta.*

Ex iis autem ſatis mirari non poſſum eorum inſolentiam veterum Proteſtantium, qui Evangelium Chriſti tenentes ac propugnantes, tot nihil ominus confictis naeniis Prophetae tanti dignitati, virtutibus, laudibus detrahere auſi ſunt. Et vero, praeterquam quod eos plurimi cum *Caniſio* Soc. J. invicte revinxerunt, Eccleſia univerſa orthodoxa Joannem meum eximie vindicat, eum praecipuis honoribus concelebrans. Plura id genus Documenta alias.

E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS.

Hoc demum Capite documentis effigiatis comuniendi & illuſtrandi veniunt plerique ſacrorum eventuum, quibus complura veterum Prophetarum vaticinia divinitus completa ſunt. Dum vero eventus proponimus, de veritate vaticiniorum, in eos directa facie tendentium quis mente ſanus ambigere queat ? Iis adde quae ſub initium hujuſce Claſſis praemonuimus.

9

Romae ap. Muſeum ſacrum Vatic. Benedictinum, a Benedicto P. XIV. conditum.

Vides in perpulcro documento ex jaſpide antiquo, quod primum fortaſſe edidit Cl. *Paciaud.* praefixitque in fronte commentarii antiquitat. chriſt. de cultu S. Joan. Baptiſtae, Divum Praecurſorem Domini, qualem divinitus praenuntiarunt e coelo *Gabriel*, e terris vero *Malachias* & Joannis pater *Zacharias* Sacerdos, quorum quidem vaticinia nuper deſcripſimus.

Huic adde iconem aliam Praecurſoris ex Carneola antiqua, editam ex Muſeo ſuo ab eruditiſſimo *Victorio* meo in commentario de numo aereo veterum Chriſtianorum par. 2. c. 9. edit. Rom. 1757. quae ſub eadem pene forma ob oculos Sanctum objicit.

Jam vero, ut cetera mittam, adparet heic Baptiſta poenitens & auſteriſſimus vir, ſeminudus, piliſque hirſutis & horridis camelorum tectus, zonaque aſpera pellicea cinctus ad lumbos. Egregie quidem ſecundum prototypum. Qualis nempe deſcribitur *Matt.* 3. 4. & 11. 18. atque ex *Luc.* 1. 15. ſqq. divinitus praenuntiatus eſt ab Angelo.

Non me latet multam Proteſtantium turbam cum *Jo. Chremitio*, diſſ. de amictu Joan. Baptiſtae & *Paul. Rubeo* in theſau. novo diſſ. Theolog. Proteſtant. t. 2. poſt *Magdeburg. Melanchthon. Chytrae. Schindler. Frantz.* in ea perſtitiſſe ſententia, quod Ss. Praecurſor amictum lineum, purum, nitidumque, immo mollem & elegantem induiſſet; quod ex voce καμήλος *camelus*, quam lectio graeca praefert, erucre conantur criminoſis ludificationibus. Sed ita tamen contra votum omnium bene ſapientum ineptientes nec audire juvat. Eos acriter revincendos adlegamus ad *Canis.* de curruptel. Verbi Dei l. 1. c. 4. & cit. *Paciaud.* diſſ. 5. c. 3.

10

Piſis in vetuſtiſſimo benedictionis cerei paſchalis volumine, praecitato p. 98.

Ponit rurſum ob oculos haec tabella Ss. Euchariſtiae Myſterium ſummum, quod oracula propemodum innumera praenuntiarunt.

E. c.

E. c. ex *Pſ.* 4. 8. & *Pſ.* 22. 5. & *Pſ.* 110. 4. ex *Proverb.* 9. 1. ſq. Tum ex libro *Canticor.* 5. 1. ex *Zachar.* 9. 17. ex *Malach.* 1. 11. Ex *Joan.* demum 6. 56. Inſtitutor idem futurus Myſterii Chriſtus illud praenuntiavit Oraculum, *Caro mea vere eſt cibus & Sanguis meus vere eſt potus : qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in illo*. Haec, aliaque plura dilucide interpretantur & illuſtrant ſacri *Interpretes*, quos adire poſſis.

11

Romae olim in cryptis ſubterraneis ap. earum Interpretes cum Bottar. t. 3. tab. 92.

Chriſti Jeſu Crucifixionem, quam tabula picta pervetus repraeſentat, vivae vocis oraculo idem Dominus, quod mox innuimus, praenuntiavit ex *Matth.* 20. 18. ſq. *Et filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & condemnabunt eum morte ; & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum &* CRUCIFIGENDUM ; ac rurſum ex *Joan.* 3. 14. & 12. 32. ſq.

Multa quidem heic, ſi ad graviora non feſtinaret oratio, diſſeri abunde poſſent ad conſpectum ſingularis hujuſce Imaginis in titulum inſcriptum cruci; in quatuor clavos quibus pendentis Ss. Redemtoris manus ac pedes terebrantur ; in tunicam oblongam abſque manicis, qua ſacrum corpus honeſtiſſime contegitur ; in ſubpedaneum, cui pedes corporis innituntur. Alias de iis omnibus pertractabitur. Interea qui erudiri voles, adeas *Lipſium* in libris de cruce, *Voſſium* harm. evang. l. 2. c. 7. *Jacob. Boſium* tr. de cruce, *Bonarrot.* in obſervat. ubi de diptycho rambonenſi, *Curtum* l. de clavis dominic. *Gorium* in ſymbol. t. 3. dec. 1. ubi de mitrato capite Jeſu Chr. crucifixi, *Angel. Roccam* t. 1. de cruc. partic. *Gretſer.* de cru-

cruce l. 2. ferme per tot. *Ayalam* in pictore christiano erudito l. 3. c. 17. sq.

Quid autem, inquies, de aetate nostrae tabulae? Nos quidem, omnibus longa meditatione perpensis, eam ad Seculum VI. aut VII. revocandam duximus. Licet enim quae in cryptis romanis monimenta reperta sunt, antiquissima vulgo reputentur, haec tamen pictura, sicut & reliquae ejusdem conclavis, Authore *Bottar.* cit. t. 3. p. 170., ceteris, quae heinc inde adparent in cryptis, recentior videtur. At ipsa fortasse prima omnium est, quae ad latera Crucifixi Virginem Matrem & Joannem Evangelistam stantes, tum superne solem heinc, inde lunam repraesentat; quae nempe ceteris complurimis, quae deinceps & usque modo cum eis adjunctis elaboratae sunt, formam dederit & exemplum. Haec de Imagine singulari modo innuisse sufficiat. Documenta uberiora pro indicata opinione in ejus aetatem ceu veri plane simillimam, Deo propitio, inferius dabimus ad Tom. VII. ubi de Christo cruci suffixo.

Ex Tabulis Romae subterraneae, ex Diptychis Gorianis, & aliunde plura liceret huc loci congerere documenta, Vaticiniis clarissimis illustrandis oppido insignia. Et vero iis, aliisque alias proferendis modo praetermissis, Deistae, si quidem non omnino caecutiat, perstringendo dicta sint satis.

CAPUT QUINTUM

de Revelationibus supernis.

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

132 QUAESTIO I. Quae notio, & quae partitiones ejusmodi revelationis? ADSERO 1. Revelatio est *loquutio superna Dei cum creatura rationali veritatem aliquam manifestans*. Haec quidem revelatio, seu loquutio jure dicitur superna, vel quia veritas, quae per illam ostenditur, est quid supernum e. c. Trinitatis, vel Eucharistiae mysterium, vel quia modo superno revelatur, e. c. cognitione divinitus & praeter omnem rei naturam infusa. Quum Deus sic loquitur, audientem plerumque quod Deus sit qui loquitur omnino certum reddit. Ab hac frequentissima Dei cum hominibus nostris sanctis adloquutione Ecclesia Christi *religio revelata* vulgo audit, iis videlicet revelationibus potissimum innixa (z) quibus utique propter infallibilem Dei, qui nec falli, nec fallere potest, revelantis authoritatem, fidem certissimam praestare tenemur.

133 II. Multiplex est. Nimirum ex parte Dei revelantis est revelatio *enuntians*, quae aliquid simpliciter adserit, *praecipiens* quae legem aut praeceptum injungit, *promittens* quae praemia pollicetur, *comminans*, quae supplicia comminatur &c. ex parte rei revelatae est

(z) Ex *Thom.* 1. p. q. 1, a. 8. ad 2.

eſt quae adnuntiat praeterita, quae praeſentia, quae futura; tum veritates duplicis generis, nempe naturales, quae legem naturae conſtituunt, nec ex ſe ipſis rationis humanae lumen ſuperant, & ſupernaturales, ut puta myſteria ſingula quae omnem naturae captum praetervolant: ex parte fidei, quae Deo loquenti debetur alia eſt publica ſeu catholica, quam uni adceptam omnibus credendam proponit Eccleſia; alia vero privata, cui ſolummodo qui audiit fidem praeſtare cogitur: ex parte denique modi, quo Deus loquitur eſt revelatio perſpicua quae rem nitidiſſime adnuntiat, & aenigmatica, quae ſub obſcuris aenigmatum, parabolarum, ſimilitudinum involucris; tum interna quae fit per nudam animi intellectionem aut imaginationem, & externa quae per vocem aut per aliud ſignum ſenſile; quae demum ad hominem dormientem in ſomno loquitur, & quae ad vigilantem. Exempla de hiſce ſingulis luculentiſſima ſuppeditant paſſim ſacri codices.

134 QUAESTIO II. Quid generatim de neceſſitate atque exſiſtentia ſupernae revelationis? ADSERO 1. Neceſſaria ſimpliciter eſt quantum ad ea, quae veram religionem ſpectant lumini naturali prorſus impervia. Nec enim aliunde lux ulla adfulgere poteſt, qua homini myſteria verae religionis adſequi liceat. Quid? quod ad finem ſupernum, qui proportionem quamlibet naturalis facultatis humanae ſuperat, quum conditus homo ſit (*a*) neceſſum omnino fuit ut ſupra legem naturalem humanam lege divinitus adcepta in finem ſuum dirigeretur (*b*) at vero ſublata penitus revelatione ſuperna, qua tandem ratione hominis mentem & voluntatem in Deum uti authorem ſupernum tenderc finxeris? Quis cultum, quo Deus revereri amat, diſerte noverit? Quis actiones, quibus pro peccatis placandus Deus? Quis modum, quo animi paſſiones moderandae ſint, tum quid ſenſibus indulgendum ſit, aut contra? Quis demum aeterna, quae probos manent praemia, & quae improbos ſupplicia? Ergo (*c*).

135 II. Eſto in alia rerum providentia, ut puta in religione quadam mere naturali, quam ſtatum purae naturae dicunt, poſſet homo legibus a Deo revelatione naturali praeſcriptis ad finem ſuum naturalem dirigi; at in eo tamen, qui nunc eſt, naturae lapſae ſtatu miſero (*d*) ſuperna revelatio neceſſaria eſt ſaltem moraliter ad omnia legis naturalis praecepta rite cognoſcenda (*e*). Quia enim fieri pene nequit ut quis ope ſolius humanae rationis, tot tantiſque offuſſae tenebris in hoc ſtatu, perveniat ad cognitionem omnium

(*a*) Quod *ſuperius* probatum eſt Tom. IV. p. 18. num. 28. & alias.

(*b*) Conf. *Thom.* 1. 2. q. 91. a. 4.

(*c*) Pluribus haec perſequuntur *Antideiſtae* cum *Valſech. Gerb. Cjapodi*, *Gazzan.* ubi de neceſſ. rel. rev.

(*d*) Eum deſcripſimus & illuſtravimus *ſupra* in Tom. III p. 372. ſqq.

(*e*) Adcinunt *Orig.* l. 1. contra Celſ. *Lactant.* inſt. l. 3. c. 27. *Thom.* l. 1. contra gent. c. 4. & 1. 2. q. 2. a. 4.

nium naturae officiorum erga Deum, proximos, & se ipsum, quae ad rectam vivendi rationem pertinent. Heinc siquidem & apud veteres sapientiores philosophos, & apud integras Paganismi gentes revelatione destitutas, tot, tamque iniquos in hoc genere contra ipsam naturam errores deprehendimus obtinuisse (*f*).

136 Porro magna est naturae vis humanae menti sibi relictae ad cognoscendum verum (*g*) itidemque humanae voluntatis arbitrio ad amplectendum bonum (*h*). Et vero in natura peccato originis vulnerata, ea est mentis & voluntatis debilitas, eaque passim emergunt incommoda, quae & cognitionem veri, & boni operationem impediunt, ut cordato cuiquam sit moraliter impossibile omnes in eo statu veritates naturam spectantes intelligere, omnesque virtutes amplecti absque praesidio superno gratiae auxiliantis ac divinae revelationis. Ergo. Huc advocanda quae *superius* Cap. 1. urgebamus pro necessitate ordinis supernaturalis.

137 III. Re ipsa exstitit revelatio superna, qua Deus O. M. cum hominibus sacpenumero loquutus est. Quod porro luculentissime constat ex sacris libris cum antiqui foederis, tum novi, quod cum antiquo conjunctum omnino est. Quod autem ii libri coelitus revelati sint, atque adeo authoritate divina gaudeant, ea certitudine vel evidentia morali tenendum est, quae inter morales quantum ad res historicas summum obtinet locum. (Loquimur cum Deista, qui revelationem quamlibet prorsus rejicit) Notum vero est historiam aliquando tantam sibi vendicare certitudinem, ut illi, quae suboritur ex demonstrationibus geometricis & mathematicis aequiparari valeat; quae siquidem propositio geometrica tibi certior erit, quam fuisse e. c. Caesarem Augustum, qui commentarios concinnavit? (*i*)

138 Jam quod ii libri, qui saltem *protocanonici* audiunt, genuini sint, ac divinitus revelati scriptoribus fide undequaque dignissimis, qui divino adflati Numine illos literis consignarunt, praemaxime liquet ex antiquissima, conflantique traditione, qua iidem pro talibus habiti sunt; videlicet a tota Hebraeorum gente qui vetus testamentum spectant, qui vero novum ab Ecclesia Christi universa. Si autem testium id genus, quorum erat rem istam ceu propriam serio discutere, atque adcuratissime librare, judicio standum non est, cuinam quaeso credendum historiae, tametsi alias praeclaris testimoniis confirmatae?

139 Liquet deinde librorum divinitas ex miraculis & vaticiniis opere completis ibi passim occurrentibus (*k*). Insuper ex doctrina do-

(*f*) Eos longa oratione percensent citt. *Anti-deistae*, quos consulere licet, ne actum agamus.

(*g*) Quod pluribus *infra* persequemur ubi de necessitate gratiae auxiliantis pro cognitione veri.

(*h*) Quod etiam *supra* in Tom. III. a p. 197. fuse confirmatum reliquimus.

(*i*) Hoc argumentum pluribus *Anti-deistae* persequuntur, duce *Huet.* dem. ev. sub *init.* postulato 1. & 2.

(*k*) De divina horum ratione mox egimus Capp. III. & IV.

dogmatica, quae utroque Teſtamento continetur, videlicet & theoretica quae de Deo ejusque myſteriis & operibus agit, & practica iis intenta, quae homo agere debeat ut ſit beatus. Quid enim hujuſmodi doctrinis verius, augnſtius, purius, pietati rationique conſentaneum magis, Deoque dignius, iis praecipue quibus enitet novum foedus? Eas cujuſque ſiniſtri praejudicii expertes percurrant Deiſtae, ac dextras proculdubio jungent.

140 His proinde doctrinis evangelicis imbuta Chriſti Eccleſia, celeritate incredibili per orbem univerſum propagata eſt, ac vi pene divina novam religionem, & alii dominanti, & ſenſui vitae, que eorum qui tunc agebant, ex diametro oppoſitam eiſdem mirifice perſuaſit, videlicet non modo plebaeis rudibuſque viris ac femellis, ſed etiam optimatibus, Principibus, & permultis ſapientiſſimis ex ethniciſmo philoſophis, alumnos denique propemodum innumeros enutrivit, qui & cruciatuum ferociſſimorum perpeſſione, & proprii effuſione ſanguinis eaſdem propugnaverunt doctrinas. Haec autem omnia, ut plura mittam, manifeſtiſſima divinae ſacrorum codicum revelationis argumenta eſſe quis prudens deneget? (*l*)

OBJECTIONES.

141 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Superna revelatio ad profitendum veram religionem, qualem ſapientes plurimi naturalem eſſe conſentiunt, non eſt ſimpliciter neceſſaria. Nam 1.° pagani philoſophi religionis naturalis profeſſores plura eorum cognoverunt quae myſteria revelata vocamus: quod & nos abunde ſatis fatemur in CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS, quam paſſim inculcamus: conſtat praeterea in plurium ſententia nonnullos philoſophos, ac prae primis Platonem, ejuſque diſcipulorum recentiorum pleroſque arcanum Ss. Triados intellexiſſe, ac literis mandaſſe; tum perplures philoſophorum veterum non valde abfuiſſe a vera idea Verbi divini, quam a Joanne ſub initium evangelii traditam ſuſpicimus. 2.° quod Deo placando pro commiſſo crimine ſatis ſit animi diſplicentia, cum ſatisfactione congrua, & voluntate non peccandi de cetero, facile ex iis intelligi poteſt, quae apud homines uſuvenire ſolent. Sic Tyndalius & Lokius. 3.° quae revelatione innoteſcunt obſcuriora iis ſunt, quae ratio naturalis deprehendere poteſt: ergo nullum eſt revelationis praeſidium, quo nempe ceu nova luce defectui luminis naturalis ſuppleatur ad veritates cognoſcendas. Sic Rouſſeaus.

142 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Nequit ſola ratione clare percipi quod omnem rationem ſuperat; quocirca philoſophi veteres, revelatione ſepoſita, non niſi per umbram leviorem, aut per obſcuram quamdam delineationem potuerunt quidquam ominari de oraculis divinitus fuſis: heinc apud nos *concordia fidei & rationis* cir-

(*l*) Multis haec pro inſtituto ſuo urgent *Antideiſtae*, nec paucis nos in *Theol. polem. fundam.* ubi de canone & authorit. S. Script. quibus nonnulla ſuperſunt adjicienda *inferius* Tom. VI. ubi de regulis fidei.

ea ea plerumque verſatur, quae lumine naturae quoquo modo internoſci poſſunt, qualia dixeris Dei exſiſtentiam, unitatem, providentiam, aeterna proborum praemia, & iniquorum ſupplicia, cet; quin tamen conſentiamus Cl. *Valſechio*, neſcio quo panico timore, hanc noſtram diſſerendi rationem immerito rejicienti (*m*) & poſtmodum tempore confutando (*n*). In cognitionem philoſophorum veterum, ac prae primis Platonis, ejuſque ſectatorum de Ss. Triade recolenda *ſuperius* dicta (*o*). Quod denique de idea Verbi divini apud veteres paganos obtrudunt nobis Deiſtae, nullo perſpicuo documento confirmatum hucuſque videre licuit.

143 Ad 2: ex modo agendi invicem inter homines nequit rite ſubinferri modus agendi Dei cum hominibus, quum injuriae Deo irrogatae pene infinitum ſuperent in malitia hominum injurias: nec ubi proportio nullatenus adfulget, ulla poteſt inſtitui comparatio. Quid? quod crimina ſemper ab humanis legibus abſque ulla remiſſione puniuntur, ita ut iis expiandis nulla poenitentia par ſit. Immo & ethnici minime freti poenitentia placandis Diis pro peccato commiſſo, ſexcenta ſacrificia expiatoria, quae *februa* vocarunt (*p*) inſtituerunt. Quis ergo ſolo naturae ductu, certo modum ſubinferat, quo Deus peccatori reconcilietur? Ad 3. *N. Con.* Ope revelationis ſuppletur quidem defectui luminis naturalis ad certo & infallibiliter cognoſcendas veritates, cum ſupernas, quae alias percipi nequeunt, tum naturales, quoniam revelatio naturam perficit & illuſtrat.

144 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Revelatio ſuperna non eſt eo pacto moraliter neceſſaria. Nam 1.° naturae corruptio, quae hanc neceſſitatem invexit, evanida eſt, utpote hiſtoriae de peccato originis ſubnixa, hiſtoriae inquam, quae, aliis praetermiſſis, eo praeprimis nomine commentitia eſt, quod incredibile, immo abſurdiſſimum ac divinae aequitati ſummopere repugnans videatur, Adami delictum, eſto verum ſit, omnem poſterornm naturam infeciſſe. 2.° vulgata eſt apud Theologos noſtros cum Thoma opinio, ethnicum in ſilvis enutritum, qui legem univerſam naturalem impleverit, praeſidio tandem ſuperno, quo ſalvus fiat, communiendum divinitus fore: credunt ergo ſine dubio, poſſe ethnicum propriis viribus legem univerſam naturalem implere. 3.° in ſtatu naturae, quam dicimus corruptam, revelatio divina tam in lege naturali, quam in ſcripta & evangelica perpaucis innotuit, perplurimis denegata eſt; abhorret autem magnopere a bonitate & caritate Conditoris quod ad ſalutem moraliter neceſſarium eſt, non manifeſtare ubique cunctis ad beatitatem conditis: ergo revelatio non eſt moraliter neceſſaria.

R. *N. Adſ.*

(*m*) De fund. rel. l. 2. c. 2. §. 5. ſqq.
(*n*) Ad Tom. VI. Proleſ. de Erromb. in fidem ſupern.
(*o*) In Tom. II. a p. 368. n. 658. ſqq.
(*p*) Ap. *Ovid.* faſt. 2.

145 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* cum prob. Propagatio peccati originis eſt quidem myſterium abditiſſimum, incredulis prorſus incognitum, credentibus vero manifeſtatum Ss. Scripturarum revelatione (*q*). Arcanum adpoſite, quantum fas eſt, exponunt, vindicantque Polemici noſtrates, *Auguſtino* duce (*r*). Ad 2. *D. Con.* credunt poſſe phyſice adimplere univerſam legem, *C.* poſſe moraliter, hoc eſt abſque ſumma difficultate, *N.* Ex hac itaque difficultate, quae a corruptione naturae provenit, neceſſitas moralis revelationis apte colligitur.

146 Ad 3: cuicumque facienti quod in ſe eſt, exſacta ſcilicet legis naturalis obſervatione, manifeſtavit ubique Conditor ſupernam revelationem, qua beatitatem ſibi praeſtitutam adſequi ſimpliciter poſſet, ad eum plane modum, quo de ſilvicola cum Theologis mox faſſi fumus. Inde vero *innumeros filios occultos* Religioni revelatae, ſeu verae Eccleſiae *ſupra* adſeruimus (*s*). Quod ſi reliquis uſpiam adultis revelatio neceſſaria non innotuit, id in culpam ipſorum, minime Conditoris aequiſſimi actutum referas.

147 Obj. *tertio*. contra III. Adſ. Non exiſtit ſuperna revelatio, prout deſcribitur in libris ſacri codicis, qui propterea divini non ſunt. Nam 1.° plura continent Deo indigna: e. c. quod Deus tanquam iners ſex dierum ſpatio mundum condiderit, ac die ſeptimo fatigatus requieverit; quod Deum dolore cordis tactum, hominem feciſſe poenituerit; quod Deus gaudeat ſacrificiis animalium, nidoremque ſuaviſſimum combuſtorum vitulorum odoretur; quod levibus de cauſſis iraſcatur & placetur &c. 2.° inveriſimilia & incredibilia narrant: e. c. quod femina de coſta Adae facta ſit; quod ſerpens erecto corpore ſteterit, loquutus ſit, & Protoparentes deceperit; quod uno navigio noëtico univerſa animantium ciborumque genera collecta ſint; quod diluvium totam inundaverit terram contra chronologiam Aegyptiorum, Chaldaeorum, Sinenſium &c. 3.° Moſes in tota lege Pentateucho contenta vitam aeternam memoraſſe non repetitur, ſed promiſſiones duntaxat temporarias. 4.° multa in eis legas, quae non modo divinae mentis nihil ſapiunt, verum ita ſunt humilia & plebeja, ut vix digna ſint homine ſapiente, ut puta quae percenſentur de cauda canis Tobiae, de Jona recubante ſub hedera &c. 5.° illorum, qui vetus Teſtamentum ſpectant e. c., plerique ſunt deuterocanonici, hoc eſt non recepti ceu divini, videlicet a veteri Judaeorum ſynagoga.

148 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Porro Scriptores ſacri linguam hominum loquuti ſunt, non linguam Dei; ſi enim Deus lingua aeternitatis per eos adloqueretur nos, quis eum capere poſſet? Stilus ergo Scripturarum perpetuus eſt divinas res ex ideis rerum humanarum exponere, quoniam ex *Rom.* 15. 4. *quaecumque ſcripta*

 ſunt,

(*q*) Recole *Tom.* III. p. 372. a n. 630. & alias ſaepiſſime.
(*r*) De nupt. & concup. l. 1. c. 19. (*s*) Ad *Tom.* II. p. 342. n. 635. ſqq.

ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt; quocirca nobiſcum ſe gerit Deus, non ſecus ac ſapientes cum idiotis, qui non lingua ſapientium ut intelligantur, loquuntur, ſed idiotarum lingua. Heinc itaque quae objiciuntur, humanum in morem dicta ſunt & captui idiotarum adcommodata, atque adeo rite intellecta ſecundum vulgarem ſacrorum Interpretum expoſitionem, Deum ſumme decent.

149 Ad 2. *N. A.* ni fidem, qua Deo loquenti credendum eſt, perſtringere audeas. Plane virago de coſta Adae eo modo, quo ſummo Conditori placuit, miraculo quidem intercedente praeter omnem naturae ordinem producta eſt (*t*): ſerpens non vi propria, ſed diaboli loquutus intelligitur, qui nempe eo tanquam organo ſonis quibuſdam in modum vocis efformatis uſus eſt: plerique Critici geometrice demonſtrarunt ad ea omnia continenda parem fuiſſe arcam noëticam, admiſſa & adcurate perſpecta Moſis deſcriptione ejuſdem arcae: diluvii demum memoria, contra fabuloſas paganorum chronologias, apud omnes fere gentes adſervata dignoſcitur (*u*).

150 Ad 3: ſub ſymbolo promiſſionum earum omnibus aeternas eſſe intelligendas par erat, ajente Apoſtolo 1. *Cor.* 10. 11. *omnia in figura contingebant illis*. Quid? quod fortaſſe Moſes ſupervacaneum duxit Hebraeis proponere dogma illud de vita aeterna, quod apud omnes commune ac firmiſſimum eſt, utpote a primoribus parentibus traditione conſtanti proculdubio adceptum.

151 Ad 4: haec & alia, quae male ſeriatis atque infidelibus hominibus pro ſtultitiis habentur, ſancte credentibus Deo ſuggerenti aut inſpiranti myſteria ſunt. Quin ideo tamen non credamus cum *Huet.* (*x*) menda quaedam levicula in aliquos Scripturae ſacrae codices irrepſiſſe. Ad 5: tangitur heic graviſſima difficultas ſuper canone ſacrorum codicum, quam pluribus noſtri Interpretes elucidare nituntur cum cit. *Huet.* (*y*) Nobis autem in praeſentia res verbo expeditur. Synodus nempe Tridentina canonem librorum ſacrorum omnibus notum conſtituit ceu fide certa tenendum: unde nam vero fas illi deducere libros ſingulos a Deo eſſe dictatos, niſi ex conſtanti traditione Judaicae eccleſiae, illos ita plane dictatos eſſe profitentis? Novit itaque documenta id genus omnia, e quibus prudenter, certoque ſubintulit ſingulorum librorum divinitatem, quam ſubinde certa fide tenendam propoſuit. Neque vero minori digna fide Synodus haec ſapientiſſimis conſtans judicibus, quam univerſus Deiſtarum obcaecatorum grex (§). QUAE-

(*t*) Conſule *ſuperius* ſcripta Tom. III. p. 50. a n. 55.

(*u*) Conf. *Huet.* qq. aln. l. 2. c. 12. §. 1. & *Grot.* de ver. rel. chr. l. 1. §. 16.

(*x*) Dem. ev. prop. 4. c. 14. §. 19.

(*y*) Prop. 4. c. 14. ubi de canone librorum ſacrorum §. 1. ſqq.

OBSERVATIO.

(§) ME dies profecto deficiet, ſi ceteras quaſque hoſtium veritatis objectiones perſequi velim. Saue quum noſtrum Adſertum vel unicum ferme ſit, vel inter religua praecipuum pro re ſupernaturali, vel quod eodem recidit, pro

152 QUAESTIO III. Quid de revelationibus privatis? ADSERO 1. Donum privatae revelationis a tempore, quo foedus novum conſcriptum eſt, uſque modo in vera Chriſti religione floruit. Haec una vox eſt inter Sapientes eccleſiaſticos, & Myſticos, & Adſceticos, & Scholaſticos, & Hagiographos, & quoslibet ferme ceteros orthodoxos (z). Jam vero Adſerti veritas liquet apertiſſime ex documentis, quae propemodum innumera peti poſſunt ex hiſtoriis eccleſiaſticis, & veteribus, & medii aevi, & recentioribus; quas plane quantum ad hanc rem, niſi nullis unquam literis eſſe credendum ſtatuas, mediaque alia obliteranda, quorum tamen teſtis eſt hiſtoria gentium, in dubium vertere nefas eſt; eas prae primis quae viris prudentia & doctrina longe conſpicuis poſt maturum examen ceu divinae probatae ſunt (a). Favent hac in re plurimum Veteres *PP.* (b) mul-

pro religione divinitus revelata argumentum, nullum Deiſtae non movent lapidem, nullum non intorquent jaculum, nullum non effutiunt ſophiſma, ut hocce argumentum, quo miſere confodiuntur, irrideant, arietent, penitusque ſubruant.

Heinc vero ſus deque omnia vertunt, & nihil intentatum relinquunt, quo ſacris quibuſque codicibus divinam authoritatem abjudicent. Subinde quidquid divinitatis iiſdem continetur, canino dente adrodere pergunt, ut puta myſteria, miracula, vaticinia, hiſtorias, dogmata, Chriſtum Meſſiam, Apoſtolos. Quin etiam nodum in ſcirpo ſine fine quaerentes, ſingulorum pene codicum authores genuinos in dubium vertunt, verſiones quaslibet flocci faciunt, ſtilum incuſant, antilogias ſeu apertas contradictiones ebuccinant, obſcuritatem exaggerant, inutilia & perridicula legere occlamant.

Haec itaque omnia, pluraque haud abſimilia ut quis rite convellat, quanta quaeſo inſtructus ſit oportet, & ingenii vi, & doctrinae ſublimioris praeſtantia, & diſciplinae biblicae intelligentia, & ſacrae profanaeque eruditionis copia?

Ergo dum haec omnia, quae Deiſtae, argumentis undecumque emendicatis, cavillantur, in commentario quodam abſoluto rite digeſta atque ſoluta deſiderantur, adeundi ſunt *Authores* noſtri, qui de hoc rerum genere vel perpetuo, vel ſubceſſivo labore fuſius & praeclarius diſputarunt. Cujuſmodi ſunt ſacri Interpretes & Scriptores, qui ſingulorum Scripturae codicum authentiam vindicant cum *Sixto Senenſi*, *Fraſſen*, *Graveſon*, *Anti-deiſtae* demum, quibus & nos, ſi Deus faverit, ſymbolam feremus in noſtra Theol. polem. fund. in controv. de Script. ſacra, nec pauca ſuperſunt nobis in hanc rem *inferius* differenda ad Tom. VI. ubi de regul. fidei.

(z) Contra pleroſque Proteſtantium, qui cum *Magdeburg.* in ſingulis ferme centuriis, *Melanct.* in Calend. Manlii ad 23. April. *Jo. Rictio* l. de vet. ſuperſt. *Marbachio* l. de mirac. hoc genus revelationum extra ſacrum canonem ceu fabulas penitus eliminant; e noſtratibus vero *Henric. de Haſſia* & *Sibyllanus* dec. 1. c. 8 q. 6. diſplicent Theoph. Raynaudo in heteroel. ſect. 2. pun. 5. n. 26. quod de revelationib. Ss. Brigittae & Cathar. Senenſis licentius loquantur: quin etiam plurimi ſeculis proxime elapſis omnibus quae tum temporis circumferrentur revelationibus novis valedicebant ap. *Nyderum* praefat. ad formicar. c. 1. & *Leandr.* Granat. in luce mirabilium diſc. 1. §. 5.

(a) *Domin. Gravina* in lapide lydio l. 1. c. 2. a p. 29. ſeriem chronologicam revelationum contexuit ſub ſingula ſecula chriſtiana ad uſque XVII. in qua tamen nonnihil critices quis jure deſideret.

(b) E. c. *Juſtin.* dial. cum Tryph. *Iren.* l. 2. c. 27. *Orig.* l. 1. cont. Celſ. *Cypr.* epiſt. l. 3. ep. 14. & l. 4. ep. 5. & alias, *Athanaſ.* in vita S. Antonii, ubi de ejus viſionibus, *Chryſoſt.* in Matth. hom. 8. *Auguſt.* civ. l. 22. c. 8. 9. & confeſſ. c. 7. ac ſaepius.

multisque id ipsum Doctores nostri confirmant (c).

153 II. Revelatio privata quantumvis a Sede Apostolica probetur, uti usuvenire solet in apotheosibus Sanctorum, non ideo proponitur, ut fide certa teneatur, sed ut recipiatur tanquam probabilis ex solidis argumentis; esto hujusmodi adprobatio haud levi authoritate gaudeat. Quippe ex *Ephes.* 2. 20. *superaedificati sumus super fundamentum Apostolorum & Prophetarum*, quocirca (d) revelationi iis infusae nostra innititur fides, non autem revelationi, si qua fuerint alii Doctores donati (e). III. Si audienti revelationem de ea certa quadam evidentia constiterit, eidem fide divina adsentiri tenetur; Deus enim abscondita sapientiae suae pandens, summa veritas est, & fallere & falli nescia, quae subinde est ratio propria & proxima, qua Deus adsensum audientis sibi vindicat (f).

154 IV. Canones complurimi adferri solent pro discernendis revelationibus veris a falsis; quos tamen hoc loci particulatim recensere nihil adtinet. Eos plena manu dabunt alii (g).

OBJECTIONES.

155 Obj. contra 1. Adv. Donum revelationis divinae extra sacrum canonem minime obtinuit apud Ecclesiam Christi. Nam 1.° ex Job 33. *semel loquitur Deus & secundo id ipsum non repetit*: ubi Glossa interl. „ Deus singulis privata voce non respondet, sed eloquium condidit, quod omnibus satisfacit „ 2.° nulla pene inter ethnicos religio fuit, quae sibi revelationes divinas non vendicarit: immo & in Ecclesia primitiva in vulgus spargebantur revelationes sub nomine Paulli, Thomae, Stephani &c. quin etiam plures haeretici tanquam sibi immissas evulgarunt; e. c. Cerinthus, Montanus ejusque prophetis, Lutherus, Carostadius, Munzerus, Anabaptistarum

(c) Ut puta *Gerson* tr. de discret. revelat. *Turrecr.* in adprobat. revelat. S. Brigittae, *Lansperg.* epist. apolog. revelationibus S. Gertrudis praefixa, *Blosius* prefat. ad monile spirituale, *Catharin.* l. 4 contra Cajet. §. *Secundam*. *Ribera* in vita S. Teresiae l. 1. c. 1. *Bellarm.* de not. Eccl. l. 4. c. 15. *Bez.* de sign. Eccl. l. 5. sign. 19. c. 2. & l. 22. c. 3. sig. 93. *Aegid.* de Concept. B. V. l. 3. q. 6. art. 4. §. 1. *Consalv.* *Durantus* in tr. de visionib. revel. adparit. c. 9. §. *Aliud.* sub fin. sq. *Jo. Nyder* in formicario l. 2. c. 1. *Grav.* cit. l. 1. c. 9. *Languet* praefat. in vitam Marg. Mar. de Alacoque §. 21.

(d) Ex *Tho.* 1. p. q. 1. a. 8. ad 2. & q. 2. de virtutib. ar. 13. ad 6.

(e) Consentiunt *Sot.* de nat. & grat. l. 3. c. 11. *Valent.* t. 3. q. 1. pun. 1. diffic. 5. *Bona* de discr. spir. c. 20. § 1. *Grav.* cit. l. 1. c. 3. contra Vegam, Salmer. Catharin, alios. Consulendus omnino cit. *Bened.* XIV. l. 3. c. ult. n. 15. ubi plura de revelat. a Sede Apost. probatis.

(f) Lege *Scot.* in 3. d. 23. q. un. *Cathar.* in apol. de certit. grat. contra Sotum c. ult. *Suar.* de fide d. 3. s. 10. n. 5. *Delugum* de fid. d. 1. s. 11. n. 229. qui plures pro Adserto primum recensuerat, *Gottum* tr. de fide q. 1. dub. 3. §. 2.

(g) Videlicet *Gerson.* tr. de distinct. verar. & fall. vision. *Turrecr.* & *Durant.* citt. in tractatib. revelationib. S. Brigittae praefigi solitis, *Nyder* cit. in formicar. l. 2. 3. *Suar.* de fide d. 3. s. 7. n. 7. *Herez.* cit. l. 1. c. 21. sqq. *Grav.* in lap. lyd. par. 2. *Bona* cit. de discr. spir. c. 20. §. 3. sqq. *Bened.* XIV. cit. cap. ult. a n. 4. *Amort* de revelat. privatis par. 1. ubi regulas complures ex S. Teresia & aliis sollertissime collegit; ceteri plerumque *Scriptores Mystici*, ubi agunt de donis rem mysticam intime spectantibus.

rum plerique (*b*). Nec minus quidem non repugnat Deum loqui cum impio, ac non repugnet per eum miracula patrare, ac vaticinia fundere. Nihilo tamen ſecius eas omnes apocryphas jure dicimus: ergo & apocryphae dicendae reliquae. 3.° ſi qua vera eſſet extra canonem, providentiam Dei ſpectaret, ut ei non minor authoritas publice deferretur, quam quae poſitis in canone defertur, nec enim illa minus eſſet vox Dei, ac iſtae ſint; at nulli alii extra canonem ea authoritas adſcribitnr. 4.° quum tanti ſit plena periculi diſcretio verae revelationis a falſa, revelatio quaelibet in aedificationem Eccleſiae ſupervacanea eſt.

156 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: nec illa verba ſunt Jobi, ſed Heliu injuſte illum perſequentis, nec Gloſſa inficiatur ſecretam quamlibet Dei loquutionem, aut iſtam inter ſacra cariſmata donorum Altiſſimi reponendam ex 1. *Cor.* 12. 7. ſqq. Ad 2. *N. Con.* Quia illae omnes ex certis indiciis ad apocryphas amandandae ſunt; plures autem ex iis, quae feruntur a viris & feminis orthodoxis adceptae, perſpicuis inſignitae caracteribus veritatis enitent. Licet autem poſſit cum impio Deus colloqui, at perraro loquutus deprehenditur: frequentiſſime quidem cum ſanctis loquitur, immo perſonae ſanctimonia inter eas refertur notas, quae vetitatem revelationis oſtendunt: id quod exemplis e ſacro canone petitis ſatis ſuperque confirmatur.

157 Ad 3: cogimur quidem generatim omnes a providentiſſimo rerum Conditore fide divina credere ſacri codicis revelationes, pro quarum utpote veritate perinſignes credibilitatis notae ſuppetunt; non autem poſteriores extra codicem, quarum nempe veritas divina non ita perſpicue refulget. Iis plane viciſsitudinibus Eccleſiam ſuam regi omniſciae Providentiae placuit: illas voluit noſtrae fidei ſcopum eſſe atque materiam, non iſtas. Quid tum vero? *Quis enim* (cum Paullo loquimur *Rom.* 11. 34.) *cognovit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius ejus fuit?* Ad 4. *N. A.* Pro iis ſaltem, qui veris colluſtrantur revelationibus, iſtae magno ſunt pro comparandis virtutibus emolumento. Sunt deinde inter revelationes Sanctorum plurimae tot, tantiſque veritatis ſuae notis communitae, ut vel a prudentioribus & cautioribus adſenſum extorqueant, quibus proinde & eaedem magnopere utiles eſſe poſſint (*i*).

158 QUAESTIO IV. ADPENDIX. Num eſſe poſſit Dei O. M. loquutio & revelatio, quae ſupernaturalis non ſit, ſed naturalis, aut ordini naturae conſentanea? ADSERO 1. Generatim eſſe poteſt (*k*). Natu-

(*h*) Prolixum revelationum, quas ejuſmodi monſtra venditabant, catalogum contexuit cit. *Gravina* par. 1. l. 1. c. 6.

(*i*) Conf. cit *Nyder*, ejuſque exſcriptor *Grav.* cit. par. 1. l. 1. c. 9. a §. *Ad rationes.*

(*k*) Ita quidem *Ripalda*, quo nemo, me judice, luculentius, acrius & ingeniofius de indole & adtributis rei naturalis & ſupernaturalis diſſernit, de ente ſupernat. t. 1. diſp. 11. ſect. 8. n. 44. & t. 2. d. ult. ſ. 27. & t. 3. adpend. d. 21. n. 66. & alias, *Arriaga* tr. de fide d. 14. ſect. 7. per tot. *Pallavicin.* de fide l. 3. c. 3. *Jo. Moravvski* in qq. ſelect. q. 1. prop. 2. ſq. a p. 6 edit. 1681. contra Vazq. in 1. 2. d. 195. c. . . . *Suar.* de fide d. 2. ſ. 2. n. 7. Eſparz. l. 5. q. 19. ad 4. & q. 26. art. 7. Ant. Perez in tractatib. variis tr. 4. d. 1. c. 3. a n. 5. alios.

Natura ſiquidem rationalis non exigit Authorem ſuum & Principem mutum ac truncum, ſed verbiloquum. Ad eum quippe qua talem ſpectat creaturis rationalibus mandata imponere, minis conſulere, & a vitiis deterrere, interna conſilia quae exſequantur aperire, ſecreta naturalia enunciare, eas denique propoſitis praemiis ad officia virtutum provocare. Haec autem, quae boni cujuſque Principis providentiam decent, abſque externa conceptuum manifeſtatione, quae verbis aut alia ratione demonſtretur atque evidenti naturae notione percipiatur, aegre intelligi poſſunt. Et hoc quidem pacto dubio procul ſe ſe Deus geſſiſſet in ſtatu purae naturae, quem condidiſſet, uti potuit; quidquid *Suar.* mox cit., neſcio quo conſilio, contra ſentiat, in eo ſtatu ſi quae fuiſſent revelationes Dei, non niſi ſupernaturales futuras (*l*).

159 Deinde quod poſsit Deus naturaliter loqui, reſpondere, creaturis quae velit praecipere, videtur a natura mentibus inſitum; quippe pagani gentium omnium, quae Deitatem aliquam agnoverunt, etſi nihil penitus de rebus supernaturalibus cogitarint, pro certo ſibi ſtatuerunt, poſſe Deos ſuos reſponſa eloqui; quocirca eos conſulere ac palam interrogare conſuevere. Deus inſuper in natura pura (cum iis loquimur, quibus ea poſsibilis eſt) lethalem culpam indulgentia aliqua naturali condonaturus intelligitur, ne pro ullo eventu confingatur inexorabilis (*m*) ergo & loquuturus naturali quapiam revelatione, ne tum pro principe muto haberetur, ac minus aequo providenti. Tandem ex *Job* 1. 7. ſqq. ſaepe Deus ſatanam loquutus eſt; at haec loquutio non fuit ſupernaturalis, ceteroqui ut ei cognitae adquieſceret Satanas, omnis gratiae donis exutus, auxilio ſuperno indiguiſſet: naturalis itaque fuit.

160 II. In hac rerum hypotheſi potiſsimum videtur poſsibilis, immo futura in ſtatu naturae purae divina revelatio naturalis de re naturali, quae ſit naturae captui obvia & conſentanea; e. c. de aliquo praecepto novo, de nova objurgatione, de hiſtoria, quae alias poſſet naturaliter addiſci. Iis enim nihil communi hominum ſenſui conformius adparet. Quid enim naturis rerum magis conſonum, ac naturae Conditorem colloquia cum Angelis & hominibus inſtituere verbis & cognitionibus prorſus naturalibus, ejuſdemque conditionis cum iis, quas cum creaturis aliis colloquutio parit, quippe quae eorum captui maxime connaturales ſunt ac proportionatae? Anne pariter de re ſupernaturali, e. c. de myſterio Ss. Triados, revelatio naturalis exſiſtimanda poſsibilis? Doctiores viderint, *Arriaga* conſulto (*n*).

OBJECTIONES.

161 Obj. contra 1. Adſ. Nulla eſſe poteſt revelatio naturalis Dei. Nam 1.° alias nihil eſſet, quod non poſſet naturaliter intelligi, quum

(*l*) Conſultius nobiſcum ſentiunt *plerique Doctorum*, quos pro Adſerto laudavimus.

(*m*) Pro virili poſitionem hanc promovet cit. *Ripal.* t. 2. l. 6. d. ult. ſ. 27. a n. 382.

(*n*) In cit. tr. de fide d. 14. ſ. 7. a n. 74.

quum Deus posſit omnia revelare. At vero ex PP. (o) illud eſt ſupernaturale, quod ſolum ex revelatione divina intelligere licet: ergo. 2.° Dei loquentis hoc eſſe debet maxime proprium, quod quando vult & prout vult, loquatur: nulla itaque loquutio Dei eſt naturae debita; atque adeo nulla naturalis. 3.° loquutio Dei eſt actus ſocialis donans jus ad ſecreta divina: debet igitur eſſe ſupra exigentiam omnium creatorum; nequit enim Deus eſſe naturaliter ſocius ſocietate hujuſmodi jus donante. 4.° ſi loquutio Dei poſſit naturaliter haberi, & amicitia quoque naturalis cum Deo conſiſtere poſſet; hanc autem admittere abſurdum eſt. 5.° magnitudinem Principis praemaxime ſpectat, ut ejus loquutio vires audientis excedat. 6.° ad finem naturalem ſupervacaneum eſt ulterius Dei praeceptum; quum lex naturalis quidquid praecepta Dei ſpectat, ſatis expoſitum repraeſentet. 7.° admitti homines ad miſcenda cum Deo colloquia eſt maxima gratia: ergo ſupernaturalis. Haec cit. Perezius, ob profunditatem & acumen ingenii Theologus *mirabilis* dictus. 8.° ſi Deus poſſit naturaliter loqui, quum apud ſacros codices plura ſint hiſtorias naturales ſpectantia, haud temere quis ſuſpicabitur ea Deum naturaliter revelaſſe aut ſuggeſſiſſe Scriptoribus canonicis; quae ſubinde credenda non ſint fide ſupernaturali.

162 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* In data hypotheſi Deus quatenus Author naturae eſt, ſolum intelligitur potens revelare quae intra ordinem naturae ſunt. Ex PP. vero, qui nec meminerunt quidem loquutionis naturalis Dei, illud habetur ſupernaturale quod ſolum ex revelatione divina, non qualicumque, ſed ſupernaturali conſtare poteſt. Ad 2. *N. Con.* Quia productio quoque coeli & terrae fuit a Deo prout voluit & quando voluit, quin tamen per actionem maxime naturalem effecta non ſit. Quid autem, quum Deus in ſeſe non minus ſit ſubſtantia naturalis, aut natura quam homo, loquutio procedens ab homine prout vult & quando vult, ſit nude naturalis, quae tamen ſimiliter a Deo procedit, ſupernaturalis habenda eſt? Adde quod loquutio Dei naturalis in natura pura e.c. deberi poſſet naturae aut ejus Authori, quatenus hunc maxime deceret novis praeceptis, objurgationibus, minis &c. homines ad majorem finis naturalis excellentiam perducere.

163 Ad 3: ejuſmodi juris ex actu ſociali donationem ignoravit hucuſque Theologia. Loquutio autem nihil morale proprie importat, ſed manifeſtationem duntaxat phyſicam cognitionis tuae. At eſto, donarit loquutio Dei jus illud ad ſecreta divina naturalia, quae videlicet Deo prout eſt Author naturae competunt, quid inde tamen pro ſupernaturalitate ejuſdem loquutionis? Ad 4. *N. A.* Quia amicitia in adloquutione non conſiſtit, ſed alia multa importat. Quis dixerit Regem contraxiſſe cum carnifice amicitiam, quum eum verbis objurgavit? Quid? quod apud pleroſque Theologos non repu-

(o) Quos laudatos repereris ap. *Ruizium* de Trinit. d. 41. ſ. 3.

gnat in natura pura Dei cum hominibus amicitia naturalis.

164 Ad 5. *N. A.* Quid juverit magnitudinem Principis ita loqui, ut audiens nequeat illum percipere? Deus ergo ut naturae Author aliter loqui dicendus cum creaturis, ac loquatur ut Author ſupernaturae ſeu gratiae ſupernae. Ad 6. *D. A.* ad finem naturalem utcumque obtinendum, *Eſto*. Quippe ad ejuſmodi adſequutionem finis ſufficientes & commodas praeſcripſit natura leges; dbtinendum facilius aut majori cum merito naturali, *N.* Quia majorem hanc naturae perfectionem intendere poſſet ejuſdem naturae Author, novum praeceptum aut quid aliud naturae conſonum revelans.

165 Ad 7. *D. A.* eſt maxima gratia naturalis quum Deus naturaliter colloquitur, & maxima gratia ſupernaturalis quum colloquitur ſupernaturaliter, *Eſto*; ſecus, *N. A.* & *Con.* Ad 8: vulgatiſſima Theologorum ſententia conſtitutum videtur, Deum in ſtatu naturae ad ſupernam beatitatem elevatae, ex decreto providentiae ordinariae non niſi ſupernaturaliter adloqui cum creaturis; adeo ut quamvis poſſit ſimpliciter in eodem ſtatu loqui naturaliter, non tamen ſic loquutus poſſit intelligi abſque fundamento urgentiſſimo, quod quidem nullum eſt ad probandum unam quampiam ſacri codicis veritatem fuiſſe a Deo naturaliter loquente vel inſpirante revelatam aut ſuggeſtam Scriptoribus: quocirca omnes omnino veritates ſacri codicis fide ſuperna credantur oportet (*p*) (§).

ſuffra-

(*p*) Conf. cit. *Arria.* a n. 64. *Ripal.* proxime cit. ac t. 1. d. 11. ſ. 8. a n. 44. *Pallav.* cit. a n. 38. *Moravv.* cit. a p. 13.

OBSERVATIO.

(§) QUae profecto hac quaeſtione conſulto diſputavimus, haud parum lucis iis adfundere poſſunt, quae pro ſtatu poſſibili naturae purae, hac tempeſtate tanta animorum contentione adverſum Bajum, Janſenium & Doctores Auguſtinenſes cum Bertio, pleriſque admiſſo & propugnato; adjectis praeſertim quae de fecunda liberi arbitrii libertate ad actus eliciendos *ſupra* diſſeruimus Tom. III. a p. 197. Ex iis quippe omnibus tanquam certis rite praejactis facile conſurgit naturae purae ſtatus in genere ſuo numeris omnibus abſolutus, ac Deo O. M. naturae Conditori decentiſſimus.

Ceterum non deerit, remur, qui nobis ſubcenſeat quod adſertis praejactis arma miniſtraverimus Deiſtis, & validiſſima quidem. Quippe qui Noſtratum argumentis multa fideuter reponere poſſent. Nimirum ſi Deus poſſit naturaliter loqui, nec neceſſaria nec utilis eſſet humano generi loquutio ſeu revelatio ſupernaturalis.

Poſſet etenim adloquutionibus ſuis naturalibus quidquid ad ordinem, ſummamque religionis naturalis perfectionem ſpectaret dictare, revelando videlicet cultum, quo venerari amet, modum quo peccator cum Authorae naturae reconciliandus ſit, rationem qua virtutes omnes morales adquirantur, & impedimenta quaelibet eis obſtantia ſuperentur: verbo, poſſet Deus revelare naturae quidquid dicitur ſupernaturaliter revelaſſe in ordine ad naturam, ſeu potius ad religionem naturalem.

Fac itaque ea, ut potuit, ſummeque decuit Authorem naturae, revelaſſe Deum; porro quod ſpectat religionem naturalem, ceteras, quae ſupervenerint, loquutiones ſupernas nec neceſſarias, nec utiles, immo potius omnino ſupervacaneas unuſquiſque ſapiens & prudens exiſtimaverit.

Addiderint fortaſſe, vehementi ſuſpicioni locum eſſe, quod revelationes univerſae de rebus naturalibus, ſacris codicibus recitatae, naturales fuerint; quum enim

166 Suffragatur quammaxime veneranda Antiquitas monimentis eximiis ad illuſtrationem dogmatis de revelationibus ſupernis. Ea mox exponimus.

enim fateamur hujuſmodi eſſe potuiſſe, fruſtra nobis ſupernaturales decantantur: eadem quippe eſt Dei authoritas ut credatur, ſive naturaliter, ſive ſupernaturaliter loquatur.

Verum enim vero nec hilum his proficerent Deiſtae impii. Primum ſiquidem nos loquimur de ſtatu naturae purae mere poſſibili, quem illi re ipſa exiſtentem nequiter confingunt. Acriter deinde pugnamus pro ſtatibus naturae corruptae ac elevatae, quos iidem infideliter rejiciunt. Quidquid ergo ſubdolis ac certo falſis hiſce fundamentis innixi effutiunt, ſuis conatibus ſtramineum nullumque argumentum ſit oportet.

Nullo deinde pacto, quod ipſi magnopere litem victuri optarent, permitti poteſt, nempe in natura pura modo exiſtente ea Deum naturaliter revelaſſe, quae ejus potentiae naturali adtribuimus comparate ad ſtatum nude poſſibilem. Quia enim, uti adpoſite ajebant majores noſtri, a potentia ad actum argumentum non valet. Alias quippe ex propoſita hypotheſi de revelatione naturali apte concluderent, ad perfectionem religionis naturalis in praeſentia revelationes ſupernas omnino inanes futuras.

Verum apage nugas. Satis autem ſuperque & noſtris argumentis, & conſtanti experientia novimus praeſentem naturam oppido quantum ad mentes ac voluntates hominum corruptam eſſe ac depravatam; atque adeo ut verum rationis ductum adſequatur in ſpectantibus religionem naturalem illuſtrationibus ſupernaturalibus indigere.

Plane Deus quomodocumque loquatur ſumma gaudet authoritate apud audientem, cui de loquutione certo conſtet. Nihilo ſecius quod nuſpiam ſit naturaliter loquutus, locum omnem ambigendi tollit idem quo fruimur, & adverſarii impudentiſſime diffitentur, naturae ad beatitatem ſupernam evectae ſtatus, quod mox praemonuimus. Ex noſtris itaque Adſertis pro infelici Deiſtarum cauſſa praeſidium nullum.

CLASSIS V.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Revelationibus ſupernis.

E RE MARTYROLOGICA.

1 *Martianus ait, nomen ejus (*) mihi enuntia. Achatius dixit, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob. Martianus ait, deorum iſta ſunt nomina? Achatius reſpondit, non iſti, ſed* qui loquutus eſt iſtis, *ille eſt* Deus verus.

(*) Dei, quem colis.

S. ACHATIUS M. quaeſitis Martiani Praeſidis dogmatice reſpondens (ex *Act.* Sancti citt. in Adp. p. IV.)

Quod autem cum Patriarchis Achatio laudatis ſaepe numero loquutus ſit Deus verus, ex ſacro Geneſeos libro ſatis abunde innoteſcit: immo putaverim, frequentes, familiares, & myſteriis plenos Dei veri cum iis ſanctis ſermones haud minimam eſſe cauſſam, ob quam Dominus eo ſaepe donetur cognomine, *Deus Abraham* &c. Ergo Deus loquutus eſt.

2 *Praeſtat quippe tolerantiam fortitudinis* (*)

qui *ſuis* in Evangelio loquitur *nolite timere eos qui occidunt corpus, animae autem non habent quid faciant* (**).

(*) Chriſtus Dominus
(**) Ex Matth. 10. 28.

S. VINCENTIUS M. urgens generoſiſſime Dacianum Praeſidem, ut corpus ſuum acerbioribus, quae poſſet excogitare tormentis pro Chriſto cruciandum juberet (ex *Act.* ſaepe citt. n. 6.)

Vincentio ſubjiciendi complurimi, qui etiam in tormentis permulta ſacrorum Bibliorum loca diſerte ac fideliter excerpta laudarunt, ceu verba inerrantia, quae Deus proloquutus eſt. Inſtar plurium paucos adcipe, prout menti occurrant ex *Actis* eorumdem Martyrum. Videlicet divina laudarunt Oracula ex Deuteronomio & Pſalmis Davidis PETRUS BALSAMUS, GORDIUS, PATRICIUS, QUIRINUS: ex Iſaia CARPUS Epiſc. Thyatirae, MAURA in Thebaide: ex Zacharia BARACHIUS monachus Perſa, PHILIPPUS Epiſc: ex Matthaeo, & Joanne, & epiſt. 1. ad Col. PATRICIUS idem: ex epiſt. ad Roman. iidem GORDIUS & PHILIPPUS: ex epiſt. ad Philippenſ. ARCADIUS: ex Actis Apoſt. FERREOLUS: ex Evangelio Joannis & Matthaei AFRA: ex libro Exodi PHILEAS: ex Matthaeo QUIRINUS idem, IRENAEUS, EUPLIUS, PHILIPPUS, & JONAS. Haec itaque, ut valde plura mittamus, glorioſa & veneranda nobis ſupereſt traditio pro ſupernis revelationibus, & pro auctoritate ſacrorum codicum, quibus illae continentur, quidquid impia Deiſtarum turba contra nitatur.

3 *Deus, gratias tibi. Quinquaginta & ſex annos habeo in hoc ſeculo. Virginitatem cuſtodivi*, Evangelia ſervavi, *fidem & veritatem praedicavi...*

S. FELIX Epiſc. Africanus civitatis nondum Eruditis exploratae, M. Deum orans, jamjam gladio interficiendus, apud Venuſium, quae eſt civitas Apuliae in Italia, an. 303. (ex *Act.* Sancti, quae Ruin. e codd. mſſ. ac edit. vulgavit p. 376. n. 6.) Eum celebrant Graecorum Menaea d. 16. Apr. at Martyr. Rom. 24. Oct.

Primus hic Felix ex Africa dicitur pro defenſione divinorum codicum ſubiiſſe martyrium adverſus edictum Diocletianeum. Jure quidem optimo dixit Sanctus, *Evangelia ſervavi*. Quippe, ut eadem Acta ferunt, rogatus primum a Magniliano Curatore, *da libros, vel membranas quaſcumque habes*, reſpondit Felix, *habeo, ſed non do*. Rurſum Curatori praecipienti, *da libros, ut poſſint igni aduri*, Felix, *melius eſt me igne aduri, quam Scripturas deificas*.

Proconſuli deinceps Anulino ab eo e vinculis educto quaerenti

ti bis, *quare Scripturas ſupervacuas non reddis?* reſpondit primum Felix, *habeo, ſed non dabo*, ac deinde, *non ſum eas daturus*. Venuſtii demum ſciſcitanti Praefecto, *quare Scripturas Domincas non das, aut forſitan non habes?* impavide & ſancti propoſiti tenaciſſimus Felix, *habeo quidem, ſed non do*. Quam unam ob cauſſam extemplo juſſu Praeſidis gladio interemtus Felix, praeclarus Eccleſiae percolitur Martyr.

Nec immerito quidem, ſi animum intenderis in egregium facinus. Quid enim pro fide chriſtiana illuſtrius, quam eo conatu pro ſanctis codicibus, ſeu tabulis legis ſuae, digito, vel potius verbo Dei inſcriptis pugnaſſe? Quis ſubinde laureae & honorum Martyrii eo dignior, qui ne porcis margarittas projiceret, & pro incolumitate divinorum ejuſmodi codicum ſe flammis ultro permittit, gladio ſupponit caput, vitam cum ſanguine profundit? Dixerim. Sanctum eo facto non unum aut alterum a Deo revelatum dogma profeſſum eſſe, ſed & virtute cuncta, quae ſacrae paginae complectuntur; qui enim ut iſtae integrae penitus & illibatae ſint, martyrium ſubit, & omnia plane, quae continent, dogmata ceu revelata credit, fatetur, adorat, ac propria vita & ſanguine eſſe ſingula pretioſiora exiſtimat & virtute depraedicat.

Eximium hunc Protomartyrem ex Africa pro divinis revelationibus in ſacra pagina conſcriptis imitati ſunt plurimi, qui & Adloquutionibus, & exanthlatis ſuppliciis, & morte interdum crudeliter obita pro incolumitate ſacrorum codicum decertarunt, referentibus eorum *Actis*. Sic enim Carthagine SATURNINUS cum numeroſa utriuſque ſexus, & cujuſque aetatis cohorte: ſic EUPLIUS Catanae: ſic PHILIPPUS Epiſc. Heracleae: ſic plures alibi. Recole ſcripta in cit. Adp. p. VII. Et adde, ex Actis Felicis noſtri, quae *ſupra* adlegavimus ad p. 23, primum, reor, innotuiſſe ferale Diocletiani edictum ſub an. 303. de tradendis divinis codicibus: quod multos quidem peperit Eccleſiae Martyres, preecipue in Africa, ubi hac occaſione chriſtiani plurimi, apud quos illi violenta manu reperti ſunt, mortem ſubinde pro confeſſione Chriſti pertulerunt.

4 *Dum enim adpenſus patibulo intolerabilibus cruciarer anguſtiis, miſericordem Dominum ſupplicibus lacrymis invocavi. Et ecce protinus illum video, glorioſum noſtrae redemtionis ſignum in manu ferentem & dicentem mihi, pax tibi Victor, ne timeas*, Ego enim ſum Jeſus, qui in Sanctis meis injurias & tormenta ſubſtineo. *Ad cujus vocem &c.*

S. VICTOR M. adhortans Socios ad perferendum viriliter tormen-

menta cum ſpe in Chriſtum Dominum, qui ipſis non deerit, proponens eis in ſemetipſo exemplum fidele (ex *Act.* Sancti, de quibus in cit. Adp. p. XXXII.)

Ecquis autem tanto Martyri haec loquuto inſolenti auſu integram deneget fidem? Deus itaque praeter verba divini codicis, alia deinceps ſanctis viris dignatus eſt loqui. Nec uni quidem Victori, ſed & pleriſque Martyrum, ut iidem de ſemet ipſis revelationibus ejuſmodi dignatis teſtantur: e. c. apud *Acta* S. Cypriani, tum SS. Perpetuae, Felicitatis & Socc. item SS. Pionii & Socc. nec non SS. Jacobi & Mariani; SS. itidem Maximi, Quintiliani, Dadae, & apud alia complurima. At ea tamen omnia pro ſancto dogmate venerandа teſtimonia brevitatis ſtudio inviti miſſa facimus.

E RE LAPIDARIA.

5 LEO PRIMUS EP. CREDO RESURGERE

Nolae, ut ſupra in Tom. IV. p. 295. n. 14.

En tibi Revelationem ſupernam de reſurrectione communi aut explicate, aut tacite ſaltem expreſſam in confirmationem ſancti dogmatis. Quid enim το CREDO RESURGERE aliud eſt in viro catholico, ac adlentior Deo, qui ſuperne loquutus eſt, mihique dixit per Chriſtum, Prophetas, & Paullum, univerſum genus humanum fore aliquando reſurrecturum a mortuis? Adſeverat itaque perſpicue, Deum revelaſſe coelitus reſurrectionem communem catholicus vir, quum ait CREDO RESURGERE. Plane ſi quem palam aut in Marmore olim dixiſſe finxeris *non credo reſurgere*, hoc ipſo ſub eiſdem verbis divinam de reſurrectione communi loquutionem apud quoſque probe ſapientes explicate denegaſſet; quis enim, niſi penitus deſipiat, credat ac fateatur, Deum fallere ac falli neſcium quidquam revelaſſe, quin ei ceu verum indubitanter loquuto protinus adquieſcat? Pariter ergo ex oppoſito qui adſeruit *credo reſurgere*, ſub eodem adſerto divinam loquutionem de reſurrectione exſerte proteſtatur.

6 HIC REQVIESCIT ....
AGELPERGA...
....
CREDO DEVM PATREM CREDO
DM̄ FILIVM CREDO DM̄ SPIRITV
SANCTO * CREDO Q̄ NOBISSIMO DIB RESVRGAM * *Spiritum ſanctum.*

Capuae, ut ſupra ad Tom. II. p. 285. n. 1. & p. 372. n. 1.

Egregia in Marmore praenitet fides etiam atque etiam expreſſa erga divinas loquutiones, hoc eſt erga veritates coelitus revelatas de Ss. Triade, ac de Reſurrectione communi in die noviſſimo. Neque vero myſteria haec altiſſima, & ab humanis ſenſibus nimium remota poterat alias Agelperga adſenſu firmiſſimo credere, niſi ea

Altiſ-

Altiſſimus Dominus dignatus eſſet revelare. Itaque ſub το' CREDO toties geminato & Agelpergae fidem catholicam, & veritates divinitus revelatas, quas ejus fides explicate reſpicit, Deiſta intelligat & ſuſpiciat oportet, ex *nuper* praeadſertis ad num. 1.

Iis, admiſſo ſyſtemate noſtro, ſubnecti jure poſſent cetera quaeque Marmora pro fide theologica *inferius* tempore praeſtanda; quidquid enim hanc fidem probat aut explicat, & divinam revelationem, quam directa facie reſpicit fides, & probet & explicet neceſſum eſt; adeo ut qui exſiſtentiam fidei theologicae fatearis, & exſiſtentiam revelationis divinae neceſſaria conſequutione convincaris eſſe profeſſurum. Sed pauca tamen, quae modo praeſtitimus & illuſtravimus, ad rem noſtram ſuffecerint.

E RE LITURGICA

7 Interr. *Credis etiam novi & veteris Teſtamenti, legis, & Prophetarum & Apoſtolorum unum eſſe authorem Deum & Dominum omnipotentem?* Reſp. *Credo.*

Haec tibi fides augeatur a Domino ad veram & aeternam beatitudinem....

E CODICE ANTIQUISSIMO RITUALI BIBLIOTH. VATICANAE IN EXAMINATIONE AD ORDINATIONEM EPISCOPI (ap. *Morin.* de ſacr. ordinat. par. 2. p. 224. col. 2.)

Haec totidem verbis habes in *Ord. rom.* Hittorp. ubi de examine Epiſcopis ordinandis ſecundum Gallorum inſtitutiones ſubeundo, ſub titulo *Item interrogatio de credulitate* p. 99. col. 1., tum in *Pontificali* eccleſiae Noviomenſis annorum circ. 900. ap. cit. *Marten.* l. 1. c. 8. art. 11. ord. 6. p. 387. & in aliis pariter. Nimirum ex veteri diſciplina periculum ſubire tenebantur electi Epiſcopi ante conſecrationem, ut ſpecimen de fide eorum catholica propalam ederent, congruis reſponſis datis ad quaeſita ſuper praecipuis ſanctae fidei capitibus. Fuſius hanc in rem liturgicam ad Tom. VIII. ubi de Ordine ſacro. Conf. interea, ſi lubet, *Marten.* de ant. eccl. rit. l. 1. c. 8. ar. 10. & 11.

Tempus autem hujus examinis varium fuit, ſecundum variam uniuſcujuſque eccleſiae conſuetudinem. Vulgo tamen ipſa conſecrationis die fieri conſuevit, quae ſingulis temporibus, uti conjicio ex codicibus liturgicis, dies Dominica fuit: & quidem vel poſt introitum Miſſae ſollemnis, vel ante Evangelium, vel ante orationem ſecretam, vel ad praefationem quamdam prolixam illius liturgiae propriam, in qua formam ordinationis conſtituit cit. *Marten.* §. 14. quem unum de argumento, quod exponimus, ex inſtituto agentem hucuſque reperi. Conſimilem fidei profeſſionem emittebant olim ad Epiſcopatum promoti apud Coptitas, Syros, Jacobitas, Melchitas, Neſto-

Noſtorianos, Alexandrinos, Authore *Renaud.* t. 1. p. 277. & 407. necnon apud Graecos, uti liquet ex Euchologiis Allatianis, adlatis a *Goario* in euchol. a p. 306. Hodieque noſtrates Romae eliciunt proxime poſt examen de ſcientia coram Sanctiſſimo longe ante diem ordinationis.

Iam vero in Interrogatione atque Reſponſo apud Monimentum noſtrum praeſcriptas habemus compendio revelationes omnes ſupernas divini Numinis, ſingulis qribuſque partibus & libris ſacri codicis contentas, & ab orthodoxa Religione ceu Verbum Dei ab ore Altiſſimi profectum conſtantiſſima fide creditas & cultas. Ita quidem docet ac profitetur veneranda Traditio ab ipſis Eccleſiae cunabulis ad nos uſque tranſmiſſa, quidquid contra iniquiſſime frendeat Deiſta, ex profeſſore olim huius fidei in adverſarium legis, prophetarum & evangelii, inſtar monſtri, converſus. Ergo ne unquam & uſpiam cum hominibus Deus loquutus eſt?

8 **Antiphona ad introitum.**

Populus Sion, ecce Dominus veniet ad ſalvandas gentes, & auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ in lætitia cordis veſtri. (*Populus Sion*).

Tom. VIII. oia euouae.

Pſ. 19. *Qui regis Iſrael, intende, qui deducis velut ovem Joſeph.*

(*Populus Sion*)

(*Gloria. Populus Sion*) *&c.*

Ex Antiphonario ordinato a S. Gregorio M. (ut ferunt ex *Amalar.* l. 4. de eccl. offic. c. 30. & *Bernone* de Miſſa c. 4) per circulum anni in Missa ad Dominicam II. de Adventu Domini (ap. *Thomaſium* t. 5. edit. Vezzoſianae p. 4.)

Haec ſollemni cantu proferenda & geminanda exhibet Antiphona noſtra, ex Verbo Dei ſcripto & revelato fideliter, piiſſimeque excerpta. Nimirum moris eſt apud orthodoxam Eccleſiam ſuas ad Deum laudes, preceſque fundere, verbis, quae a Deo revelata credit, quo ad ejus fieri poſſit, ſtudioſe inſertas. Nec ſibi quidem verius, elegantius, caſtiuſque loqui videtur, quam quum verba divina e ſacro Codice depromta loquitur. Id ipſum porro ad oculum demonſtrant Codices liturgici, ut puta Sacramentaria, Miſſalia, Breviaria, Antiphonaria, & id genus reliqua; in quibus nempe & ex veteri & ex novo Foedere a Deo revelatis lectio paſſim occurrit. Adpoſite plane quis dixerit, Codices liturgicos ſacerrimam eſſe texturam, quam ex theſauris Scripturarum divinarum majores no-

noſtri orditi ſunt. Quid autem ejuſmodi codicibus tanta antiquitate atque authoritate praeditis magis aptum & idoneum revincendo Deiſtae divinam quamlibet revelationem nequiter inficianti? Ex tot itaque ac propemodum innumeris teſtimoniis, quae e codicibus liturgicis repetere liceret, ſit haec Deiſtae inſtar plurium Antiphona prima ad Introitum Miſſae propoſitae, ex iis, aliiſque ſacrae Scripturae locis excerpta. De Antiphona, aliiſque conſimilibus ritibus liturgicis alias, Deo propitio, plura.

E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS.

9



Romae olim exſtabat haec tabula depicta in conclavi ſecundo coemeterii S. Calliſti P. & aliorum SS. Martyrum via Appia & Ardeatina ap. Bottar. cit. t. 2. tab. 59. n. 2.

Cum Noë Patriarcha viro ſanctiſſimo loquutus eſt Deus. Haec etenim Arca, ſeu navis maxima de lignis laevigatis, in qua Noë columbam olivae ramum virentibus foliis ore deferentem excipit, expreſſo Dei juſſu quantum ad ſingulas ejus partes & particulas fabrefacta eſt a Patriarcha centum annorum ſpatio, ut ſe, ſuamque familiam, & ſingula cunctorum animantium genera in adluvione immenſa incolumia redderet Ita quidem rem magnam diſcas ex *Geneſ.* 6. 12. ſqq. & 7. 1. ſqq. & 8. 15. ubi geminatas Altiſſimi loquutiones animadverteris. Ecquis autem rationis compos ſacerrimo huic documento auſit obſiſtere?

At obſtitit tamen ethnicus ille Celſus impudente oratione, quam recitat & perſtringit *Orig.* l. 4. contra Celſ. n. 41. in haec verba „ nobis obtrudunt (*Chriſtiani*) diluvium quoddam & ridiculam ar„ cam ubi omnia incluſa fuerant, tum columba & cornicula nuntio„ rum munere fungentes. Qua in re nihil agunt quam interpola-

„ re ac depravare Deucalionis hiſtoriam. Neque enim putabant, „ opinor, haec in lucem eſſe proditura, ſed inepta illa figmenta „ pueris narrabant. „ Haec inſanus nebulo, quem continuo perſtringit cit. *Orig.* Quin & eadem Pagani alii obtrudebant Chriſtianis ceu fingentibus, aut fidem temere praeſtantibus hiſtoriae de Arca & diluvio Noëticis: at idcirco fortaſſe, quod ſcite obſervat laud. *Bottar.*, noſtrates hiſtoriae imaginem & depingendam, & ſcalpendam ſaepe curabant, ut fidem ſuam erga Verbum Dei ſcriptum etiam atque etiam teſtatam redderent. Sed & alia ratione ethnicos ſequuti ſunt Apoſtatae Deiſtae, quos alias, ſi Deus faverit, confutabimus. Lege interim qui plura voles *Kircher.* de arca Noë l. 2. *Jo. Pelletierium* de arca N. a c. 26. & 31. *Calmetum* in Geneſ. c. 7. & in dict. bibl. art. *Arca Noë*, ac *Diluvium*, & *Faſſon.* diſſ. de mirac. a §. 32.

10



Romae in arcu triumphali Titi Veſpaſiani ad radices montis Palatini, ad dextram progredientis e Capitolio in Amphitheatrum.

Figura haec praenobilis marmoreo anaglyphico opere caelata, quam in arcu hodieque perſpicimus inter alias, quibus S. P. Q. R. triumpho Judaico Titi plaudit, illud repraeſentat aureum Hebraeis celebratiſſimum Candelabrum, quod Deus magnifice atque ornatiſſime conſtruendum Moſi praecepit *Exod.* 25. 1. & 31. ſqq. in haec verba, *loquutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens ... facies & Candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile ejus & calamos* &c. Ergo, velit nolit, rideat, obganniat Deiſta impius, Deus loquutus eſt. Candelabri noſtri prae ceteris id genus figuris vetuſtiſſimi, meminit *Baron.* ad an. 73. n. 2. idemque adfabre delineatum aerique inciſum, una cum reliquis arcus ornamentis triumphalibus a *J. P. Bellorio*, in vulgus primum edidit *J. Jac. de*

Ro-

Rubeis Romae 1690. tum ipſum praeſtitit *Lamyus* tr. de tabernac. Moſaico in altera ex tabulis ſub fin. tomi repoſitis. Ea vero prae primis ratione imago haec, a Quiritibus lauro redimitis delata, in pompa triumphali eminet, quoniam Titus Auguſtus ipſum templi Hieroſolymitani Candelabrum aureum inter alia Judaeae ſpolia ſecum in Urbem detulit, *Fl. Joſepho* teſte de bel. jud. l. 7. c. 5. n. 5. ſub fin. p. 415. in t. 2. oper. ex edit. Sigeb. Havercampi.

Pergit inde fuſior noſtra in Candelabrum diſſertatio; at eam tamen abrumpere brevitatis ratio cogit & alio continuandam differre.

11

Romae, ut ſupra in Tom. II. p. 44. n. 4.

Exprimit rurſum tabella haec perantiqua muſivo opere Deum O. M. loquentem cum Jacob, paſcente greges ſuos, eique injungentem mandatum ex *Geneſis* 31. 3. Videlicet, *maxime dicente ſibi Domino, revertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum.*

Plura ſatis varii generis documenta pro ſupernis revelationibus ſacro codice contentis, dogmati facile adcommodanda toto commentariorum decurſu ſparſim dabimus; ubi praeſertim de authoritate Scripturae ſacrae, ac de Chriſto Domino ſermo erit.

COROLLARIUM

pro concordia fidei & rationis.

167 Anne vero, inquies (ne quid alicujus momenti noſtrum inſtitutum ſpectans praeteriiſſe videamur) deſideratur nobis CONCORDIA

DIA FIDEI ET RATIONIS pro praecipuis, quae in praesentiarum commentati sumus, Theologiae ac Religionis revelatae capitibus aut dogmatis? Porro de hisce singulis plures saltem umbras, & incultas imagines, plura incondita rudera atque vestigia habemus apud veterum mores gentium, ipsarumque Sapientum apophtegmata; quae plane si ratio fidei expers ceu vera crediderit, apertum sibi stravit iter, quo fidei dogmata ceu illis satis consona tandem amplectatur. Nec illis quidem gentibus sua defuerunt mysteria, miracula, vaticinia, revelationes. Quocirca religionem suam vanam & absurdam, iis tamen adparentibus praesidiis & ornamentis instructam ceu veram tenuerunt & vindicarunt: quod plane testatissimum reddunt tot Christianorum, quod eam ceu falsam despexerint, martyria.

168 Principio autem Mysteria quod spectat, complura *Aegyptii* habuerunt in dogmatis, festisque rituum cultibus celebrarunt, nec pauca *Graeci*, ad quos illa defluxerunt. (*q*) *Theologi Graecorum mithyci* multos ex diis suis humanam induisse naturam confinxerunt, subindeque urbes obambulasse, hominum lustrasse facta, cum hominibus persaepe conversatos esse, quae plane qui inficiarentur, legibus, poenisque coërcebantur. (*r*) Quidni ergo credere detrectent Dominicae Incarnationis Mysterium? Quin etiam & *Gymnosophistae* Indorum Buddam suum (*s*) & *Tartari* veteres Praecopenses Ulanum primum eorum Regem ortos ex virgine absque consortio viri commenti sunt (*t*). En tibi umbram divae Virginis. Mitto mysteria, quae adfectabant sua comprehendere sacrificia, e. c. Taurobolium, & Criobolium, de quibus *infra* (*u*).

169 Deinde miranda portenta gentis suae alumnis adscribunt Scriptores ethnici. E. c. Claudia Guintia Romana navim, qua simulacrum matris Phrygiae vehebatur, quum loco moveri nullis viribus posset, zona adligata in testimonium pudicitiae suae illibatae movit, traxitque. Sic *Tullius* (*x*) *Livius* (*y*) *Suetonius* (*z*) *Silius Italicus* (*a*) *Herodianus* (*b*) *Plinius* (*c*) *Fenestella* (*d*) Tuccia item Virgo Vestalis, de cujus corruptione quaerebatur, aqua tiberina impleto cribro, neque perfluente, pro innocentia contreversiam diremit. Sic *Plinius* (*e*) *Dionys. Halicarnassaeus* (*f*) *Valerius Maximus* (*g*) Ut plura mittam, ab eisdem, aliisque nonnullis profanis Auctoribus tributa prodigia, seu miracula Vespasiano, Adriano, Servio Tullio

(*q*) Lege *Jamblich.* de Myster. Aegyptior. sect. 2. c. 11.

(*r*) Conf. *Platon.* in Timaeo, *Tulli.* in libb. de nat. deor. sparsim, *Euseb.* praep. ev. l. 1. c. 10. & l. 2 in prooem.

(*s*) De eo differuimus *sup.* Tom. IV. p. 3. sq.

(*t*) Si *Huetium* audias in qq. alnet. l. 2. c. 15.

(*u*) Plura id genus Mysteriorum divinorum rudia simulacra *inferius* ad Tom. VII. & VIII.

(*x*) Orat. de respons. Haruspic.

(*y*) Hist. l. 29. c. 14.

(*z*) In Tiberio c. 2.

(*a*) L. 17.

(*b*) L. 1.

(*c*) Hist. nat. l. 7. c. 35.

(*d*) De Sacerdotiis Romanor. c. 12.

(*e*) L. 28. hist. c. 2.

(*f*) L. 2.

(*g*) L. 8. c. 1. n. 5.

lio Romanorum Imperatoribus, Lucio Marcio, Aeſculapio, Attio Navio Auguri, aliiſque permultis Gentiliſmi numinibus & profeſſoribus. (*b*)

170 Praeterea prophetias, aut vaticinia de rebus futuris contingentibus complura ſuis adtribuerunt Oraculis Sapientes ethnici. Ex iis numeroſae inſtar cohortis adpellari poſſunt *Heſiodus* (*i*) *Tullius* (*k*) *Plutarchus* (*l*) *Strabo* (*m*) *Lucanus* (*n*) *Porphyrius* (*o*) *Platonici* vulgo, *Pithagorei*, *Stoici* (*p*). Permulta itidem famoſis illis Sibyllis, quas ut ſacras prophetides ſuſpiciebat Romana gens, ethnici pariter Scriptores vindicarunt. Ut puta e. c. *Varro* (*q*) *Servius* (*r*) *Tullius* (*s*) *Gellius* (*t*) *Fineſtella* (*u*) *Aelius Spartianus* (*x*) *Rutilius Claud. Numatianus* (*y*) *Julius Capitolinus* (*z*) adſentientibus univerſe profanis quibuſque gentibus (*a*).

171 Poſtremo quod ſaepe dii hominibus adparuerint, eiſque adloquutione ſua vel praecepta dederint, vel futura, ſeu arcana alia revelarint, vulgo tenuerunt non modo Mithyci Vates cum *Homero* (*b*) *Euripide* (*c*) *Catullo* (*d*) *Virgilio* (*e*) verum etiam & Hiſtorici cum *Tacito* (*f*) ac *Strabone* (*g*) & Philoſophi ſeveriores cum *Tullio* (*hh*) *Dion. Halicarnaſſeo* (*ii*) *Jamblicho* (*kk*) His protinus adjiciendi Auctores eorum Lapidum votivorum, quos certis conſecrarunt diis, aut numinibus, ceu adſtricti eorum monitis, juſſibus, aut praeceptis in ſomno aut per quietem opinione ſua indubitanter adceptis. E. c. *Vibius*, *T. Flavius Ariſtion*, *Muſtius* (*ll*). Subnectendae rurſum *Sibyllae*, quas utique perſuaſum omnibus fuit, non niſi diis intrinſecus agentibus atque dictantibus oracula fundere.

172 En itaque dum profanae gentes in haec, quae propoſuimus, dogmatum ſuorum capita vulgo conſpirant, & rudiora confingunt, adoptantque ſimulacra verae fidei dogmatum, quae ſubinde, ſi ratione ſe duci ſinant & urgeri, probanda potiſſimum eſſe atque tenenda fatendum ipſis eſt.

CA-

(*b*) Lege *Maluend.* de Antichr. l. 8. c. 23. & *Gazzanig.* de fide diſſ. 1. in notis ſub n. 123.
(*i*) L. de oraculis.
(*k*) L. 1. de divinat. c. 2.
(*l*) L. de oraculorum defectu.
(*m*) L. 7.
(*n*) L. 5.
(*o*) In philoſophia ex oraculis petita.
(*p*) Conf. *Euſeb.* praeparat. ev. l. 4. c. 2. ſub fin.
(*q*) In lib. rerum divinar.
(*r*) In Aeneid. 3. Virgilii.
(*s*) De reſponſ. Aruſp.
(*t*) L. 1. c. 19. alias.
(*u*) In l. de xv. viris.
(*x*) In Adriano.
(*y*) In itinerario 2. alias.
(*z*) In Adriano.
(*a*) Hanc in rem pulcre ac erudite *Huet.* in qq. alnet. l. 2. c. 12. §. 2.
(*b*) Odyſſ. 3.
(*c*) In Hippol.
(*d*) In Argon. de nupt. Per. & Thet.
(*e*) In Aeneid. paſſim.
(*f*) Hiſt. l. 5 c. 13.
(*g*) L. 26.
(*hh*) De nat. deor. l. 1. & 2.
(*ii*) L. 2.
(*kk*) De myſter. ſect. 3.
(*ll*) Hos alioſque plures dabimus *infra* ad Tom. VI. ubi de fide theologica.

CAPUT SEXTUM

de Gratiis, quas vulgo dicunt gratis datas.

CURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

173 QUAESTIO I. Quid de iis generatim? ADSERO 1. Gratia gratis data prout in praesentiarum sumitur ad sensum *Paulli* mox laudandi, est donum Dei supernaturale sine meritis datum homini primario in aedificationem atque utilitatem Ecclesiae, natumque manifestare signo aliquo externo, quod Spiritus Domini per illud operetur. Et heinc quidem celebris illa Gratiae partitio, quae primum ab *Alex. Aleusi* (*m*) profluxisse reor ac ceteris deinceps Scholasticis adcepta & usurpata, in Gratiam gratum facientem, seu justificantem, quae in bonum recipientis, eum cum Deo proxime conjungens datur, & in Gratiam gratis datam, quae primario recipienti conceditur in bonum Ecclesiae, homines remote perducens in finem supernum (*n*). En tibi perspicuam ejusmodi gratiarum notionem ac supernaturalitatem.

174 II. Id genus gratias novem numeravit, exposuitque Apostolus 1. *Cor.* 12. 4. in haec verba, *Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus; & divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus; & divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae; alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum; alteri fides in eodem Spiritu; alii gratia sanitatum in uno Spiritu; alii operatio virtutum; alii prophetia; alii discretio spirituum; alii genera linguarum; alii interpretatio sermonum.* Haec Apostolus, quibus subcinunt ab eodem scripta *Rom.* 12. 6. & *Ephes.* 4. 7. sqq. Vides jam & nostram descriptionem cum doctrina Paullina conformari, & exsistentiam qualemcumque hujusmodi gratiarum dogmaticam esse, fide certa tenendam (*o*).

175 III. Dona haec Deus dispensare consuevit, non permanenter, quasi a nutu recipientis illa pendeant, sed transeunter, ut ajunt, quum scilicet adcommoda ex Dei beneplacito occurrunt tempora, in quibus ope divini Spiritus operationes supernae prodeant. Quemadmodum *superius* innuimus de donis miraculorum & prophetiae. Quia enim haec dona potius in actione, quam in habitu sita esse videntur. Et hoc etiam pacto clarius elucet operationem supernam a Deo fluere (*p*).

176 IV. Dona eadem justis & peccatoribus, si Deo lubeat, communia sunt, non secus ac nuper diximus de donis miraculorum & pro-

(*m*) Par. 3. q. 61. ar. 5. sub init.

(*n*) Conf. *Pseudo-Clem.* l. 8. constit c. 1. *Thom.* 1. 2. q. 111. a. 1.

(*o*) Consulendi sacri *Interpretes* in 1. Cor. 12. 4. sqq. praeprimis *Chrysost. Theodoret, Salmer. Alap. Calm.* necnon *Scholastici* in 1. 2 q. 111. a. 1. 4. 5. & in 2. 2. q. 76. a. 1.

(*p*) Adcinit *Laurea* cit. qui disp. 19. ar. 3. quantum ad singula haec dona in id ipsum argumenta profert.

& prophetiae (*q*). Operationes siquidem haec carismata spectantes a gratia justificante non pendent, adeoque ab illa separari possunt & a peccatoribus elici. Indubium vero est a Christo Domino, Apostolis, aliisque sanctis viris elicitas fuisse . v. Iis gratiarum carismatis praeditata est Ecclesia Christi a 1. Seculo (*r*) subcessione ferme indesinente usque ad nostra tempora (*s*). Quibus nempe ceu indiciis, notisque veritatis ad evidentiam manifestis convicti ex omni gente homines Religionis supernae fidem, mysteria, sacra, mores amplexi sunt atque professi (*t*). Huc adplicanda quae de miraculis comparate ad religionem revelatam mox differuimus; quid enim aliud sunt haec carismata, quam divina miracula, certis donata nominibus? Nec minus quidem illa oderunt Deistae, quam miracula.

OBJECTIONES.

177 Obj. contra 1. Adſ. Non omnis gratia gratis data est donum supernum; quum plerique a natura, & nonnulli quoque jure quasi rio heredita aliqua gratia gratis data insigniti conspiciantur. Nam 1.° Salutatores, quos vocant in Hispania, gaudent gratia permanente sanandi hydrophobos, hoc est morsos graviter a canibus rabiosis, serpentibus venenosis &c. 2.° Eadem gaudent Reges Galliae per subcessionem in laborantes strumis aut scrofulis.

178 R. *N. Adſ.* Et *D.* adjunctam rationem: id habent a natura, hoc est ex vi naturae, *N.* hoc est naturae a Deo gratis & supernaturaliter congenitum, *C.* Heinc ad 1. & 2. prob. dic similiter. Porro de hac curationum gratia idem sentiendum ac de immortalitate, quam, statu innocentiae perdurante, in generatione ac per traducem obtinuisset humanum genus, non proinde quidem naturalem, sed aliunde supernam. Haec autem dicta sint pro eventu, quo sanationes objectae reapsa naturam superent; alias enim essent gratiae naturales modo insolito datae ab Authore naturae, non autem gratiae ad sensum Apostoli. Ceterum apud viros Criticos & Salutatorum Hispanorum, & Regum Galliae sanandi, quae venditatur, virtuti aut nulla, aut valde dubia praestanda fides (*u*).

179 QUAESTIO II. Quid speciatim de hisce gratiis? ADSERO 1. *Sermo sapientiae* est externus sermo, quo quis absque humano labore ac studio de mysteriis divinis ita differit, ut audienti certo adpareat, Spiritum S. in eo loqui; adeo ut & nemo valeat illi resistere, & virtute sua incredulos convertat ad fidem, credentes in fide confirmet, peccatores in bonam frugem reducat. Erui videtur ex

(*q*) Consentiunt *August.* l 83. quaest. q. 79. *Gregor.* hom. 17. in Ezech. sub fin. *Anast. Sinai.* in Hexaëm. l. 6. sub fin. *Tho* 2. 2. q. 172. a 4. ad 1. *Alens.* cit par. 3. q 62. memb. 1. *Suar.* de grat. t. 1. proleg. 3. c. 4. n. 8. sqq.

(*r*) Id comprobant aperte praeter testimonia ab Apostolo mox petita, historia sacra Evangelii & Act. Apostol.

(*s*) Hoc itidem conficitur ex historiis fide dignissimis propemodum infinitis, ubi agunt de miraculis Servorum Dei.

(*t*) Rem pulcre illustrat cit. *Lauraea* d. 19. ar. 2. n. 45.

(*u*) Lege *Laur.* proxime cit. & *Feijoum* in theatro crit. t. 3. disc. 1.

ex *ſacro Codice* (*x*). Adcinuntque *PP.* (*y*).

180 II. *Sermo Scientiae* eſt ſermo externus omnino ſimilis de rebus moralibus ad ſalutem pertinentibus, & cum ſimili erga audientes virtute. Id ipſum comprobare videntur eadem, quae pro ſermone ſapientiae indicavimus teſtimonia ex *ſacro Codice* & *PP.* (*z*).

181 III. *Fides* eſt eximia in Deum O. M. fiducia ad impetrandum ſupernaturale quod petitur atque obtinetur. Et en virtutem patrandi haud haeſitanter miracula in nomine Domini. Depromitur ex *Luc.* 17. 6.

182 IV. *Gratia Sanitatum* eſt facultas, qua quis abſque remedio naturali morbos corporis ante oculos ſtatim curat. Ejuſdemque facultatis depellendi ſtatim morbos a vexatis corporibus plura exhibuit exempla Chriſtus Dominus, e. c. *Matth.* 8. 3. *Luc.* 18. 43. *Marc.* 7. 35. *Joan.* 5. 9.

183 V. *Operatio virtutum* eſt virtus operandi inſignia quaedam & rariora miracula, quae ſanationes corporum non ſpectant; e. c. ſuſcitandi mortuos, ejiciendi daemones e corporibus, ſolem in coelo ſiſtendi, hoſtes Dei plagis, caecitate, morte puniendi &c. Quod autem nomine *virtutum* veniant plerumque miracula praeſtantiſſima extra curationes corporum, ſubintelligi poteſt ex phraſi ſacro codici ſatis frequenti, e. c. *Matth.* 7. 22. *Marc.* 6. 2. *Act.* 8. 13. & 2. *Cor.* 12. 12. *Galat.* 3. 5. *Hebr.* 2. 4. (*a*). De *Prophetia* vero late *ſuperius* (*b*).

184 VI. *Diſcretio ſpirituum* eſt judicium Deo illuſtrante adceptum & ſigno aliquo exteriori comprobatum, quo quis tam in materia doctrinae dogmaticae, quam morum, ſine diſcurſu diſcernit eos qui S. Spiritu adflati ſunt, ab iis qui non item. Haec in re plerique omnes, ſi excipias *ſignum externum*, quod video eos omnes praeteriiſſe. Sed eo tamen deficiente gratia haec non erit proprie gratis data ad ſenſum Apoſtoli (ex definitione quam primo loco propoſuimus) quem omnes heic interpretari ſatagimus. Pro diſcretione ſpirituum, quae humano labore & induſtria adquiri poſſit, plures adferuntur praeindicatis Doctoribus Canones, qui huc non ſpectant.

185 VII. Gratia de *Generibus linguarum* eſt facultas divinitus adcepta, qua quis, nulla intercedente humana induſtria, una lingua vel pluribus, quas non noverat, loquitur in utilitatem audientium, qui illas capiunt ac poſſident. Et ejuſmodi quidem loquutio eſt proprie gratia gratis data; ad quam propterea referri poſſunt portentoſae Apoſtolorum loquutiones ex *Act.* 2. 4. ſqq. & 1. *Cor.* 14. 18. quemadmo-

(*x*) E. c. ex *Matth.* 10. 17. *Luc.* 21. 14. *Act.* 6. 10. & 1. *Cor.* 2. 1. ſqq.

(*y*) Cum *Hieron.* ac *Theodoret.* in 1. Cor. 12. in τὸ *ſermo ſapientiae*, & *Origine* l. 6. cont. Celſ. ſuper eadem Apoſtoli verba.

(*z*) Conf. *Salmer. Vatab. Eſt. Tirinus*, *Calm.* in citt. *Pauli* loca.

(*a*) In hanc gratiam plura *Suar.* t. 1. de grat. proleg. 3. c. 5. a n. 17.

(*b*) Quibus addi poſſunt quae in rem praeſentem de eadem ſelecta tradit cit. *Suar.* n. 21. ſqq.

modum interpretari videntur *PP.* (*c*). Quibus adcinunt *Doctores* (*d*).

186 VIII. *Interpretatio ſermonum* eſt facultas declarandi divinitus myſteria, vel reconditos ſenſus, in ſermone aliquo, Scriptura ſacra, viſione, ſeu revelatione obſcura contentos; dato ſigno aliquo externo, veritatem interpretationis certo moraliter indicante. Exempla varia hujus gratiae ſuppetunt ap. *Danielem* in ejus prophetia cap. 2. ſqq. tum apud ſacros *Evangeliſtas* ubi ſaepe numero loca obſcura veteris Teſtamenti recitant, exponuntque. Adſerto favere videntur Doctores (*e*). Et haec quidem ſatis pro noſtro inſtituto de hiſce mirabilibus gratiis (*f*).

Quod ſpectat Monumenta Antiquitatis pro definitis hoc Capite, ſatis erit huc revocare quae pro miraculis ſupernis mox expoſita ſunt; quae plane eodem redeunt.

CAPUT SEPTIMUM

de Donis ſupernis finem beatum per ſe ſe reſpicientibus.

187 QUAESTIO I. Quid generatim de Donis hujuſmodi? ANSERO 1. Haec eorum notio: ſunt dona per ſeſe pertinentia ad felicitatem naturae, hoc eſt ad beatitatem aeternam, quae unice vera & propria felicitas eſt (*g*). Adcinere vulgo dixerim *SS. Patres*, quippe quibus nihil frequentius, quam ut ejuſmodi donorum indolem & excellentiam ex reſpectu ad vitam aeternam habito ſubinferreut & explicarent (*h*). Horum itaque ſupercoeleſtium donorum ſeries naturalem ordinem divinitus promovet, elevat, perficit intrinſecus ad ſupernum finem comparandum aut retinendum; media quippe fini, ad quem ordinantur, adfinia ſint oportet.

188 II. Hae ipſorum partitiones. In binas diſtinguuntur claſſes, quarum prima continet quae permanentia ſunt, e. c. gratiam ſanctificantem, lumen gloriae, habitus aut virtutes cum theologicas tum morales, animis a Deo per ſe ſe infuſas, eiſdemque inhaerentes; altera vero quae ſunt tranſeuntia & ab animis eliciuntur, nempe gratiam auxiliatricem, & actus virtntum, quos merita theologica nuncupamus. Ad ſpecies iſtas, reor, univerſa id genus dona, definitione noſtra tacite adtacta revocari poſſunt, & illa ſcilicet qui-

(*c*) Cum *Pſeudo-Cypr.* in expoſit. Symboli, *Nazianz.* orat. in die Pentec. *Hieron.* apol. adv. Ruſin. *Aug.* tr. 32. in Joan. *Ambroſiaſt.* in Rom. 5. 5. *Baſil. Seleuc.* in ſerm. de Innocent.

(*d*) Cum *Tho.* 2. 2. q. 176. a. 1. *Anſelm.* in 1. Cor. 12. *Cajet.* in Act. 2. *Viguer.* inſt. c. 9. §. 1. verſ. 8. *Suar.* cit. proleg. 3. c. 5. a n. 50.

(*e*) E. c. *Tertull.* l. 5. adv. Marcion. c. 8. *Theodor.* & *Gloſſa ordin.* in 1. cor. 12. ubi de hac gratia, *Hieronymiaſter* in 1. cor. 14. 13.

(*f*) Qui copioſius erudiri volet, ſacros adeat Interpretes in citata Paulli loca, tum Scriptores alios hoc capite praelaudatos; ac prae primis *Suarezium* in cit. proleg. 3. & tr. de fide diſp. 8. ſect. 2. & *Lauraeam*.

(*g*) Id quod *ſup.* monuimus Tom. IV. ubi de beatitudine formali.

(*h*) Conf. *Arandam* in comment de act. hum. l. 11. de ſupernaturalit. actuum diſput. 40. n. 121.

bus animi in terris degentes in patriam ſupernam contendunt; & illa quibus coelicolae beatitatem obtentam perpetuo curſu retinent.

189 III. Dicuntur vulgo (*i*) dona haec eſſe *ordinis divini*. Quatenus nempe ſunt de ordine Divinitatis ſublimius participatae. Quia enim per haec dona vel longius, vel propius efficimur *divinae conſortes naturae* ex 1. *Petri* 4. conſortio videlicet ac participatione, quae animos cum ſummo Conditore divinitus conjungit. Et ex iis quidem ſublimioribus Deitatis participationibus conſtituitur ex integro praeclariſſimus hic *ordo divinus* ex frequenti Patrum loquutione. Infer, ſupernaturalitatem hiſce donis eximio quodam jure competere (*k*).

190 QUAESTIO II. Quid ſingillatim de habitibus ſeu Virtutibus permanentibus? ADSERO 1. Ejuſmodi Virtutes ex munere ſuo perficiunt & complent potentiam vitalem, eamque inclinant, hoc eſt diſponunt, inducunt, promtam reddunt ad actus ſupernos eliciendos. Heinc vero gratia ſanctificans, quae donum ejuſdem generis eſt, vita animi metaphorice tantum dicitur, non ſecus ac peccatum lethale mors animae (*l*).

191 II. Ex iis aliae in mente reſident, atque in adſequendum verum incumbunt, & aliae in voluntate ad proſequutionem boni deſtinatae. Quin etiam in earundem cenſum referuntur theologicae, quae Deum tanquam objectum formale proxime reſpiciunt, & morales, quas cardinales & adnexas vocant, quae creaturas pari modo reſpiciunt. Aliae demum diverſis inſignitae nominibus, e. c. dona Spiritus ſancti ſeptem, & multo plures ad praedictas facile revocantur.

192 Quod autem ex iis virtutibus non modo tres theologicae (*m*) verum etiam morales admittendae ſint, fere certum eſt, aut ſaltem valde probabile. Earum quippe exſiſtentia ſatis colligi poteſt ex probatis documentis (*n*). Cenſemus ergo gratiam juſtificantem eſſe quaſi naturam exigentem connaturaliter has & illas virtutes, quibus nempe actus ſuperni eliciantur connaturaliter, hoc eſt cum nativa proportione & conſonantia, ſecundum congruam, ſuavemque Dei pro-

(*i*) Ap. & cum *Suar.* de Incarnat. d. 9. ſ. 2. & *Munieſ.* tr. de Deo, in adpend. de ente ſupernat. d. 18. n. 82.

(*k*) Lege *Ripal.* de ente ſuper. d. 1. n. 24.

(*l*) Conf. *Suar.* in 1. 2. tr. 3. d. 3. ſ. 2. n. 4. *Vazq.* in 1. 2. d. 84. c. 2. *Ovied.* in 1. 2. tr. 3. controv. 2. pun. 2.

(*m*) Eas cum vulgatiſſimo TT. ſententia probatas habes ap. *Ripal.* d. 120. n. 26. ex Script. CC. PP. contra Magiſtr. in 1. diſt. 17. negantem habitum caritatis.

(*n*) Ut puta ex cap. *Majores.* de baptiſmo, ex *Clement.* de ſum. Trin. & fi. cath. ex *Trident.* ſeſſ. 6. c. 7. tum ex *PP.* qui de iiſdem loquuti videntur, ut puta *Hieron.* praefat. in Hierem. lament. *Aug.* de lib. arb. l. 2. c. 19. & de Trin. l. 6. c. 4. *Proſp.* de vita contempl. l. 3. c. 16. *Greg.* hom. in Ezech. Ut mittam *Scholaſticorum* chorum fere innumerabilem nobis adſtipulantium cum *Tho.* 1. 2. q. 63. a. 3. 4. & alias, *Suar.* t. 1. in 3. p. d. 19. ſ. 1. ſub init. *Vazq.* 1. 2. d. 86. c. 6. *Coninck* de ente ſupern. d. 6. n. 44. contra alios cum *Scoto* in 3. diſt. 33. q. un. a. 3. *Durando* in 3. diſ. 33. q. 6. *Bacon.* &c. quorum tamen opinio abſit ut jure aliqua inuratur cenſura: dici ut ſummum poteſt minus probabilis ex citt. *Suar. Vaz. Ceu.*

providentiam; esto possent simpliciter elici absque ejusmodi conprincipiis.

193 III. Virtutes cum gratia sanctificante connectuntur. Quatenus videlicet infusa gratia, & illae ceu comites perpetuae cum in parvulis, tum in adultis, pro actuum, quos vel remote, vel proxime elicere possint, exercitatione, pariter infunduntur; tum gratia crescente, ex illo *Prosperi*, quod omnibus certum est, *Semper enim sanctis superest quo crescere possint*, & illae adcrescunt; gratia item ad quorumcumque peccatorum venialium praesentiam perdurante, perdurant & illae; gratia demum pereunte, & virtutes pereunt omnes, si fidem & spem theologicas demas, quae, ex peculiari Dei lege, Scripturis, CC. PP. communique Theologorum & fidelium consensione comprobata, amissa etiam gratia, in peccatore subsistunt, donec per infidelitatem ac desperationem abeant (*o*).

194 Jam vero gratia suapte natura facultates permanentes exigit, quibus agentibus cluceścat per actus supernos Deitatis participatio una cum ceteris excellentiis, quibus justificatos insignit: tum virtutes omnes & invicem connexae sunt (*p*) & una simul tempore in animo consistere incipiunt (*q*) & consistere pergunt propter solam exigentiam gratiae, quae alias nulla venialium mole diminui aut exsufflari potest (*r*). Virtutes ergo gratiae quantum ad praedicta capita comites individuae sunt.

195 IV. Influunt virtutes probabiliter in actus in idem objectum tendentes, aut eos indeliberatos dixeris, qui sunt gratia auxiliatrix, aut deliberatos, qui sunt meritum theologicum. Quoniam actus utriusque generis continentur sub sphaera potentiae agentis virtutum; istae vero per modum potentiae ad suos actus quum dentur, causae sunt longe proportionatae actuum, qui in idem objectum feruntur. Quid autem eas quum actus producuntur, otiosas effinxeris? (*s*)

196 V. Nulla ratione opponuntur proxime cum vitiis. Quia enim vitium est propensio seu facilitas ad peccatum, virtus autem minime ad suos actus propensio seu facilitas est: possunt ergo simul in eodem animo consistere (*t*). Remote vero opponuntur cum lethali quolibet e vitiis exsorto, quatenus connectuntur cum gratia, quae nullo cum lethali sociari potest. Solum ergo moraliter inter virtutes & actus vitiosos proxima intercedit oppositio, scilicet ratione malitiae actuum, quae cum gratia pugnat.

OBJECTIONES.

197 Obj. contra II. Adsi. Admittendae non sunt virtutes mora-

(*o*) Legito *Tho.* 1. 2. q. 65. a. 4. & 2. 2. q. 4. a. 4. & q. 18. a. 4. ejusque Interpretes in citata loca.

(*p*) Ex *Aug.* & *Hier.* proxime citt.

(*q*) Ex *Tho.* p. 3. q. 85. a. 6. O. & in 3. dist. 23. q. 2. a. 1. O.

(*r*) Ex sententia Theologorum, quos recitavit *Rip.* d. 30. n. 2.

(*s*) *Augustinum*, *Tho. Molinam* nobis consentientes dedit *Rip.* d. 122. n. 4. Ipsum consule sis.

(*t*) Favet *Tho.* 1. 2. q. 65. & alias cum copiosa Theologorum cohorte.

les infusae. Nam 1.° non sunt in substantia supernae, sed adquisitae, quae infundi non solent. 2.° non infunduntur simul cum gratia ad hujus exigentiam; plures quippe virtutes ei repugnant, cui gratia infunditur, e. c. temperantia Angelo, fides obscura Christo. 3.° peccator elicit plures virtutum actus absque virtutibus infusis, ac ubi convertitur, manet cum habitibus vitiosis qui olim inerant: ergo ad nihil deservient postmodum virtutes infusae. 4.° in justificatione impii non nisi virtutes obtinendae saluti necessariae infunduntur, cujusmodi morales non sunt. 5.° virtutes infusae non sunt aequales numero & varietate naturalibus adquisitis, quae innumerae propemodum sunt: ergo saltem haud infunduntur illae, per se se adquisitis respondentes.

193 R. *N. Ads.* Ad 1. prob. *N. A.* Eodem modo illae supernae sunt, quo superni sunt eorum actus & virtutes theologicae. Ad 2. *N. A.* Gratia diversas exigit virtutes pro diversa naturae rationalis, cui inhaeret, capacitate. Ad 3. *N. Con.* Peccator non elicit connaturaliter actus supernos connaturalitate quae propria est naturae elevatae atque participis summae Deitatis per gratiam, quemadmodum eos elicit justus mediis virtutibus simul cum gratia infusis. Neque vero infusae virtutes habent expugnare vitia, sed solum prodere connaturaliter actus, non secus ac virtutes theologicae.

194 Ad 4. *N. A.* Infunduntur quae ad augmentum gloriae perutiles ac forte necessariae sunt, & modo quidem consentaneo naturae Deitatis consorti: neque vero virtutes theologicae, quae certo infunduntur, simpliciter necessariae sunt ad salutem in qualibet rerum providentia. Ad 5. *N. A.* Nec porro Deus parcior est in ordine superno quam in naturali; nec gratia minus fecunda quam natura; nec praeterea actus superni certo alicui objectorum generi adstricti sunt (*u*).

195 QUAESTIO III. Quid singillatim de actibus liberis, quos salutares dicunt, e. c. de actu fidei, religionis, justitiae, ac similibus? ADSERO 1. Singuli procul dubio sunt entitate, ut ajunt, vel in substantia supernaturales. Ejusmodi quippe sunt & virtutes infusae, quas nuper exposuimus, & actus imperfectiores, qui sunt gratia auxilians, de qua *inferius* Libro II: ergo potiori jure actus salutares, quorum duntaxat gratia & virtutes, & auxilia animis donantur. Nec ea quidem edendis actibus in substantia naturalibus aut necessaria essent, aut maxime opportuna (*x*).

196 II. Actus salutares ex se se nati sunt adtingere proxime pro ratione formali rem supernam. Quod quidem ex notione ac indole ipsorum actuum cunctis exploratissimum est. Nihil adtamen obstat

(*u*) Conferendi *Vaq. Con.* proxime citt. *Rip.* d. 120. s. 3. & 7.

(*x*) Consentiunt TT. cum veteres, tum recentiores, quorum catalogum pertexuit fideliter *Rip.* d. 44. an. 1. adversum pauciores ex veteribus, quorum opinio male audit ap. *Ganum*, *Sot.* *Zumel*, *Medinam* ibid.

ſtat, quominus poſſint, immo interdum adtingant rem naturalem, quemadmodum & actus naturales reſpicere poſſunt objectum formale ſupernum. Principio enim Chriſtus Dominus ſcientia infuſa cognoſcebat etiam proxime naturalia in ſe ipſis, quae nempe nec in Verbo noverat, nec in alio medio prius cognito. Deinde poteſt actus ordinis ſuperioris ſpecie differre ab actu ordinis inferioris ſolum ex modo tendendi in idem objectum formale, actui ordinis inferioris proportionatum. Cur non ita? Sic enim in eandem feruntur albedinem viſio exterior, ſenſatio interior, mens humana, angelica & divina: ergo. Quid demum prohibet, quominus bonitas Dei, qua naturae author eſt, quae amore naturali diligitur, movere poſſit actum caritatis ſupernum?

197 Quod praeterea actus naturales reſpicere poſſint pro objecto formali quid ſupernum, exinde conficitur, quod poteſt quis amore naturali ſanctum virum diligere propter dona ſuperna, quibus enituit; tum fide naturali adſentiri myſterio ſuperno propter teſtimonium Dei, quod reponatur evidenter credibile. Heinc adpoſite *Synodus Arauſic.* adſeruit contra Pelagium, gratiam ſupernam oppido neceſſariam eſſe ad eliciendos actus, *prout oportet ad ſalutem*; quo plane additamento innuit, me judice, poſſe abſque gratia ſuperna effici actus motivum ſupernum adtingentes, non autem ſalutares, ſed ad ſalutem tamen inutiles (*y*).

198 III. Actus ſupernus ad mentem pertinens, ut puta cognitio, nequit ullo pacto eſſe falſa. Quippe potiſſima cognitionis perfectio veritas eſt, non ſecus ac falſitas imperfectio ſumma; quid autem hanc adſcribas operi, cujus Author & artifex ſupernus Deus eſt? Quod ſi actus fidei divinae e. c. poſſit quoquo modo falli, haud certus eris omnia fidei dogmata vera eſſe: quin immo de multis ſacri Codicis adſertis jure ambigere poſſes, num fuerint errores ſcriptoribus ſacris infuſi. Fides demum divina mentem ſuapte natura elevat ut ſuum adſequatur finem, qui verum eſt: nequit itaque ullatenus in falſum ferri; ne ulterius effingamus, mentiri Deum poſſe (*z*).

199 IV. Actus ſupernus de linea voluntatis nequit vitiari, quatenus nempe ab actu pravo imperetur, ſeu fiat ex turpi fine. Quoniam de ratione hujuſmodi actus eſt ſpecialiſſimo titulo a Deo eſſe tanquam Authore, per omnia placere Altiſſimo, a prudentia dirigi; at enim competere iſta nequeunt actui, inducto ab imperio criminoſo, aut corrupto a pravo fine; ne Deum dicamus actus improbi ſpecialiſſimum Authorem. Idcirco actionibus externis etiam ſanctiſſimis poteſt quis ad fines turpes abuti, nequaquam vero actibus ſupernis intus latentibus. Subcinit jure *Auguſt.* inquiens (*a*) *gratia quid*

(*y*) In utramque Adſerti partem ex TT. CC. *PP.* plura congeſſit *Rip.* d. 45. a n. 5. & 21.

(*z*) Adeas *Trident.* ſeſſ. 6. c. 9. *Suar.* in 2. 2. d. 3. ſ. 1. & d. 6. ſ. 5. *Con.* cit. d. 10. dub. 4.

(*a*) L. de geſt. Pelag. c. 3.

quid mali agere non potest, hoc est nequit ad actum malum concurrere; alias ad ruinam animi gratia infundi posset. Tum *Prosp.* (*b*) *in malis voluntas intelligenda sine gratia*. Nec non *Damasc.* (*c*) *impossibile est ex malo bonum habere ortum*. Ut *Scholasticos* praeteream (*d*). Ex quibus sane plura excidunt conectanea, quae Rip. subinfert ex oppositio placito.

OBJECTIONES.

200 Obj. *primo* contra 1. Adf. Permulti sunt actus liberi salutares quoad modum duntaxat supernaturales, non in substantia. Nam 1.° ita docuerunt veterum Theologorum plerique; quibus utique modus ille vel est actio qua producitur actus, vel facilitas qua elicitur, vel ejusdem intensio, vel ratio sui meriti. Quibus adcinit Tho. inquiens (*e*) bonum naturale & supernum non differre secundum substantiam actus, sed secundum modum agendi. 2.° in prima rerum conditione actus salutares Angeli & Adami fuerunt superni tantum quo ad modum; quippe qui tum summe faciles ad bonum, non eguerunt gratia superna in substantia. 3.° CC. & PP. contra Pelagium decernunt necessitatem gratiae auxiliantis ad actus, non utcumque eliciendos, sed *prout oportet ad salutem*; qua quidem adjectione denotatur ejus necessitas, non ad substantiam, sed ad modum actus.

201 R. *N. Adf.* Est porro natura nimium imbecilla & impotens ad actum quemlibet salutarem, qui propterea nequit esse in substantia naturalis. Ad 1. prob: alii quoque veterum contra tenuerunt. Neque vero totuplex illa modi explicatio satis est ad supernaturalitatem absolutam actus salutaris. Videlicet nec actio producens actum, quum gratia auxilians non provideatur naturae rationali propter actionem, sed propter actum; nec facilitas qua actus elicitur, ad quam nempe habitus naturales adquisiti satis essent; nec intensio, quum hac absente supernus actus consistere potis sit; nec ratio demum meriti, hoc etenim rem in substantia supernam sibi identicam postulat. Thomas autem ut sibi constans dicatur, conciliandus videtur cum iis, quae alias pro Adserto nostro perscripsit (*f*).

203 Ad 2. *N. A.* & prob. Ille quippe status antecedentem naturae impotentiam non immutavit, atque adeo nec auxilii in substantia superni exigentiam ad operandum salutariter (*g*). Ad 3: CC. & PP. additamento illo solum ostendunt, eos tum verba facere de actibus simpliciter supernis, non autem de aliis nude naturalibus, pro quibus etiamsi idem objectum formale respiciant, frustra exigas gratiae supernae auxilium (*h*). Obj.

(*b*) Ep. ad Gallos c. 6.
(*c*) L. 4. de fide c. 21.
(*d*) Cum *Suar.* de fid. d. 6. s. 7. n. 14. & alias, *Bannez.* in 2. 2. q. 4. ar. 5. dub. 2. *Vaz.* in 1. 1. 2. d. 53. c. 4. & alibi, *Valent.* in 1. 2. d. 5. q. 1. pun. 2. contra alios ap. & cum *Rip.* d. 50. n. 3. sqq.
(*e*) De verit. q. 24. a. 14. O.
(*f*) P. 2. 2. q. 24. a. 2. & 1. 2. q. 109. a. 3. O & ad 1. & 3.
(*g*) Conf. *Aug.* l. de corrept. & grat. c. 11. 12. & civ. l. 12. c. 2. 9. tum proscriptas a *Pio* v. & *Greg.* XIII. Baii theses 24. 25. & 27.
(*h*) Recolendi citt. *Con.* d. 4. dub. 3. & *Rip.* d. 44. s. 2. & 8.

204 Obj. *secundo* contra IV. Adſ. Actus ſupernus de linea voluntatis vitiari poteſt. Nam 1.° PP. ſaepe, graviterque declamant ne eliciamus actus caritatis, miſericordiae &c. ex aliquo pravo fine, e. c. vanitatis aut proprii commodi temporanei: putant ergo actus ab eo ſiniſtro fine poſſe prodire ac ſaltem extrinſece deturpari. 2.° actus miſericordiae e. c. ac intentio inanis gloriae objecta contradictoria non habent; immo intentio haec conducere poteſt ad illum actum, quem proinde poteſt voluntas emittere, divino adflata auxilio. 3.° poteſt quis ex vanitate veniali ſe diſponere per adtritionem ſupernam ad abſolutionem ſacramentalem, quam dubio procul excipiet.

205 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: declamant PP adverſum eos actus, quod ex pravo fine improbi ſint; quin uſpiam innuant eſſe aliunde ſupernos. Ad 2: objecta miſericordiae atque inanis gloriae componi ſimul nequeunt comparate ad eundem actum ſupernum, ad quem ſubinde repugnat parari a Deo ſupernum auxilium. Ad 3. *N. A.* Poteſt quis elicere adtritionem ſupernam ex imperio, non quidem intentionis pravae, ſed alterius actus ſubſequuti moraliter boni, independenter omnino ab improba intentione. Ut ſummum ſi haec intentio perſeveraret, comitaretur plane adtritionem ſupernam, non autem in eamdem influeret (*i*) (§). L I-

(*i*) Conſulendus *Vazq.* in 1. 2. t. 1. d. 53. c. 4.

OBSERVATIO.

(§) ERgo iis pro inſtituto noſtro expedita nobis ſunt potiſſima generatim capita diſciplinam de re ſupernaturali ſpectantia, quorum nempe captu, intelligentia, tractatione nihil, me judice, dignius, utilius, opportunius, immo & magis neceſſarium Theologo; quippe qui diſciplinam excolit, quae ex munere ſuo primario de Deo Authore ſuperno eſt, ac de rebus ceteris quibuſque ſupernis, quae in quaeſtionem congruam cadere poſſunt. Idcirco mihi plane audiendus eſſet qui Diſſertationem hanc prooemii loco praefixam ceteris, quae ad uſque finem Operis acturae ſigillatim ſunt de materiis ſupernis, alterius Prolegomeni loco, Theologiae univerſae praemittendam duceret.

Nequis enim non videat priores quoque tractatus omnes, quos hucuſque interpretati ſumus, paſſim eventilare quaeſtiones, aut de divinis myſteriis, e. c. de Trinitate ac peccato originis; aut de miraculis, & vaticiniis olim complendis, e. c. de Judicio publico, & reſurrectione communi; aut de revelationibus Prophetarum & Apoſtolorum e. c. circa praemia vel ſupplicia aeterna; aut de ſacris actibus interioribus, e. c. de beatitudine formali; aut de aliis rebus ſupernis id genus? Haec autem omnia porro aegre intelligas ac vindices abſque ſcitis prooemialibus, quae Diſſertatio haec praeſtat, de exiſtentia, notione, dotibus rei ſupernaturalis cum generatim, tum particulatim uſurpatae.

Jam vero priora hujuſce Libri capita non modo dogmatice, ut alias ferme ubique, ac partim ſcholaſtice, ſed etiam polemice pertractavimus, ea quippe pro re nata occurrerunt, viro cuiquam Theologo vindicanda, quae hac tempeſtate miſera Deiſtis, aliiſque male feriatis hominibus per ſummam audaciam & impudentiam in controverſiam revocantur. Quis autem religioni non duxerit eos hoſtes non modo iniquos demonſtrare, ſed etiam inermes?

Poſtremum vero Caput, ceteris quidem ſubtilius ac difficilius, intentum utique explicandis generatim interioribus animi virtutibus & actibus, qui ſe ſe nuſquam foras exferunt, ſcholaſtice more noſtro digeſtiſſimus, duce ut plurimum *Ripalda*, viro ſummo, ac de iis Scriptore praeſtantiſſimo; ea conſulto ſeligentes, quae hac in materia Theologiae ſtudioſo utiliora putavimus, ac pene neceſſaria. Scholaſticis et vero, e.c. Magiſtro, Alenſi, Bonaventurae, Thomae debet orthodoxa religio adcuratiorem, illuſtrioremque intelligentiam atque eruditionem ſuper hac omnium nobiliſſima ſupernarum rerum ſerie.

LIBER SECUNDUS

de utraque Gratia.

206 VIdelicet de Auxiliante & Sanctificante ſub initium Libri praeindicatis. De utraque heic, praetermiſſis aliis de voce *Gratia* adceptionibus minus neceſſariis (*k*) itemque bene multis, quae de gratia praeſertim auxiliante Theologi de Schola ardenter olim diſputabant; quae nempe hodieque non memorantur ac ferme obſoleta jacent.

CAPUT PRIMUM

de Gratia Auxiliante.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Gratiam Auxiliantem.

HISTORIA POLEMICA.

207 PErmultis plane, variiſque modis in dogmata ſacroſancta de Gratia Auxiliante homines vel ignoratione, vel pervicacia inſipientes peccarunt. Nimirum, ut mittamus veteres illos Philoſophos, qui luce fidei orbati (*l*) hominem ad optima quaeque capeſſenda ſibi ſufficere, laudemque ex ingenita virtute partam totam hominis eſſe, nec a diis ſuis ullatenus derivari (quo ſane poſterioribus Erronibus quadantenus praeluſiſſe dixeris) contenderunt,

Ex variis hominum claſſibus

I. *Gentiles* quidam Romani nimis praefidenter jactarunt, gentibus deberi juſtitiam & ſalutem, non autem propter gratiam Chriſti, immo potius propter philoſophiam ſuam, virtuteſque morales.

II. *Judaei* quidam itidem Romani contra venditarunt, ſalutem ipſis deberi propter opera legis, & quod eſſent Abrahae poſteri, queis nempe Meſſias una cum ſalute promiſſus erat; adeo ut ſi eam gentes obtinere vellent, circumcidi deberent, & conſtitui Judaei proſelyti.

III. *Judaei alii* ad fidem chriſtianam converſi Neophytos Galatas ad Judaiſmum perducere conabantur, eis falſo obtendentes Chriſti gratiam abſque obſervatione legis Moſaicae ad ſalutem imparem eſſe (*). IV. *Prae.*

(*k*) Eas vide ſis ap. *Suar.* de grat. l. 1. proleg. 3. & *Ripald.* de ente ſup. l. 5. d. 101.

(*l*) Ap. *Tulli.* l. 3. de nat. deor.

ADNOTATIO.

(*) COnſtant porro errores hucuſque producti ex *Act.* 15. 1. ſqq. & 21. 20. ſqq. ex epiſt. ad *Rom.* 2. 13. ſqq. & ſaepius, ex epiſt. ad *Galat.* 2. 4. & alias. Eorum meminerunt *Tertull.* l. contra Judae. ſub init. *Hieron.* in praefat. in epiſt. ad Galat. *Auguſt.* epiſt. olim 95. & ſerm. 13. de verb. Apoſt. c. 4. & in expoſitione inchoata epiſtolae ad Rom. ſub init. Errones autem quos tertio loco poſuimus, *Cerintho* omnium duce, *ſuperins* jam notavimus ad T. III. p. 209. Hos et vero ſtrenue revinxit *Paullus* in ea-

IV. *Praeformatores Pelagianiſmi*, uti vulgo feruntur: nimirum *Origenes*, Pelagiani erroris princeps dictus (*m*) incuſatur quod nimio plus tribuerit legi naturae, & quae ſuperno Dei auxilio debentur in generale tranſcripſerit auxilium: tum quod docuerit, quidquid gratiae nobis largitur Deus, id totum noſtrae libertatis arbitrio adceptum eſſe referendum; praeterea quod nullam axcitantem, aut gratis datam admittat gratiam; quin immo illam unam quandoque agnoſcat gratiam, quae ſit humanae voluntatis pediſſequa, & ad ejuſdem nutum compoſita, nec non pro meritis a Deo in nos erogata (*).

Nonnulli deinde in cenſum Origeniſtarum relati ab cit. *Hieron.* ut puta *Evagrius* Ponticus Iberita (*n*). *Ammonius*, *Euſebius*, *Or*, *Euthimius*, *Iſidorus*; qui nempe docuerunt (*o*) ἀπαθείαν καὶ ἀναμαρτησίαν, impaſſibilitatem & impeccantiam, hoc eſt hominem ſolis naturae viribus efficere poſſe, ut ſine peccato ſit. Et iis quidem adnectitur *Jovinianus*, alias notatus (*p*) quatenus effutiit, *eos qui fuerint*

eadem epiſt. ad Galat. ubi nempe praeter alia probat ex inſtituto, nos minime ex operibus legis juſtificari, ſed ex fide & gratia Chriſti; quoniam ceteroqui Chriſtus legem abolens eſſet peccati miniſter: tum quia lex ipſa ſe ſe in Chriſto deſinere profitetur: demum quia alias mortem gratis obiiſſet Chriſtus.

Ceteros praeterea Errones primum adductos *Paulus* idem edocet, acriterque confutas in cit. epiſt. ad Roman. ubi demonſtrat, praeſertim ad quinque priora capita, ſingulis quibuſque tam Judaeis, quam Gentilibus gratiam ſupernam neceſſariam eſſe, atque a Domino diſpenſari, hancque gratiam per Meſſiam gratis promiſſum collatam plane gratuitam eſſe, nulliſque praecedentibus meritis erogari; nec enim alio pacto gratia eſſet aut dici poſſet.

Hoc quidem argumentum in adverſarios gratiae Chriſti edidit Paull. & convincit in hac polemico-ethica epiſtola; idemque retractat in alia ad Galatas miſſa; quin immo in hac eadem epitomen epiſtolae ad Roman. concinnaſſe viſus eſt.

Nec inſcite quidem pleriſque putarunt, & ex notatis erroribus ceteros, qui poſtmodum inventi ſunt, ortum duxiſſe, & eos pariter quoſlibet ſufficienter confutari ex iis epiſtolis, quae primam Apoſtolo occaſionem obtulerunt ad gratiam Dei praedicandam. Conf. *Suar.* t. 1. de grat. proleg. 5. c. 1. *Scip.* Maffej. hiſt. theolog. de grat. l. 2, 3. ſacri *Interpretes* in utramque Paulli epiſtolam.

(*m*) Ap. *Hieron.* epiſt. 133. ad Cteſiph. adverſ. Pelag.

ADNOTATIO.

(*) HAec quidem pleriſque colligi videntur ex ejuſdem Orig. philocal. c. 2. tr. de princip. l. 3. c. 2. comment. in epiſt. ad Rom. & ex aliis locis. Heinc itaque rem volunt Origenem *Thom.* contra gent. l. 3. c. 89. *Janſen. Ipren.* de haer. pelag. l. 6. c. 13. ſqq. *Noriſ.* haer. pel. l. 1. c. 1. alias, *Nat. Alex.* ad ſec. III. diſſ. 16. ar. 3. *Berti* l. 14. c. 1. ac in diſſertationib. in ſec. V. diſſ. 1. c. 2. ſqq. Nihilo ſecius Adamantium defendunt alii cum *Halloixio* in Orig. defenſo, *Raynau.* in apol. pro Valeriano Cemelienſi c. 9. *Beſſueto* in defenſ. tradit. PP. l. 8. c. 28. & l. 11. c. 19. ſq. & l. 12. c. 27. ſq.

Conſulendi vero hanc in cauſſam *Garner.* diſſ. 8. in Mar. Mercat. c. 6. *Huet.* in Origenian. l. 2. q. 7. §. 10. ac 12. ſqq. *Ceillier* de AA. eccl. t. 2. c. 38. n. 13. *Ballerin.* obſervat. in l. 1. hiſt. pelag. Card. Noriſii c. 1. *Voſſio* l. 1. c. 3. p. m. 7.

(*n*) Hic *Vallarſio* in ejus edit. oper. S. Hieron. *Iberipolita* dicitur.

(*o*) Ap. cit. *Hieron.* contentiuntque nuperi Hiſtoriographi Pelagianiſmi cum *Ger.*

(*p*) Ab *Hieron.* praefat. in dial. adverſ. Pelag.

rint baptizati a diabolo non posse subverti. (q) (*) Prae-

(q) Errorem hunc enarrat & convellit idem *Hieron.* l. 2. adverſ. Jovinianum.

ADNOTATIO.

(*) EN tibi famoſum illud placitum, quod *Hieron.* Authore in cit. epiſt. ad Cteſiph. n. 1. & in *Hierem.* l. 4. in praefat., Pythagoras & Zeno primum invexerant, atque deinceps innovarunt Origenes, Origeniſtae, ac Pelagiani. Et illud quidem tenuiſſe Zenonem cum Schola ſua Stoica, certum omninò eſt, ſi audiantur ejus de philoſophia morali ſcita ap. *Epict.* enchir. c. 1. ſq. & *Arrian.* l. 1. diſſ. 1. & l. 3. diſſ. 24. Quod autem Pythagoras idem probaverit, non ita ex aliis indubiis mihi documentis liquet. Nec mirum quidem; perpauca namque noſtra aetate reſtant de rebus & doctrina Pythagorae teſtimonia: quod & doluiſſe video Cl. V. *Brucker.* hiſt. crit. Phil. t. 1. p. 1039. §. 16.

De Origene deinceps pleriſque ejuſdem defenſorum aut negatur, aut in dubium vertitur. At de Origeniſtis tamen & Pelagianis, quorum placita ſtrenuiſſimo eorum maſtygi Hieronymo procul dubio exploratiſſima erant, unum hujus teſtimonium dubitare non ſinit. Quin etiam, quod Pelagianos ſpectat, ex eorum doctrina Hieronymo conſentit *Auguſt.* l. de nat. & grat. n. 77. & contra Julian. l. 2. n. 23. & l. 6. n. 40. & ſaepius.

Docuerunt itaque praefati Origeniſtae Stoicorum impeccantiam & impaſſibilitatem, quod videlicet ea ſit libero arbitrio vis, ut meditatione & aſſidua exſercitatione virtutum concupiſcentiam, omneſque paſſiones exſtirpare funditus de mente poſſit, adeo ut homo deinceps nulli uſquam vitio aut crimini ſit obnoxius.

Quoniam, ajebant Stoici, igniculi Divinitatis in homine ſunt, immo pars aliqua Dei animus eſt. Quae plane fundamentalis eorum ſententia ſatis ſuperque conſtare cuiquam poteſt ex *Tullio* diſput. Tuſcul. l. 1. *Laërt.* vit. Philoſ. in Zenone, *Seneca* ep. 31. *Macrob.* in ſom. Scip. l. 2. *Horat.* l. 2. ſat. 2. Nec alia quidem Pelagianis, aut ſaltem Coeleſtio ſententia fuit ex *Auguſt.* l. de geſt. Pelag. n. 42. Vide iſtorum haereſeos fontes.

Quid tum vero? inquies: & nos eandem apathian admiſimus, pluribuſque *ſupra* comprobavimus in Tom. III. c. IV. a p. 197. ubi de fecunda liberi arbitrii facultate ad actus eliciendos diſputavimus, huic utique vim adferentes ad actus quoslibet moraliter honeſtos, quomodocumque difficiles & heroicos eliciendos; haec autem abſque praedicta apathia conſiſtere poſſe quis dixerit?

Ceterum quantum ſolis ortus ab occaſu diſtat, haud minus ſententia noſtra ab ea Origeniſtarum, & Pelagianorum diſcrepat apathia. Hanc quippe iſti re animo, ſeorſim a ſuperno quovis auxilio, inſiſtentem volunt, tantoque meriti fulgore praeditam, ut ſe ſola natura ſatis ſit ad ſalutem, vitamque beatam obtinendam: quocirca eos in eodem Tomo p. 181. inter *Adulatores* liberi arbitrii, Auguſtini authoritate freti, merito recenſuimus.

Illam nos tamen facultatem libero arbitrio adſcripſimus ceu phyſice duntaxat poſſibilem, moraliter vero, ſi divinae gratiae adiutorium abſit, plane impoſſibilem. Quin etiam vim eandem mere naturalem libero arbitrio nobis tributam nihil omnino ad ſalutem conferre ibidem adſerto duplici conſtituimus p. 201. ſqq idemque aliis vocibus hoc in Tomo confirmavimus ad p. 70. Nulla ergo conventio lucis noſtrae cum Belial Pelagianorum. Conf. cit. *Maffei.* l. 7.

Heinc itaque nec hilum quidem me movent inconditi clamores illi de perpetuo atque palmari Pelagianiſmo Romanenſium Scholaſticorum, ac prae primis Jeſuitarum, quos voce & calamo paſſim ebuccinant Proteſtantes cum *Voſſ.* in hiſt. Pelag. *Walch.* miſc. ſacr. de Pelagianiſmo ante Pelagium, *Buddeo* in comment. hiſt. theolog. de Pelagianiſmo in eccleſia Romana triumphante, ac in inſtit. theol. dogm. l. 1. c. 1. §. 53. p. 70. & alibi ſaepius.

Ii ſiquidem vel ſua hallucinantur in expoſitione doctrinae noſtratum Scholaſticorum, quae nihil porro, Pelagianorum more, ſoli naturae tribuit, quod conferat ad ſalutem, vel ad ordinem rerum ſupernaturalium, aut ſpiritualium (ut illi loquuntur) pertineat; aut potius doctrinam noſtram probe intelligentes, fucum temere faciunt imperitis, quo nobis ceu Pelagianis invidiam conflent, ipſiſque tutior aptetur via ad propugnandum immane illud paradoxon de exſtinctione liberi arbitrii ad actiones ſpirituales Deo gratas poſt lapſum Adae; quod plane haud nimium abludit ab ſcitis Manichaeorum, Priſcillianiſtarum, aliarumque id genus peſtium. At haec miſſa faciamus modo, ne in pugnam acriorem cum hoſtibus alias ſatis urbanis deſcendamus.

Praeterea *Theodorus* ille Mopsuestenus Antistes, alias notatus, vir cetera literatissimus, ac dum in vivis esset bonae famae apud viros etiam sanctissimos, docuisse perhibetur quod potis sit homo solis naturae viribus supernaturalem quamlibet dignitatem comparare. fertur enim jactasse blasphemum illud paradoxon, *Non invideo Christo, quod factus est Deus, quoniam & ego, si volo, possum fieri secundum illum* (r). Illis autem temporibus τὸ *ego, si volo, possum* idem omnino sonabat, ac *fieri posse liberi arbitrii viribus* (s).

Primus denique Pelagii magister ac seductor *Rufinus* (t) placitis pelagianis Gratiae auxiliatricis necessitati adversis praelusisse colligitur ex ejus in libr. Periarchon Origenis commentariis, ubi haud semel quidem, origenianis etiam texstibus quandoque interpolatis, de supernis Gratiae auxiliis minus digne differere deprehenditur. Sane Rufinum hujusce antidogmatis reum voluit *Hieron.* (u) cui & recentiores eruditi vulgo consentiunt (x).

V. *Pelagiani*, quorum Author famosus vulgo declamatur *Pelagius*, in scenam saepe productus, ac praecipui adseclae, & propugnatores *Coelestius* monachus, *Julianus* Episcopus Eclanensis, *Annianus* Celedensis diaconus apud Italos, amanuensis Pelagii (y). Eo naturae vires extulerunt, ut Gratiae auxiliantis ad opera salutaria necessitatem prorsus everterint: nec ipsi quidquam adscripserint, ac aliquam quomodolibet congruitatem. Annon pestilentissime inimica Christi gratiae monstra id genus jure dixeris? (*)

(r) Objectum illud est in *C. Chalcedon.* act. 10.

(s) Adeundus *Garner.* cit. diss. 1. de primis auth. & defens. haer. Pelag. c. 2.

(t) Is ille Rufinus est, quem supra memoravimus ad Tom. III. p. 332. Ibi dicta recolere ne pigeat.

(u) In epist. cit. ad Ctes. & comment. sup. Hierem. in praefat. ad l. 4.

(x) Cum laud. *Garner.* diss. 7. c. 6. §. 1. *Huet.* in Origenian. l. 2. q. 7. n. 10 & 14. *Bertio* l. 14. Theol. c. 1. quos consule sis.

(y) Horum natales, patrias, & pleraque fata adcurate, more suo persequitur ex probatis documentis *Alticotius* S. J. in sum. august. in. par. 4. in praefat. a n. 1. Nonnihil & nos de iisdem indicavimus *supra* ad Tom. III. a p. 331. ubi de Protoparentibus Pelagianismi quod culpam originis spectat.

ADNOTATIO.

(*) Porro sub IV. priora Secula ut impium de Fato placitum, apud ethnicos Fatalistas, Pharisaeos, ac plerosque Haereticorum commune Patres nostri disjicerent, & libertatem hominis sartam tectam demonstrarent, argumenta minime petebant a divina revelatione, seu gratia Christi superna, sed iis omnino praetermissis, ad eas provocabant dotes, quibus pollet & potis est natura humana ad quodlibet vitium & crimen fugiendum aut subjugandum.

Quum vero Catechumeni aut Fideles in rebus sacris instituendi essent, tum ore aperto differebant de notis christianae religionis, de Scripturis divinis, de magna humanae naturae miseria, peccato originis vulnerata, de necessitate gratiae Christi ad agendum supernaturaliter, de superna reconciliatione cum Deo ad veniam pro commisso crimine impetrandam. Haec liquido constant ex iisdem, qui supersunt, commentariis Patrum, & polemicis, & biblicis, & moralibus, & catecheticis. Copiosa ex iis testimonia mox laudabimus ubi de existentia gratiae auxiliantis.

Licet autem Patres & homini libertatem integram, & necessitatem gratiae ad actus salutares adseruerint, nequit tamen negari

Porro errores alios Pelagianiſmi gratiam auxiliantem ſpectantes, & eos quidem certos ac indubios, ex hoc paradoxo tanquam ex fonte putidiſſimo ſponte ſua profluentes *ſupra* percurrimus (z) ubi egimus ex inſtituto de *Adulatoribus* liberi arbitrii, quos lepide, meritoque dixit *Auguſt.* (a) *non defenſores, ſed inflatores & praecipitatores liberi arbitrii*. Eos recole & adde Animadverſiones, quas explicationis aliquanto uberioris gratia ſubnectimus (*).

VI. *Se-*

gari eos ita quandoque differuiſſe, ut heic totum libero arbitrio, ſecluſa gratia, & totum illeic gratiae victrici, qualibet liberi arbitrii facultate exploſa, tribuere viſi fiat: prae primis Graeci ubi aut fatum Manichaeorum, Ethnicorumque confutabant, aut maximam naturae peccato corruptae imbecillitatem ad bonum coram populo promovebant.

Jam vero Seculo v. ineunte *Pelagius* primus omnium aperto, & pervicaci marte, vi naturae, quam incorruptam jactitabat, ultra modum commendata, neceſſitatem gratiae repudiavit: ſibi utique blanditus, Rufino duce, hujuſmodi paradoxon ex ſcriptis graecorum Patrum liquido, ſanctaque depromſiſſe.

Ardentis plane ingenii & indolis vir, modumque vitium inter & virtutem tenere neſciens, vitae auſterioris & perfectiſſimae, quam palam profitebatur, adſeclas perfrequentibus ac vehementiſſimis adhortationibus quaeritabat. Paſſim tamen ejus auditores propoſitam perfectionis ſuae imitationem negligebant & ardenter excuſabant; obtendentes utique manifeſtiſſimam naturae corruptionem & imbecillitatem ad perſequendum bonum; tum quod donum coeleſte illius quam urgebat, imitationis a Deo bonorum omnium authore ipſis non eſſet datum.

Heinc animarum zelo, non ſecundum ſcientiam ardens Pelagius, in eam deſcendit ſententiam ſibi mordicus propugnandam,

(z) Ad Tom. III. p. 181.

ut rejectis Scripturis, & divinis Eccleſiae traditionibus, oſtenderet, naturam adamitica labe infectam non eſſe, immo tantae illam ingenitae facultatis eſſe, ut nullius interventu ſuperni auxilii, ſummam in humanis perfectionem, immo & beatitatem ſupernam pertingere poſſit.

Haec prima mali labes. Hoc barathrum quod homunculum hunc ſibi relictum, obſtinateque praefidentem ſubmergere par erat. Haec, pluraque diſcas ex Pelagiano-Maſtyge *Auguſt.* de peccat. mer. l. 2. c. 16. & ep. 89. & ſparſim in libr. de nat. & grat. ac de lib. arb. & alias ubi Pelagium nominatim infectatur.

Quod autem ſanctum de neceſſitate gratiae auxiliatricis dogma, in Epiſtolis ad Roman. & Galat. ab Apoſtolo definitum & expoſitum, ante Palagium ſine lite obtinuerit in Eccleſia, haec plane teſtatiſſimum faciunt. Quia nempe primum Patres e ſingulis quibuſque Seculis mox producendi illud ceu vulgo certum atque indubitatum literis tradiderunt. Deinde nullum ſub illis aetatibus reperias haereticum gratiae inimicum, & Patrem qui eam polemice vindicaverit nullum. Vix denique Pelagius propalam adverſus gratiam inſurrexit, cum Eccleſia univerſa tanquam ſceleſtum haereticum proſcripſit.

Pelagius itaque (qui huic Adnotationi ſcopus eſt) primus omnium fuit haereticus publicus, impiuſque Gratiae auxiliantis hoſtis.

(a) L. de grat. & lib. arb. c. 14.

ADNOTATIONES.

(*) I. POtiſſima haec fuerunt Pelagianiſmi fundamenta. 1.° Non eſt liberum arbitrium, ſi indiget auxilio Dei, quoniam propriam voluntatem habet unuſquiſque facere aliquid aut non facere. 2.° gratia Dei ſecundum merita noſtra datur, propterea & ipſa gratia in hominis eſt poſita voluntate, ſive dignus fiat, ſive indignus. 3.° Dei gratia & adjutorium non ad ſingulos actus datur, ſed in libero arbitrio eſt, & in lege atque doctrina exteriori. 4.° victoria noſtra ex Dei adjutorio non eſt, ſed ex libero arbitrio. 5.° ex illo quod ait Petrus, *nos divinae eſſe conſortes naturae*, conſequens fit, ut ita poſſit eſſe anima ſine peccato, quem admodum Deus. 6.° non datur poenitentibus venia ſecundum gratiam & miſericordiam Dei, ſed ſecundum meritum & laborem eorum, qui per poenitentiam digni fuerint miſericordia.

Haec

VI. *Semipelagiani*, sic dicti quod nonnihil de Pelagianismo inculpate retinerent, reliqua sancte rejicerent, sub an. circ. 424. in Afri-

Haec quidem omnia docuit Pelagius sub exordio suae haereseos, eisque ne anathemate confoderetur, subdole anathema dixit in Synodo Diospolitana Palestinae (Errores una cum proscriptione Patrum & revocatione Pelagii habemus in Actis Synodi Diospolit. & in lib. August. de gestis Pelag. contra adversar. gratiae Christi, qui diu latuerat, & fertur inventus an. 1609. in biblioth Abbatiae S. Barthol. Canonicor. Regul. in dioecesi Fesulana: eum ex apographo singulari integrum tradidit, notisque illustravit *Suarez* de grat. t. 1. proleg. 6. post cap. 7.) deinceps vero mordicus substinenda resumsit. Nec ab eis quidem plurimum desciverunt ejus adseclae, *Coelestio* duce, tametsi ab Hieronymo & Augustino valide confutati & ab Ecclesia severissime proscripti. Ex iis autem satis obvia cuique sunt immania, quae adversus gratiam in negotio salutis exurgunt paradoxa. Consulendus cit. *Suar.* proleg. 5. c. 2. n. 4. sqq. ac *Th. Lemos* in panopl. grat. t. 1. isag. tr. 1. c. 3. & 6.

II. Pelagius, ejusque sectatores inter ardentes, quibus a Catholicis exagitabantur pugnas primum gratiam aliquam adoptarunt at fuco tamen, & cavillis nomine gratiae abutentes; eo nimirum intelligentes naturale donum libertatis absque praecedentibus meritis homini datum, ex *August.* de haeres. c. 88. & saepe alibi, & ex *Hieron.* epist. olim 139. tum Legem divinam revelatam, quae est veluti lucerna viam ostendens; nec raro Christi doctrinam & exempla, quibus ad bene agendum summopere permovemur; & quandoque itidem remissionem peccatorum. Haec eruimus ex *Aug.* de grat. Chr. capp. 2. 7. 10. 11. 37. & epist. olim 94. sq. ac l. 4. ad Bonif. c. 5. tum ex *C. Milev.* can. 3.

Sed enim iidem veritatis hostes disputationum decursu aliquam veri nominis gratiam admittere visi sunt, qua nempe mens ad bonum perficiendum illustratur, ac torpens infirmaque voluntas excitatur atque subcenditur, nec ulterius gratiam mere sufficientem posthac abnuisse reperiuntur. Ita quidem plerique Scholasticorum contendunt, effatis aliquot Augustini freti, post cit. *Lemosium* tr. 1. c. 6. 9. & alias, ac *Didac. Alvarez* in summa operis de aux. div. grat. l. 1. c. 1. aliis autem non minus Augustino fretis acerrime refragantibus, post *Lessium* lib. de effic. grat. c. 17. *Suar.* cit. proleg. 5. c. 3. a n. 7. *Bellarm.* in recognit. l. 1. c. 13. de grat. & lib. arb. Ut ut vero sit de lite scholastica, quae historiam nostram polemicam minime spectat, omnibus tamen exploratum est, *Augustino* teste de haeres. c. 88. in l. de grat. Chr. capp. 26. 27. 29. 31. & l. de grat. & lib. arb. c. 14. quam libet gratiam tum subdolis Pelagianis probatam, apud eos gratuitam non esse, sed naturae meritis retribui; nec illam insuper homini conferri ut necessariam, sed ut modo utilem ac superabundantem ad exsequutionem operis salutaris. Quo quidem palam ostenderunt a potissimis inventae haereseos fundamentis desciviſſe nusquam.

III. Disputatur ardenter inter Theologos, quaenam illa fuerit gratia, de qua inter Augustinum Ecclesiae partes agentem & Pelagianos tam diuturna exarsit contentio? *Jansen.* Iprensis (ut alia Theologorum de Schola sensa consulto praeteream) Hist. de haer. pelag. & semip. l. 5. c. 11. 14. & alias passim pertendit, gratiam illam Pelagianis repudiatam, & Augustino defensam, esse voluntatis & actionis gratiam, hoc est efficacem, quae nempe invicta, insuperabili atque indeclinabili virtute sua voluntatem ad agendum cogit, quam utique necessario adplicat atque determinat, hoc est necessitat, quin ei voluntas possit resistere. Et haec quidem universi systematis Janseniani basis est, & commentarii, quem Iprensis praenotavit *Augustinus*, unicus veluti scopus & finis.

Haec autem opinio non nisi putida & intoleranda haeresis est, & basis inaedificando systemati haeretico janseniano excogitata summoque (sed evanido) studio perpolita. Vide hominis audaciam & insolentiam, qui veritus non sit & Augustino, & Ecclesiae universae tantam adpingere calumniam. Adversus hoc immane paradoxon plura *Tournel.* proxime cit.

Thomassinus insuper in comment. de gratia, quem laudavit *Tournel.* de grat. Chr. q. 3. ubi hoc argumentum pertractat, censuit multisque probare adgressus est, potissimam Augustino cum Pelagianis litem exarsisse super gratia sanctificante ac permanente, non autem super auxiliatrice ac transeunte.

Sed vulgo tamen rejicitur ceu nimium a vero abludens, ut satis superque produnt dis-

Africa & Galliis exorti, pro virili defendebant, initium ſalutis a nobis eſſe, videlicet fidem & bonam voluntatem ſalutariter operandi ex natura ſola provenire, operationem vero ſalutarem, ejuſque progreſſum & perfectionem ex gratia auxiliante (*b*). *Tichonius* quidam Donatiſta primus eſt, ni fallor, inter Africanos author hujuſce placiti, quo ſumma ſenſuum factionis continetur (*c*) (*).

VII. *Prae-*

diſputationes utrinque Pelagianos inter, & Orthodoxos agitatae, quas hodieque literis mandatas habemus. Claro Authori pauci adhaeſerunt cum *Du Hamelio* tr. de grat. Salvat. l. 2. c. 2. concl. 2. Eumque ſigillatim confutarunt praecitati *Tournel* & *Gazzan.*

IV. Caute nobis hac in materia procedendum. Quippe haud erroneum vel haereticum cenſendum eſt quidquid Pelagiani aut ſcribendo aut diſputando adfirmarunt; nec enim ſingula haereticorum effata ſunt haeretica, quod interdum monuimus; quin immo cunctis haereticis moris eſt falſa miſcere veris, miſcendoque perturbare omnia, quo quidem ſecurius incautis virus quaſi melle circumlitum propinent. Auguſtino crede ajenti l. 2. qq. evang. q. 40. *nulla falſa doctrina eſt, quae non aliqua vera intermiſceat.*

Nec deinde quidquid Hieronymus, Auguſtinus, Marius Mercator, aliique Patres veteres adverſum eoſdem Novatores ſcriptis ſignatum reliquerunt, fide divina ſanctum eſt, adeo ut oppoſitum ſit haereticum aut erroneum. Patres etenim haud raro privatis ſuis opinionibus, momentis duntaxat probabilibus, atque humanis interdum rationibus, necnon quibuſque mediis quae oppugnando errori conferre arbitrabantur, uſi ſunt.

Quin etiam iidem non ſemel generatim Patres ad extremum alterum errori quem perſtringebant oppoſitum nonnihil humanitus

(*b*) Hunc alioſque ſectae errores ex reſtimoniis *Hilarii* & *Proſperi* jam praemiſimus ad Tom. III. p. 181. ſq.

(*c*) Sic enim de eo *Auguſt.* de doctr. chr. l. 3. n. 46. „ Laboravit in ea (haereſi deflexiſſe viſi ſunt, quemadmodum de ipſis univerſim pronuntiavit *Taraſius* in Synodo Nic. 11. act. 6. ac de pleriſque nominatim nos ſparſim oſtendimus in Proluſionibus. Ex iis igitur, quae Auguſtinus, ceterique Patres adverſum Pelagianos, alioſve Acatholicos diſputarunt, ea duntaxat in cenſum dogmatum fidei referenda ſunt tanquam illorum erroribus oppoſita, quae ab Eccleſia univerſa qua talia recipi conſtat. Vide ſis *Suar.* proxime cit. n. 13. & nuperum *Genevenſium* in elem. Theol. chr. l. 6. c. 4. §. 17.

V. Cauſſam famoſam Pelagianiſmi ne latius perſequamur, nobis ad graviora feſtinantibus otium fecerunt plurimi recentiores, qui ex ſcriptis veterum hiſtoriam hujus haereſeos adcuratius conſignarunt: ut puta *Jo. Ger. Voſſius* hiſt. de controverſiis, quas Pelagius ejuſque reliquiae moverunt, *Uſſerius* in antiquitat. eccleſ. britannicar. *Petav.* dogm. theol. hiſt. Pelag. *Garner* proxime cit. par. 1. *Noris* hiſt. pelag. in t. 2. oper. edit. Veron. *Nat. Alex* ad ſec. v. ubi de Pelagianiſmo, *Maffei.* hiſt. theolog. dogmat. & opinion. ex italico latine verſa a Frider. Reiffembergio S. J. l. 7. *Alticor.* ſumm. auguſtin. t. 4. in praefat. de Pelagianis rebus & perſonis: ut taceam Theologos recentiores pene omnes in tractatib. de grat. auxil., quibus primus omnium facem praetulit *Suarezius* cit. t. 1. de grat. prolegom. 6.

pelagiana) ſolvenda Tichonius bene, ſed non plene. Diſputans enim de fide & operibus, opera dixit nobis a Deo dari merito fidei, ipſam vero fidem ſic eſſe in nobis, ut nobis non ſit a Deo. „

ADNOTATIO.

(*) ADfirmavit *Janſenius* in hiſt. Pelag. l. 8. c. 6. & ſaepe alias, Semipelagianos gratiam duntaxat efficacem & phyſice praevenientem ab initio fidei & bonae voluntatis excluſiſſe, non autem neceſſitatem gratiae ſufficientis, & moraliter tantum praevenientis atque exutantis: quod nempe putarent, primam libertati nocere, & inutilem reddere correptionem, non item alteram. Conſentiunt *Macedo* in opuſc. ſup. v. propoſ. Janſ art. 5. *Contenſon.* theol. l. 8. diſſ. hiſt. 3. & alii, quos ſuppreſſo nomine laudavit *Nat. Alexander* ad ſec. v. c. 3. art. 8. n. 1.

Alii vero plerique omnes facto agmine contendunt cum *Tournel.* de grat. Chr. q. 3. ubi de errore Semipel., primaevos omnes, germanoſque Semipelagianos internae prae-

ve-

VII. *Praeformatores*, aut *Sectatores Semipelagianiſmi* quantum ad caput praecipuum de initio ſalutis a natura ſuborto, complurimi inculpate diſputantes referri ſolent, ſanctimonia & doctrina illuſtres Viri. E. c. ex Patribus graecis *Clemens* Alex. *Gregorius* Naz. *Cyrillus* Alex. *Chryſoſtomus*, *Marcus* Adiceta, *Damaſcenus*: ex latinis *Hilarius*, *Hieronymus*, *Ambroſius*, *Auguſtinus* olim, *Optatus* Ep. Milev. *Adrumetini monachi*, *Caſſianus* una cum ſuis *Coenobitis* & reliquis univerſe *Doctoribus Maſſilienſibus*, *Monachi Lerinenſes*, *Severus Sulpitius* &c: tum ex Theologis de Schola *Thomas*, *Scotus*, *Gabriel*, *Durandus*, *Ricardus*, alii; quatenus nempe docuerint, diſpoſitionem, ſeu praeparationem aliquam ad juſtificationem ex libero hominis arbitrio pendere (*).

VIII. *Praedeſtinatiani* vulgati, praeter alia tenuiſſe feruntur, ita gratiam antecedere liberum arbitrium, ut ante adcipiat homo quam petat, ante inveniat quam quaerat, ante ei aperiatur quam pulſet: tum ad fidem Chriſti nullum adcedere, quin fuerit invitus a Patre tractus (*d*).

IX. *Anovenientis* gratiae neceſſitatem ad initium fidei conſtantiſſime pernegaſſe. Quibus & nos lubenter ſubſcribimus, freti utique praeprimis *Auguſtini* teſtimoniis ex l. de praedeſt. Ss. c. 5. n. 10. & l. de dono perſever. ſparſim, quos nempe vulgavit S. Doctor contra praecipuum Semipelagianorum errorem, internam quamlibet gratiam ad initium ſalutis inficiantem.

At minime tamen argumento movemur, quod vulgo iidem potiſſimum urgere conſueverunt, petitum nempe a prop. IV. Janſenii falſitatis & haereſeos damnata, quae ſic habet. „ Semipelagiani admittebant gratiae interioris praevenientis neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium fidei: & in hoc erant haeretici, quod vellent eam gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere vel obtemperare „.

Quid inde tamen? Cenſura pontificia, me judice, primum theſis membrum non ferit, ſed alterum duntaxat. Primum quippe ad nudam pertinet quaeſtionem facti, de quo plane aut verum ſit, aut commentitium, parum aut nihil commodi negotio fidei adcedit. Et complexa quidem quum ſit ac bimembris theſis haec, ut falſa ſit ac haeretica, ſatis eſt alterum falſitate, haereſique ſordere membrum. Pontifex item in proſcriptione theſium, Doctorum opinione, id in eis profligare intendit, quod turpius eſt & adparet. Quid? quod ex reg. Juris in 6. id in obſcuris eligi debet, quod minus eſt. Nec Semipelagiani denique haeretici eſſent, immo vero catholici, ſi ad initium fidei gratiam internam neceſſariam vellent. Janſenins ergo fide peſſima utrumque poſuit membrum, quo manifeſtius adcuſaret haereſeos quemlibet audentem admittere gratiam ſufficientem aut inefficacem, cui reſiſtendae pat eſſet voluntas.

ADNOTATIO.

(*) EX hiſce Doctoribus pene ſinguli ſtrenuos nacti ſunt patronos, & vindices; ac jure quidem optimo; quidquid contra reclament alii, eoſque plerumque in pravum ſenſum interpretantes cum cit. *Voſſio* de haer pelag. & *V Valchio* de Pelagianiſmo ante Pelagium. Abundant quidem ejuſmodi vindiciis noſtrates Scriptores, cum hiſtorici & polemici, tum Scholaſtici ubi de erroribus Semipelagianorum ſermonem inſtituunt.

Haec, pluraque cauſſam Semipelagianiſmi ſpectantia, ex inſtituto alias, Deo propitio, diſcutienda atque libranda, modo praetermittimus. Conferri interea poſſunt *Petavius* & *Noriſius* in hiſt. Pelag. *Suar.* de grat. t. 1. proleg. 5. c. 5. & 6. *Vazq.* in 1. p. d. 91. c. 8. 9. *Garner.* in Mar. Mercat. ubi de Semipelag. *Neuſſer* in prodromo velitari contra Noriſium, *J. Bapt. Gueſnayus* S. J. in Caſſiano illuſtrato l. 1. c. 61. *Maſſejus* hiſt. theolog. l. 8. *Alticotius* S. J. in ſumma auguſtin. par. 5. in praefat.

(*d*) Conf. *Sirmond.* in Praedeſtinato l. 1. haer. 90 *Lucid.* in libello ad Gallicanos Antiſtites, *Porter* in ſyſtem. decretorum dogm. ad ſec. V. c. 3.

IX. *Anonymi Britanni* ad an. 1368. haec in dioeceſi Oxonienſi praeprimis apud imperitum vulgus diſſeminabant. 1.° gratia juxta communiter ponentes eſt truffa, eo quod non eſt poſſibile aliquem talem eſſe. 2.° poteſt aliquis ex puris naturalibus vitam aeternam promereri (*e*). Eis item in hoc altero errore conſentientes habes *Zvinglium* & *Melchiorem Hofmannum* (*f*) neque multum diſtaſſe putaveris *Socinianos* (*g*). Hoc illi ſyſtemate neceſſitatem gratiae funditus ſubruere ſatagebant.

X. *Lutherus* haec ſtatuebat in ordine ad Gratiam auxiliantem: 1.° „ homo ſine gratia Dei neceſſario elicit actum diſformem & malum (*h*). „ Heinc 2.° „ omne opus legis ſine gratia Dei foris adparet bonum, ſed intus eſt peccatum (*i*). „ 3.° „ nulla eſt diſtinctio inter auxilium efficax & inefficax aut ſufficiens: quid enim eſt vis ineſficax, quae auxilio ſufficienti adſcribitur, niſi plane nulla vis? Unice ergo eſt gratia efficax, cui a voluntate reſiſti nequit: & iis quidem omnibus auxilium ſufficiens ad ſalutem deficit, qui non ſunt a maſſa perditionis divina praedeſtinatione diſcreti (*k*). „ Adde in ſententia Lutheri, voluntatem erga auxilium, quo excitatur, mere paſſive ſe habere recipiendo auxilium, minime active agendo & illi cooperando (*l*). 4.° „ Judaeis minime conceſſa eſt gratia ſufficiens ut lex obſervaretur, adeoque illius obſervantia impoſſibilis fuit: quin immo Dei ſcopus in lege condenda fuit, non ut vitarentur peccata, ſed ut multiplicarentur, eorumque multitudine retunderetur hominum ſuperbia, magiſque agnoſcerent Redemtionis neceſſitatem, quam propterea ardentius expeterent (*m*). „

XI. *Melanchthonici*, alias *Confeſſioniſtae* tenuiſſe dicuntur ex ſententia Melanchthonis, poſſe hominem ſolius naturae viribus ſe ſe ad gratiam recipiendam diſponere (*n*) (*).

XII. *Cal.*

(*e*) Lege *Wilkinſium* in CC. magnae Britanniae & Hibern t. 3. ad eum an. p. m. 76. & *D' Aggentr.* in collect. nov. judic. ad ipſum an.

(*f*) Ex dictis in Tom. III. p. 182.

(*g*) Recole iſtorum hanc in rem opiniones ap. *Calovium* in ſcriptis anti-ſocinianis parte 2. tomi 1 ſect. 4. art. 3. controv. 7. ſqq.

(*h*) Haec eſt prop. VII ex iis quae publicatae ſunt an. 1517. a M. Franciſco Gunthero defendendae, Praeſide Martino Luthero.

(*i*) Eſt ibidem prop. LXXVII.

(*k*) Ita ſaepe philoſophatur in l. de ſervo arbitrio, quem an. 1525. contra Eraſmum vulgavit.

(*l*) Eam exploſit *C. Senon.* decr. 15. & *Trident.* ſeſſ. 6. c. 5.

(*m*) Immania haec paradoxa interdum ingeminat in cap. 3. epiſt. ad Galat. ac praefat. in libros V. T.

(*n*) Paſſim *Haereſeologi* cum *Gault.* ad ſec. XVI. in collat. error. c. 10. err. 4.

ADNOTATIO.

(*) POrro in percelebri Confeſſione Auguſtana, quam Melanchthon adornavit, in XVIII. ex articulis fidei praecipuis haec lego „ eſſe fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem judicium rationis, non per quod ſit idoneum in his, quae ad Deum pertinent, ſine Deo aut inchoare, aut certe peragere „.

Enim vero quum Melanchthon idem in ſuis adeo varius, ſibique parum conſtans fuerit opinionibus, uti pluribus poſt *Coccium* in theſ. cath. l. 8. art. 7. §. 2. a p. 1054. & aliis demonſtrat *Florim. Remundus* in hiſt. de ortu haer. l. 2. c. 9. quumque inſuper Confeſſio

XII. *Calvinus* praememorata Lutheri paradoxa de gratia ambabus ulnis amplexus est. Nimirum 1.° gratiam efficacem, quae arbitrium hominis irresistibiliter cogat, admittit; inefficacem aut nude sufficientem explodit (*o*) ac suo deinde authori adnuit *Synodus Dordrachena* (*p*) nec dissensit *Carolus Molinaeus* (*q*) nec posteri deinceps Haeresiarchae adsectatores cum *Jo. Piscatore* Argentinensi, *Sibrando Luberto*, *Claudio Jurio*, *Jac. Picenino* &c. (*r*). 2.° judaicam legem omni destitutam gratia dolet, atque adeo observatu impossibilem (*s*). 3.° ob defectum gratiae etiam in lege Christi putat in hac carne impossibile legis implementum (*t*). 4.° opinatur, omnia fidelium opera, secluſa gratia, esse peccata mortifera (*u*). Ita vero dum gratiae necessitatem amat ultra modum extollere, Conditori humanae libertatis nimium injurius deprehenditur.

XIII. *Mich. Bajus* haec adseruisse fertur. 1.° *non datur gratia nisi reluctanti* (*x*). 2.° *liberum arbitrium sine gratiae Dei adjutorio non nisi ad peccandum valet* (*y*). Quid simile ferunt ex eadem Bulla Propositiones XXIX. XXXVII. LXV. (*).

sessio eadem toties retractata sit, correcta, deformata, adeo ut ex ipsa Confessiones aliae Provinciales XXXII. & amplius exortae sint; nullus dubito, quin expositum errorem aut Melanchton suis aliquando scriptis confi-

(*o*) Inst. l. 2. c. 2. sect. 6. & c. 3. sect. 10. ac in antid. Trid. ad sess. 6. sub init.

(*p*) Sub p. 745.

(*q*) In epist. quae habetur in actis ejusdem Synodi p. 395.

(*r*) Quantum vero ad irresistibilitatem refragantur acriter ex hodiernis scholis exteris *Arminiani* cum *Limborchio* in Theol. chr. l. 4. c. 13. sqq. & *Lutherani* cum *Buddeo* in Theol. dogm. l. 4. c. 3. §. 43. & alias.

(*s*) Inst. l. 2. c. 7. fere per tot.

(*t*) Ibid. sect. 5.

(*u*) Inst. l. 3. c. 14. sect. 9. sqq.

(*x*) Prop. hanc ceu haereticam proscripsit Fac theolog. Paris. an. 1560. 27. Jun. ex *Bajanis* editis a Gerberonio 1696. in censura ejusdem facultatis ad prop. 14. p. 6.

(*y*) Est prop. XXVIII. ex damnatis in Piana Bulla.

gnarit, aut aliqua ex indicatis Confessionibus ediderit: quid certi demum in hac re, nondum mihi compertum. Earum Confessionum nomina indicavit post alios *Sinda* in lex. pol. art. *Confessionistae*. §. 16.

ADNOTATIO.

(*) VIndicem sui, uti alias, hoc loci habemus Bajum. Hic enim in adnotatione ad censuram Sorbonae in thesim primo loco recitatam, ex citt. *Bajanis* p. 24., sic eam explicat, ut quam sane intelligi possit adserta contra Pelagium, cujus sententia fuit, quod gratia auxilians bonum uniuscujusque propositum adjuvaret, non autem reluctanti studium virtutis immitteret, ex *August.* l. 2. cont. duas epist. Pelagianor. cap. 8.

Bene est. Et vero thesis ulterius progredi videtur, & excludere quamcumque aliam gratiae inspirationem excepto illo eventu primae inspirationis in reluctante, quum tamen illa ad quodvis opus salutare etiam in adnuente post primam conversionem necessario exigatur. Quandoquidem vero aliunde hanc necessitatem non inficiatur Bajus, sed supra modum effert, putaverim, eam thesim solitarie adceptam, sub sensum, quem hic Author expoſuit, substineri posse absque censura.

Reliquae indicatae positiones, postrema demta, excerptae vulgo feruntur ex opusculis Baji. Nimirum XXVIII. ex lib. 2. de virtutibus impiorum c. 8. immo est huic capiti praefixus titulus: XXIX. quae ait „pelagianus est error dicere, quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum „(scilicet absque gratia), ex eodem c. 8. ap. *Ripald.* contra doctrin. Baji in prooem. disp.

XIV. *Bajani*, duce, ut fertur, *Jacobo Janſonio* Lovanienſi Profeſſore, dogmata a Bajo magiſtro humillime revocata retractare ac pro virili defendere inſolenter auſi, gratiam omnem ſufficientem poſt hominis lapſum repudiarunt, & unam efficacem, eamque penitus irreſiſtibilem admiſerunt; nec iſtam ad aliud voluerunt neceſſariam poſt lapſum hominis, quam ad actum caritatis, quo Deum diligimus; pro ſtatu vero naturae integrae ad merita quidem neceſſariam putabant, ſed ipſi tamen naturae ſecundum ſe debitam. Tum pleraque paradoxa iis prorſus adfinia, & conſectaria ex eiſdem liquido enata temere fabulati ſunt (z).

XV. *Janſenius* Iprenſis Ep. ita de gratia diſſeruit, ut Lutheri, Calvini, Baji ſe ſe comitem praebuiſſe videatur. Id quod, etiam nul-

diſp. 1. ſect. 11. c. 2: XXXVII. quae ſic habet „ cum Pelagio ſapit qui boni aliquid naturalis, hoc eſt quod ex naturae ſolis viribus ortum ducit, agnoſcit „ ex lib. de caritate c. 5. adtribuendae itaque Bajo univerſae, poſtrema excepta, quam in ejus libris non reperiri adfirmat cit. Ripalda.

Ad haec tamen plura reponit *Bajus* in Apolog. ad Pium v. ex Bajanis p. 95. ſqq. Videlicet ad prop. XXVIII. provocat ad plures Doctores veteres, recenteſque, qui ipſiſſimam vel expreſſe, vel virtute ſententiam ſcriptis conſignarunt; puta *Auguſt.* l. 3. contra duas epiſt. Pelagianor. c. 8. & de ſp. & lit. c. 3. *Bernar.* ſerm. 1. de Adnunt. *Roffenſ.* art. 37. cont. Luther. jubetque inſuper relegi pro eadem ſententia adductos in ipſo c. 8. nempe *Proſper. Coeleſtin.* P. cum *CC Carthag.* & *Milevit.* & *Auguſtin.* ſaepiſſime.

Ceterum ſatius eſſet Bajo theſim eo ſano ſenſu intelligere atque exponere, quo Patres ab eo adducti intellexiſſe poſſunt interpretari; nempe, ut alias mittam expoſitiones, intenderunt, opus ſeorſim ab ſuperno gratiae auxilio factum, dici peccatum, non quia veram malitiam moralem habet, ſed quia nihil prodeſt ad vitam aeternam, quo multum a bonitate chriſtiana dehcit, & propter hunc defectum large vocatur peccatum, cui nempe in hoc aequiparatur. Lege *Suarez.* de grat. l. 1. c. 21.

At vero ex doctrina Baji eum theſis praeſefert ſenſum, ut in natura lapſa per peccatum Adae penitus exſtinctum ſit liberum arbitrium ad bene agendum; adeo ut quandocumque agat homo ſibi relictus, neceſſitate antecedente teneatur malum operari. Inde vero tot, tantaque in ſancta dogmata conſequuntur abſurda, quae nemo vere catholicus devorare auſit. Conf. *Ripald.* cit. l. 2. diſp. 13. ſect. 3. p. 234. a n. 20.

Porro inter veteres de Schola theologos, quos in tutum ſuae cauſſe patrocinium identidem advocat *Bertius* in apolog. adverſus Bajaniſmum redivivum, graviſſima exarſit contentio ſuper germano ſenſu, quo haec theſis, & aliae pleraeque ex ſubtilioribus, Piano in diplomate confixae ſunt. Qui vero nobis in rem praeſentem innuitur, fortaſſe ſatis veriſimilis & expeditus cuiquam videatur.

Ad XXIX. ait eam non haberi in cit. c. 8. ſui libelli de virtut. impior. At licet non ad verbum, quoad ſenſum vero manifeſte haberi videtur, ſic enim ibidem lego „ Pelagianorum vox eſt, poteſtatem voluntaris aliquantulum ad non peccandum valere, quod ſine dubio dicunt qui virtutes ſteriles illi tribuunt: chriſtianorum vero profeſſio eſt, ſine adjutorio gratiae ad non peccandum nihil valere voluntatis arbitrium „.

Ad XXXVII. regerit in collectorem iſtarum theſium malam fidem, qua ipſam collegiſſe ſimulavit ex cit. cap. 5. de carit. ubi tantum de amore Dei diſſeritur. Et in eo quidem, quantum legendo & perlegendo capere potui, & quoad verbum, & quoad ſenſum prorſus deſideratur.

Ad LXV. quae talis eſt „ non niſi pelagiano errore admitti poteſt uſus aliquis bonus liberi arbitrii, ſive non malus, & gratiae Dei injuriam facit qui ita ſentit & docet, eam prout jacet adceptam ceu aperte haereticam merito rejicit in cit. apol. p. 116.

(z) Ea fideliter retulit, acriterque confutavit *Ripalda* in comment. contra Bajum & Bajanos diſp. 3. prooem. ſect. 3. & l. 1. d. 7. ſect. 2.

nullo docente, satis superque commonstrant tres illae notissimae ex quinque famosis ejusdem propositionibus toties Vaticano fulmine profligatis, videlicet I. II. IV. In iis etenim virus undique spirantibus habemus profecto Deum impossibilia quandoque ferentem praecepta, quippe qui gratiam, qua possibilia fierent, justis volentibus & conantibus observantiam, denegat: tum exterminatam penitus post Adae lapsum gratiam quamlibet sufficientem aut inefficacem, & admissam duntaxat per sese efficacem, & omnino irresistibilem. Et haec quidem summa est doctrinae de gratia, quam Author toto pene commentario sui *Augustini* defendendam, illustrandam, vindicandam suscepit (*a*).

XV. *Jansseniani*, ita vulgo cognominati, quod Magistri sui Jansenii *Augustinum* (ab eodem olim sedis Apostolicae judicio semel iterumque submissum) & partes omnes ardentioribus animis per fas nefasque, interpositis cavillis, dolis, subterfugiis, tergiversationibus, intrepide tueantur, etiam contra decreta & definitiones reclamantis Ecclesiae: ii, inquam, ducibus & coriphaeis *Zinnichio*, *Ludov. de Sancto amore*, *Anton. Arnaldo*, *Nicolio*, *Gabr. Gerberonio*, *Sanbovio*, *Paul. Irenaeo*, *Dionys. Raymundo*, aliis cum antiquis, tum recentibus (*b*) hanc fovebant sententiam & palam vulgabant, *gratia sufficiens statui nostro non tam utilis, quam perniciosa est; sic ut proinde merito possimus petere, a gratia sufficiente libera nos Domine* (*c*).

XVI. *Michaël Molinosius*, hispanus Presb. Aragonensis, in oppido Munnoz Ceetaraugustanae dioecesis an. 1627 genere haud ignobili natus, famosus in theologia mystica & animorum directione spiritali magister, astutissimus hypocrita; obtentu perfectionis eximiae, sublimioris contemplationis, atque unionis intimae cum Deo, sermonibus & scriptis Hispaniam, Italiam, Romam duorum supra viginti annorum magisterio ad exsecrandos Gnosticorum mores perfidus ac spurcissimus Haeresiarcha perduxit Seculo XVII. jam vergente.

Nefandum ejus doctrinae systema in theses LXVIII. distributum Innocentius P. XI. damnavit sollemni decreto 1687 XII. Kal Dec. lato, ceu praeferens theses respective haereticas, blasphemas &c. Jam ex hisce damnatis propositionibus, quae in varia impingunt christianae fidei & pietatis dogmata, gratiam auxiliatricem haec videntur impetere,

1.° „ Velle operari active est Deum offendere, qui vult esse ipse

A a 2

(*a*) Idem conferendus speciatim de haer. pelag. l. 8. c. 6. tum de grat. Christi Salvat. l. 2. c. 4. 15. 24. 25. & l. 3. c. 13. ac de statu nat. lapsae l. 4. c. 24. 25. = Recole Tom. II. ad p. 332. sq. ac Tom. III. ad p. 179. in Adnotat. col. 2.

(*b*) Illos quaerenti abunde dabit celeberrima *Causa Quesnelliana*; istos vero *Bibliotheca Jansenistica*, in qua tamen haud parum aequae critices interdum desideratur.

(*c*) Est prop VI. ex damnatis ab *Alexandro* P. VII. d. 8. Dec. 1690. in decreto, quo potissimum errores Jansenianorum profligavit. Et ipsam quidem totidem verbis effutiit *J. Zinnichius* in thesi de an. 1649. 16. Oct. qui eam sine dubio a suo depromsit *Jansenio* ubi de grat. Salv. l. 3. c. 2. sub fin. & c. 3. ab initio tituli. Conf hujusce proscriptae thesis Interpretes oppugnatores, praeprimis *Vivam* in trutina.

ipse solus agens, & ideo opus est se ipsum in Deo totum & totaliter derelinquere & postea permanere velut corpus exanime „ (*d*) 2.° „ Activitas naturalis est gratiae inimica, impeditque Dei operationes & veram perfectionem, quia Deus operari vult in nobis sine nobis „ (*e*) 3.° „ Nihil operando anima se annihilat & ad suum principium redit „ &c. (*f*). Iis animadvertis, reor, Haeresiarcham adeo efferre gratiam, ut illi totum adtribuat opus salutare, atque homini duntaxat gratiam pati, at minime cum illa agere. Quo plane tendit prima basis falsi illius Quietismi, quem homo versutissimus innovavit (*g*).

XVII. *Paschas. Quesnellus* & ipse Jansenianorum primipilus, Abbas & Prior (*h*) praecipuum Jansenii sui systema de gratia auxiliante, videlicet de omni gratia per se se efficaci & irresistibili, ac de nulla sufficiente vel inefficaci multis, mirisque modis recoxit, ejusque nefandum virus, uti cetera, poculis aureis propinavit; tanta nimirum formularum vafritie, tamque fucata & dolosa pietatis specie, ut vel etiam cautiores in suum quandoque traxerit sensum (*).

XVIII. *Ri-*

(*d*) Est prop. 11. ex cit. decreto Innocentiano.

(*e*) Est ibid. prop. 1v.

(*f*) Est prop. v.

(*g*) De hoc quietismo, ac de causa celeberrima Molinosi fusius alias, si superi faveant.

(*h*) Quod una cum pluribus factionis actis & satis lepidissimis nos condocet *Causa Quesnelliana* Mechlinienses.

ADNOTATIO.

(*) ITa quidem in famosis observationibus moralibus in N. T. quas una cum 01. propositionibus ex eis fideliter collectis damnavit sollemniter *Clemens* P. XI. Const. *Unigenitus*. edita 1713. 10. Sept. In iis vero proscriptis thesibus, si eas sedulo recolas, quae pene omnes a numero 2. adusque 42. perstringit Constitutio, heterodoxum Quesnelli, quod innuimus, systema, vel latens, vel se se palam prodens, jam iis, jam illis adornatum phrasibus repereris.

Ut autem in thesibus indicatis fucum capias, & latens aut manifestum in gratiam auxiliantem virus absque ambiguitate perspicias, facem praeferent *Antiquesnelliani* earum thesium Interpretes Oppugnatores, e quibus nonnullos primae notae *supra* praemisimus ad Tom. II. p. 233. nota *e*. quibus adde possunt *Pius Vandendick & Aloys. Andruzzi*.

Porro Quesnellus cum factione sua ut eas prae primis theses, ac ceteras deinde ab aequissima proscriptione vindicarent, nullum non moverunt lapidem. Nimirum pro adsertis suis breviora vulgarunt Hexapla sub an. 1715. & alia deinceps ampliora. Tum ut symbolam conferrent, advocati sunt (si mea me non fallit suspicio) ex schola lutherana Doctores.

Siquidem commentariis editis an. 1714 pro adsertis quesnellianis pugnarunt *Joan. Erickius* Ulmensis theologus in inclementia Clementis examinata; *Jo. VVolfg. Jaegeri* Tubingensis in bulla novitia Clementis P. XI. *Gottlob Fridericus Jenichen* Lipsiensis in historia & examine bullae Clementis P. XI. Et iis quidem injucundum minime fuerit, & contra decreta Romani Pontificis, & pro gratia irresistibili libertatem hominis subprimente totis lacertis debellare.

Quid autem, precipue urgebant vulgo advetsarii, damnansur in Quesnello, quae in Augustino, aliisque vetustis Patribus cum laude dicta feruntur ac tenentur? Ceterum estu nonnullae ex confixis thesibus solitarie sumtae, ac nitidis verbis expositae a vero non exorbitent, possintque facile in partem bonam traduci, illae nihilominus universae simul adceptae, respectu habito ad erroneam Authoris sensa, quae in observat. moralib. passim se se produnt; tum solerter evolutis verborum involucris, quibus deprehensus idem est imperitis & incautis fucum facere, porro illae omnes ut minimum falsae sunt & damnationi jure subjacent. Conferendus Cl. *Desirantius* in S. Augustino vindicato l. 2. 2 cap. 5.

XVIII. *Ricardus Simonius* alias notatus, Semipelagianiſmi acriter incuſatur. Quia enim, miſſis aliis, in quaeſtione ſuper hac haereſi a doctrina & placitis S. Auguſtini, quem tanquam praecipuum gratiae Doctorem & vindicem eccleſia univerſa probat & ſuſpicit, obtentu altioris Patrum antiquitatis, mirum quantum ex inſtituto recedit (*i*). Nimirum Grotium & Arminium ſemipelagianiſmi apud Proteſtantes inſtauratorem ſequutus, ea ceu Patribus vetuſtioribus plus conſona, majorique acumine & adcuratione adſerta probat placita, quae S. Doctor junior primum minus caute animo fôverat; minime oppoſita, quae idem deinde Auguſtinus ſenior & doctior, illis tanquam *damnabili ſententia* revocatis (*k*) adverſum Semipelagianos ſaepius diſerte tutatus eſt (*l*). Jure quidem dixeris de Simonio quae de Maſſilienſibus Semi-pelagianis ſcripſit *Proſper* ad Auguſtinum (*m*) *obſtinationem ſuam vetuſtate defendunt*.

Idem praeterea Simonius (*n*) probat & impenſe laudat Jacobum Cardin. Sadoletum, quatenus (*o*) in Semipelagianiſmum diſerte propendere videtur, ubi nempe quum oppugnare amat Lutherum & Calvinum, Auguſtini doctrina abutentes, S. Doctorem deſerit, ipſique praefert adverſam opinionem antiquiorum Patrum Graecorum & Latinorum, qui ſic nobis aliquid tamen relinquunt in negotio ſalutis, ut totum quod habemus virtutis & meriti ad Dei gratiam nihilominus referant: quo videlicet medium teneat locum inter ſeveram Auguſtini ſententiam, & alteram Pelagii haereticam, quae gratiam Dei prorſus evertit (*). De

(*i*) In hiſt. crit. novi teſtam. c. 20. partis 3. & alias.

(*k*) L. 2. retractat. c. 66. ac de praedeſt. SS. c. 3. n. 7.

(*l*) E. c. de praed. SS. c. 17. n. 42. & 47. de grat. & lib. arb. c. 4. ſqq. & alias.

(*m*) Epiſt. inter Auguſtinian. 225. edit. noviſſ. n. 3.

(*n*) In cit. comment. c. 38.

(*o*) Commentar. in epiſt. ad Roman. c. 8. 29. a p. m. 129. edit. Lugdunenſ. de an. 1546.

ADNOTATIONES.

(*) I. CLariſſ. *Boſſuetius* primus, opinor, eſt qui vera ejuſmodi adcuſatione Ricardum ardenter urgebat, & reum Semi-pelagianiſmi palam demonſtrabat in defenſ. poſthuma tradit. SS. PP. l. 6. c. 6. ſqq. Et jure quidem optimo: quod & res ipſa loquitur, & nullus qui Ricardum & Boſſuetium citatos conferat, ambigere poſſit. Quid enim vero melius, & ad normam ſanioris Theologiae magis exactum cuiquam licet exſpectare a viro critico ſummopere intemperante, ac leviore Theologo, qualem *ſupra* Ricardum deſcripſimus ad Tom. III. p. 360. Adnot. 1?

II. Quod deinde ſpectat Sadoletum, virum quidem pium & ingenioſum, ſimulque rhetorem eloquentiſſimum, non ita vero profundum Theologum, vita functum 1547. is profecto in cit. comment. ubi de praedeſtinatione ad gratiam prae primis prolixe, eloquenter, & ſatis acute diſſerit, ad pag. 130 ſqq. ſparſim iis videtur graecis & latinis Patribus, nec non Scholaſticis nuper indicatis adhaerere, qui aliquod ſalutis initium naturae tribuunt. Quid vero mirum, Sadoletum cum illis a quibuſque etiam ſubtiliſſimis doctrinae Semipelagianae fucis & cavillis inculpate ſibi non caviſſe, adcepta nondum luce inerrante a *Tridentino*, quod eam opinionem ex inſtituto verbis adeo diſertis confodit, damnavitque ſeſſ. 6. c. 5. 6. & can. 3? Mirandum potius, Simonium ipſam eam poſt Tridentinum aperte ſubſtinere; quamobrem acerbiore ferula caſtigandus venit: quod item cit. *Boſſuet.* l. 10. c. 2. ſcite obſervat.

Sed

De erroribus hactenus. Ad veritates, tutasque opiniones circa gratiam auxiliantem enucleandas, tenendasque stilum dogmatico-scholasticum resumimus.

Sed & laudatus Cardinalis excusari posse videtur ex iis, quae postmodum disputat. Haec enim profert ad p. 136. „ Quis „ erit tam injustus rerum aestimator, qui „ aliquid nos omnino posse, aut etiam pla„ ne velle quod bonum sit, hoc est quod ad „ verum bonum pertinet, sine ope Dei, & quidem sine „ magna ope ac peculiari Spiritus Sancti do„ no audeat adfirmare? Non possumus quid„ quam per nos, quod ex eo genere bonorum „ sit, quorum est fructus in coelesti & sempi„ terna vita requirendus. „

Tum ad p 137. „demus nos omnipotenti „ Dei nomini debitam gloriam ac subjicia„ mus illi corda nostra, totosque nos aptos „ ex eo pendere intelligamus, ut vitia „ quidem nostra sint, omne autem bonum, „ & omnis virtus, & omnis apta ad prome„ rendum actio ex illo tota sit, nullamque „ nostram partem in se se habeat; quidquid „ autem libera voluntate cogitamus atque „ suscipimus, id solum ita nostrum, ut „ magnas ejus quoque partes Deo attribua„ mus, ut aut ab eo, aut non sine eo omnia „ nobis bona, etiam bonorum initia con„ stare sit necesse. „ Haec ille, sapienter quidem & catholice; quibus plane quae primum minus caute conscripserat, revocare videtur.

§. 1.

Prooemialia de Statibus naturae humanae in ordine ad Gratiam.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

208 QUAESTIO I. Quid generatim de hujusmodi Statibus? ADSERO. Status in praesentia usurpatur pro conditione ac modo stabili, quo natura humana ethice, seu moraliter sumta se habet relate ad suum ultimum finem, subindeque relate ad gratiam auxiliantem, qua plus minusve indigeat ad eum finem seu remote, seu proxime obtinendum. Multiplex autem naturae status ab Schola recentiore vulgo consideratur.

209 Nimirum dicitur Status I. *naturae purae*, qui si exsisteret, nec gratiam, nec peccatum, nec ordinem ullum ad rem supernam importaret, sed ea duntaxat, quae homini ex intrinseca sui conditione naturaliter debentur: quocirca tum homo morti, aliisque infirmitatibus, quibus nunc premitur, obnoxius esset. Status hic est veluti ceterorum fundamentum. II. *naturae integrae* addit insuper in homine subordinationem & concordiam passionum & adpetituum inferiorum erga superiores, ita ut adpetitus sentiens nunquam motibus inordinatis rationem praeveniat ac perturbet; subinde nec concupiscentiae, nec fomiti atque libidini ad peccatum urgenti sit locus. III. *naturae innocentis* cum justitia originali, qui ulterius alias dotes & praerogativas supra ordinem totius naturae excurrentes complectitur.

210 IV. *naturae lapsae* vel corruptae, qui peccatum lethale importat, vel nude personale, vel originale, ratione cujus homo spoliatur cunctis privilegiis supernis naturae integrae ac innocenti a summo Conditore liberaliter erogatis. V. *naturae reparatae*, qui comprehendit in se se restaurationem gratiae deperditae, saltem in po-

potentia, ut ajunt, illaque intercedente redemtionem a peccato, jus ad gloriam, poteſtatem expeditam ad opera ſalutaria; retentis et vero cunctis naturae purae, quibus modo cruciamur, miſeriis. VI. *naturae juſtificatae*, qui praefert veram gratiae juſtificantis recuperationem, ſive per Sacramenta, ſive per merita, virtute adcepta a Redemtore. VII. *naturae beatae* (*p*).

211 Jam vero de natura integra & innocente *ſupra* nos egimus (*q*) ac de natura lapſa (*r*) tum de natura beata (*s*). De natura vero reparata & juſtificata ſermo erit *inferius* (*t*) praeter ea, quae in praeſentiarum de utraque gratia & merito theologico diſſerenda ſuperſunt. Quin etiam de neceſſitate gratiae auxiliatricis comparate ad finem ſupernum in nonnullis, qui enumerati ſunt, ſtatibus hoc Capite tempore diſputabimus. Reſtant inſuper dubia nonnulla ad ſtatum naturae purae pertinentia, quae heic tanquam in ſede propria ventilantur, nobis illico decidenda. Sit igitur

212 QUAESTIO II. Quid ſpeciatim de ſtatu naturae purae? ADSERO 1. Hic re nunquam exſtitit (*u*). Quia enim ſummus gratiae ac naturae Author ordinem gratiae ſimul cum ordine naturae inſtituit, condiditque. Quippe Angeli omnes (*w*) & Protoparentes noſtri (*y*) conditi ſunt gratia ſanctificante inſigniti; ac reliqui deinceps eorum poſteri peccato originis immundi concepti & enati ſunt, & ſubinde naſcentur omnes (*z*). Adſerendo itaque ceu re uſpiam exſiſtenti ſtatui naturae purae nullus eſt locus (§).

11. Sta-

(*p*) De hiſce ſtatibus agunt ex inſtituto *TT.* cum *Suar.* de grat. l. 1. proleg. 4. *Habert* in tr. de gratia ex PP. graecis l. 1. c. 6. & ceteri vulgo recentiores ubi de grat. auxil. diſputant.

(*q*) In Tom. III a p. 160.

(*r*) In eodem Tomo p. 194. ſqq. 365. & 372. ſqq.

(*s*) Ad Tom. IV. p. 60. ſqq.

(*t*) In Tomo VII. ubi de Chriſto, & in VIII. ubi de Sacramentis.

(*u*) Haec vox inter *TT.* cum veteres, tum recentiores, ceu placitum vulgo certum proferentes, in omni ſchola vuglatiſſima, adverſum pauciores contra docentes.

(*w*) Ex Tomo III. p. 110.

(*y*) Ex eodem Tomo p. 161.

(*z*) Ex adſertis itidem in eodem Tomo a pag. 372.

OBSERVATIO.

(§) ERud. *Gazzaniga* in tr. de gr. Chr. diſſ. 3. c. 1. n. 2. abſque ulla haeſitatione adfirmat, quod „ fides catholica nos certiſſime docet, ſtatum naturae „ purae nunquam exſtitiſſe „ ac ſtatim n. 3. ingeminat, quod hominem in ſtatu purae naturae „ nec eſſe, nec umquam fuiſſe certum „ de fide eſt. „ Optarem vero, adſertum hoc ſuum argumentis firmiſſimis comprobaſſet Author ubi nullam illud confirmatione munivit.

Principio enim rarus erit Theologus, quem ſui opinamenti ſuffragatorem adciſcere ſibi poſſit hic Author, ſi Janſenium prenſem excipias, hoc in puncto ceteris vulgo Doctoribus vel expreſſe, vel tacite improbatum, quod jam praemonuimus in Tom. III. p. 161.

Quod ſi veterum ſcripta recolas, nonnullos repereris & primores, & primi ſubſellii Theologos, docentes, aut Angelos, aut Protoparentes, aut eos omnes abſque peccato & gratia primum re conditos fuiſſe, quod perinde eſt ac exſtitiſſe aliquando ſtatum purae naturae. Ita quidem *Hugo Victorin.* l. 1. de ſacram. par. 6. c. 17. & par. 5. c. 19. *Magiſter* ſent. l. 2. diſt. 3. & 25. *Rupert.* l. 13. in Matth. & alias, *Alenſ.* par. 2. q. 96. memb.

213 II. Status hic possibilis est, quatenus nempe potest simpliciter Deus creaturam rationalem ad finem naturalem condere, & gra-

memb. 1. *Bonav.* in 2. dist. 29. ar. 2. addens, opinionem istam esse tum communem simul & probabiliorem; eique rursum adhaesernnt *Aegidius* Roman. in 2. dist. 4. q. 1. ar. 4 & dist. 29. q. 1. art. 2. dub. 4. sqq. *Marsil. Autisiodorens. Scot. Richar. Gabriel*, alii.

Quis enim vero magnos hosce viros in fide erraſſe dixerit? Non ita plane perplurimi Scriptores, qui eos ita sentientes in medium protulerunt, ut puta *Effius* in 2. dist. 3. §. 7. & dist. 25 §. 1. *Serryus* disp. 2. de nat. innoc. praelect. 1. alii. Nec ita *Angelicus* in 2. dist. 29. q. 1. ar. 2. ubi relatis hanc in rem tribus comparate ad creationem Protoparentum placitis, haec demum subjicit „ Quae tamen harum opinionum verior „ sit, multum efficaci ratione probari non „ potest... hoc tamen probabilius est, ut „ quum homo creatus fuerit in naturalibus „ integris, quae otiosa esse non poterant, „ quod in primo instanti creationis ad Deum „ conversus gratiam consequutus sit; & ideo „ hanc opinionem subsistendo dicendum „ est. „ Thomae itaque haec, quam amplectitur sententia non modo fide sancta non est, at neque certa, sed *opinio* duntaxat *probabilior*.

Nec ita denique perdoctus, quem modo laudavi, *Effius* in 2. dist. 15. ubi haec, quae lubenter adoptamus, scripta reliquit „ 1. „ Nihil esse temeritatis, aut periculi „ in ea sententia, quae tradit primum hominem non fuisse creatum in gratia, dum „ tamen non negetur quin eam... saltem „ ante lapsum habuerit. Ratio est, quia „ haec sententia multis placuit viris doctis „ & gravibus.... neque est contra expressum aliquod testimonium Scripturae; neque Doctores qui in diversa sunt sententia, hanc tanquam errorem aut temeratiam rejiciunt, sed potius ab ea tanquam probabiliter ab aliis adserta cum modestia recedunt. „

Concludit denique continenter „ Denique contra eam nulla exstat Ecclesiae definitio. Nam quod C. Trident sess. 5. can. 1... definit, primum hominem per peccatum amisisse sanctitatem & justitiam, in qua constitutus fuerat, non per hoc definire voluit eum in sanctitate & justitia creatum fuisse. Siquidem aliud est creatum esse in sanctitate & justitia, aliud in ea constitutum esse. Constitui enim in ea potuit post „ creationem. Nam & in paradiso constitutus, id est positus fuit primus homo „ Gen. 2. non tamen in eo creatus. Unde „ satis liquet, Patres Conc. Trident. dum „ ita circumspecte loquuti sunt, ut constitutum dicerent, non creatum, aut conditum, studio voluisse abstinere a definienda quaestione inter catholicos disputata, an homo fuerit creatus in gratia. „ Si qui autem in canone pro *constitutus* legunt *creatus*, ii vel parum considerate verba canonis inspexerunt, vel usi sunt vitioso exemplari. „ Haec ille, & peregregie quidem.

Sed en tibi *Fulgent Bellellum* sententiae singulari Gazzanigae suppetias ferentem in diss. de mente Augustini de statu creaturae rationalis ante peccatum l. 1. c. 1. sub fin. ubi pro eadem sententia sic effatur. „ Scimus nos Augustinum nostrum, quem reliqui post ipsum Doctores amplecti, praecipueque Scholastici religioni & pietati sibi ducere debuissent, in contraria omnino, eaque adhuc ante esse sententia „ quod nempe fide sanctum sit & Angelos & primum hominem cum gratia sanctificante fuisse conditos.

Et mentem quidem Augustini ex eo potissimum elicit S. Doctoris effato ad l. 1. de lib. arb. c. 11. sub fin. „ Quanquam credamus hominem tam perfecte conditum a „ Deo & in beata vita constitutum, ut ad „ aerumnas mortalis vitae ipse inde propria „ voluntate delapsus sit, tamen hoc quum „ firmissima fide teneam, intelligentia nondum adsequutus sum. „

Ceterum iis Bellellus immerito carpit S. Thomam, Aegidium Augustinensem, Bertium, aliosque Augustini discipulos, immo & ceteros quosque de Schola Theologos ab ea, quam Augustino tribuit, sententia desciscentes; quippe qui vel eam non animadverterint desides, vel non intellexerint, vel potius studiose repudiarint. Quasi vero haec Augustini positio, seorsim a certa Ecclesiae definitione, regula sit infallibilis fidei, cui non nisi spreta religione possit quispiam dissentiri. Et vero S. Doctoris sententiae tametsi magno in pretio habendae, canonicae tamen non sunt.

Quid? quod & Augustinum alias in oppo-

gratiae & peccati expertem (*a*). Quia enim nec comparate ad Deum, nec comparate ad hominem ſtatus hic repugnare deprehenditur. Nimirum non comparate ad Deum. Quoniam elevatio creaturae rationalis ad finem ſupernum eſt donum omnino gratuitum, creaturae indebitum: potuit ergo Deus naturam condere abſque illo dono. Heic non obſcure facit proſcriptio theſium, quae *Bajanae* dicuntur, videlicet 21. 23. 24. 27. 53. 78. 79. Deinde non adparet undenam ſummam Dei bonitatem, juſtitiam, omnipotentiam, aut aequitatem dedeceat naturam humanam condere ac ordinare in finem naturalem ei omnimodis conſentaneum, quin eam adficiat gratis ordinatione valde inſigniore, quae ſupra illam eſt. Heinc apud *Aug.* (*b*) immortalitas, aliaque dona Adamo collata ex gratia fuerunt, & ſine illis Adamum condere potuit. Unde & *Angelicus* incunctanter adſerebat rurſum (*c*) *poſſibile fuit Deo ut hominem faceret in puris naturalibus*.

214 Nec inſuper comparate ad hominem. Quippe elevatio in finem ſupernum nequit eſſe naturae debita abſque jure ad eam proportionato; at in natura nec praecedit jus phyſicum exigentiae ad illam, alias peraeque debita eſſet ei gratia cum jure ad gloriam, ac potentia progrediendi e. c; nec praeterea jus morale meriti, quum praedicta elevatio quodcumque meritum praecedat: ergo prorſus indebita eſt. Haec quidem certa apud DD. catholicos adverſum ſcholas Baii & Janſenii. Quid autem repugnantiae ſit in natura eo privari dono, quod nec exigit, nec ullo jure debetur ſibi, plane non video contra Doctores noſtros (*d*).

215 III. Tum poſſibilis hic ſtatus eſt quatenus potuit Deus hominem condere in natura pura non integra. Quoniam naturae inte-

poſita fuiſſe ſententia, ſibi nuſpiam revocata, perſpicue videtur erui ex ejus l. 2. de Gen. contra Manich. c. 8 ubi in primo homine priorem fuiſſe vult creationem naturae animalis, poſteriorem vero adceptionem gratiae ſpiritalis. Ut mittam l. qq. novi & vet. teſtam. ex quo id ipſum depromebat cit. *Aegid*; quoniam ille apud Eruditos una cum *PP. Maurinis* t. 3. oper. S. Aug. in adpend. S.

(*a*) Conſentiunt plerique omnes veteres ac recentiorum pars maxima cum *Th.* in 2. ſent. diſt. 31. q. 1. a. 2 ad 3. *Scot.* in 2. ſent. diſt. 27. q. un. §. *Ad quaeſtionem.* item *Suar.* de grat. proleg. 4. c. 1. n. 16 *Bellarm.* de grat. primi hom. c. 7. *Rip.* de ente ſup. t. 3. d. 8. ſparſim, *Viennenſ.* in Gallia *Archiep.* in Bajaniſmo rediv. *Schola Sorbonica* ap. & cum *Haberto* de grat. ex PP. graecis l. 1. c. 6. §. 1. At refragatur poſt Bajum, & Janſenium, diverſis tamen ducta rationibus, *Schola* junior *Auguſtinenſis* cum ſuis *Lupo*, *Noriſio*, *Lafoſſe*, *Gavardo*, *Riccio* ap. & cum *Ful-*

Doctori ſuppoſitus eſt.

Recte demum interpretari poſſet Auguſtinus. Quod nempe *tò tamen hoc quum firmiſſima fide teneam* referatur non ad creationem hominis cum gratia, ſed ad ejus propria voluntate lapſum ab eo beatae vitae gradu, in quo conſtitutus eſt a Domino, ad aerumnas mortalis vitae. Conf. *Bertius* l. 10. c 7. prop. 2. & l. 12. c. 7. prop. 3.

gent. Bellello proxime cit. l. 3. ſub init. aliiſque ap. & fere cum *Bert.* in addit. ad l. 12. c. 3. ejuſdemque Berti epitomatore *Hieron. M. Buzio* t. 1. l. 12. diſſ. 3. adpend ad c. 2. p. m. 535 ſqq. quibus mihi ex animo adhaerere videtur, etſi rem diſſimulet, *Gazzanig.* de gr at. diſſ. 3. c. 1.

(*b*) Civ. l. 12. c. 9. & Confeſſ. lib. 9. c. 3. & alias.

(*c*) Quodl. 1. ar. 4.

(*d*) Recole dicta ad Tom. IV. p. 15. n. 16. & pag. 16. n. 22. & pag. 48. a n. 35.

gritas, qualem mox deſcripſimus ubi de ſtatu naturae integrae, eſt donum altioris ordinis naturae indebitum contra Bajanam theſim 27. *integritas primi hominis non fuit indebita naturae humanae exſaltatio, ſed naturalis ejus conditio*. Adcinunt vulgo noſtrates cum *Aug.* ajente (*e*) „ gratia Dei magna ibi erat, ubi animale corpus libidinem „ non habebat: qui ergo veſtitus gratia non habebat in nudo cor„ pore quod puderet, ſpoliatus gratia ſenſit quod operire deberet „ & cum *Th.* (*ee*) haec clarius differente „ poterat Deus a principio quod „ hominem condidit etiam alium hominem ex limo terrae forma„ re, quem in conditione ſuae naturae relinqueret, ut ſcilicet mor„ talis & paſſibilis eſſet, & pugnam concupiſcientiae ad rationem „ ſentiens: in quo nihil humanae naturae derogaretur, quia hoc ex „ naturae principiis conſequitur „

216 Inſuper in homine ſuapte natura ſenſationes rationis actus praecedunt; at ſenſationes nullo expectato voluntatis conſenſu, adpetitum in delectabilia naturaliter excitant: quod igitur adpetitus rationem praeveniat, nec ei reſiſtat, non eſt quid naturae debitum. Adcedit quod ſi ea integritas eſſet naturae congenita, etiam poſt peccatum perduraſſet & in homine, non ſecus ac in Angelo naturalia quaelibet, ſeu naturae angelicae debita perdurarunt integra etiam poſt lapſum, uti ex *Dionyſ.* teſtis eſt *Th.* (*f*). Jam vero ſi haec integritas ſit homini indebita, utpote ſupra ejus naturam, potuit homo ſine illa creari ab Authore naturae.

OBJECTIONES.

217 Obj. *primo* contra 11. Adſ. Ejuſmodi ſtatus repugnat comparate ad Deum. Nam 1.° tum Deus nullum poſſet homini peccatum lethale condonare; ea quippe condonatio eſt theologice ſupernaturalis. Hoc autem nimiam ſaperet ſeveritatem, Dei bonitati & aequitati adverſam. 2.° ſi hominem conderet Deus abſque ordine ad aeternam beatitatem, & illum citra omnem ipſius culpam privaret fine ultimo, quem ſuapte natura exigit, & aeternae addiceret miſeriae: at haec clementiam infinitam dedecent. 3.° Auguſtinus (*g*) contra Pelagium peccatum originis denegantem ſubinfert „ Deum injuſte denegaturum gloriam parvulis decedentibus ſine ba„ ptiſmo, ſi peccatum non contraxiſſent „ Putavit ergo S. Doctor, gloriam naturae humanae deberi hoc praeciſe quod labe infecta non ſit; atque adeo illam injuſte Deum negaturum homini penitus illibato.

218 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: tum condonaret Deus indulgentia aliqua naturali, quemadmodum & loquutione naturali ceu Author naturae leges illi ſtatui conſonas hominibus praeſcriberet (*h*). Ad 2: privaret Deus hominem ultimo fine ſuperno, non autem naturali,

(*e*) L. 5. contr. Julian. c. 16.

(*ee*) Proxime citando, ni fallor.

(*f*) In 2. diſt. 30. q. 1. & par. 1. q. 1. artic. 1. O.

(*g*) Serm. 14. de verb. Apoſt. c. 3.

(*h*) Quod & *ſupra* ſtatuimus, ubi de revelatione naturali Dei. Lege *Ripald.* de ente ſup. t. 2. l. 6. d. ult. ſ. 27. a n. 382.

rali, quem duntaxat ille ſuapte natura exigit, ipſumque addiceret miſeriae negativae, quae ſupernae beatitatis privationem importat, minime vere poſitivae culpiam. Quid autem clementiam Dei dedeceat relinquere naturam in ſtatu ſibi connaturali ac proportionato, a quo nullo jure teneatur Deus illam eruere? Ad 3. arguit Auguſt. pro certo habito quod Deus naturam humanam re ordinarit ad gloriam, eamque homini penitus illibato promiſerit: hoc enim pacto gloriam, tametſi naturae indebitam, non niſi propter peccatum negare Deus poſſet.

219 Obj. *ſecundo*. Repugnat etiam comparate ad hominem. Nam 1.° ſtatus a quo abſit omnis gratia ſuperna, adjunctam habet impotentiam exſercendi virtutes & obtinendi rectitudinem ac juſtitiam; quoniam teſte Auguſt. (*i*) nequit abſque gratia ſanctificante quidquam verae rectitudinis, virtutis & juſtitiae haberi: atqui ejuſmodi eſſet homini ſtatus naturae purae: ergo. 2.° qui in eo ſtatu diu viveret, cogeretur moraliter ad peccandum lethaliter; quia etiam num ſine gratia ſuperna ad idem cogimur (*ii*) at haec neceſſitas libertati naturae rationalis oppido repugnat.

220 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Ma.* impotentiam exſercendi virtutes ſupernas &c. *C.* naturales illi ſtatui conſonas, *N.* Immo tum liberum arbitrium peccato non ſauciatum expeditius elicere poſſet virtutes illas naturales, de quibus egimus in Tom. III. (*k*). Auguſtinus autem loquitur de juſtitia & virtutibus ſupernis ad ſalutem conferentibus, non de honeſtis naturalibus; ipſe ſiquidem alias ajebat (*l*), „ quaedam facta vel novimus vel audimus, quae ſecundum juſtitiae „ regulam non ſolum vituperare non poſſumus, verum & merito laudamus (*m*).„ Ad 2. *N. Ma.* Tunc enim haud deficeret naturae ſufficientia quaedam ſibi connaturalis & conſtituens facultatem moralem honeſte operandi; atque adeo & peccato ſemper reſiſtendi. Tridentinum vero nobis minime adverſatur; in eo quippe ſtatu a praeſenti naturae lapſae plurimum diſſimili, nec natura peccato ſaucia eſſet, nec ita ut nunc in malum prona, nec tot pericula occurrerent, nec ita vehementer urgeret concupiſcentia, eſto illum adficeret ſtatum (*n*).

221 Obj. *tertio* contra 111. Adſ. Status naturae purae abſque integritate vel ſubjectione carnis ad ſpiritum eſſet potiori jure cum peccato connexus, & per ſeſe peccatum inducens: nequit ergo Deus hominem in eo condere, ne jure dicatur author ejuſmodi ſtatus, atque adeo peccati ab eo ſtatu inducti. R. *N. A.* Quippe tunc etiam concederetur naturae peccato non corruptae ſufficientia conſtituens libertatem aut facultatem moralem peccato ubivis reſiſtendi. Neque

(*i*) L. 1. retr. c. 9.
(*ii*) Ex Trident. ſeſſ. 6. c. 22.
(*k*) Ubi de fecunda liberi arbitrii facultate ad actus naturales honeſtos eliciendos a p. 197.
(*l*) L. de ſpir. & lit. c. 27.
(*m*) Recole Tom. III. cit.
(*n*) Lege *Muniſ.* de grat. act. d. 1. a n. 5. *Viv.* in curſu theol. t. 3. par. 3. d. 5. q. 1. *Suar.* proxime cit.

vero tum ardens vigeret concupiſcentia, qualem natura lapſa pati conſuevit. Quid? quod conjectura haud improbabili nonnulli putant, non fuiſſe tum defutura ordinis mere naturalis auxilia, quibus homo, ſi vellet, concupiſcentiam in officio facile continere poſſet (o).

§. II.

Gratiae Auxiliantis exſiſtentia, notio, indoles.

222 QUAESTIO I. Quid de ejus exſiſtentia? ADSERO. Eſt fide certa. *Scripturae* commonſtrant cum *Pſ.* 26. 9. *Pſ.* 117. 13. *Joan.* 6. 44. & 12. 36. *Gal.* 2. 22. *Philip.* 1. 29. & 1. *Cor.* 4. 7. & 2. *Cor.* 3. 5 & 2. *Tim.* 2. 9. *Concilia* itidem (p). Tum *Patres* e quatuor primis Seculis (q) quibus addito e Seculo V. egregios divinae Gratiae auxiliatricis adſertores ac vindices (r). Ut plura mittam teſtimonia toto hoc Capite laudanda. Tantae quippe molis erat integra conſpirare Secula in commendationem ejuſmodi ſuperni doni, quod humanis cordibus coelitus immiſſum, ex ſacra pagina, conſtantique veterum Patrum traditione, *aeternae vitae ſemen* eſt.

223 Praeterea quantum ad CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS pro gratia auxiliante ſuffragantur Paganorum plerique, qui noviſſe feruntur, virtutem non minus quam alia dona nobis a diis auxiliantibus tribui. Sic enim *Crito* & *Euryphamus* Pythagorei (s) *Marc. Aurelius* Imp. (t) *Hierocles* (u) *Plato* (x) *Seneca* (y) *Homerus* (z) *Aeſchylus* (a) *Philemon* & *Menander* (b) *Euripides* (c). Plura in hanc concordiam nonnulli ex ſchola Proteſtantium Doctores, quos laudaſaepiſſime *Ambroſ.* in Pſ. 43. & l. de Joſepho c. 11.

(o) Conf. *Lemoſius* in panopl. t. 1. p. 2. tr. 1. c. 4.

Plura in alios ſtatus mox deſcriptos huc loci diſputant *Lemos*, *Suar.* alii, quos, ſi vacat, conſulere poſſis.

(p) Cum *Dioſpol.* can. 11. *Carthag.* vulgo II. in epiſt. ſynod. ad Innocent. P. I. *Milev.* can. 4. 9. alias, *Araufic.* II. cap. 14. & cann. 7. 8. 10. alias, *Trident.* ſeſſ. 6. c. 5. & cann. 1. 2. 3. alias.

(q) Cum *Iren.* l. 2. c. 17. & l. 4. c. 11. *Clem.* Al. ſtrom. l. 5. c. 13. alias, *Tertull.* adv. Hermog. c. 5. *Orig.* in philoc. c. 20. & de princip. l. 3. c. 1. *Cypr.* epiſt. ad Magnum & in orat. Dominic. *Euſeb.* in expoſitione priorum L. Pſalmorum ap. collectionem novam t. 1. p. 257. ſqq. & 720. *Athanaſ.* orat de idol. n. 30. & in vita S. Antonii nn. 5. 7 *Hilar.* in Pſ. 116. lit. 1. n 12. &c. *Cyril.* Hier. catech. 1. n. 3. ſq. *Ephraem* Syro in hymno de fide ap. Sim. Aſſeman. bibl. or. t. 1. p. 104. *Baſil.* in conſtit. monaſt. capp. 15. 17. & in Pſ. 33. n. 2. alias, *Nyſſeno* orat. catechet. capp. 21. 30. *Nazianz.* orat. 31. *Chryſoſt.* in epiſt. ad Rom. hom. 2. n. 3.

(r) Ut puta *Innoc.* I. epiſt. ad PP. Conc. Carthag. tumque Milevit. *Zoſim.* P. epiſt. ad univerſos orbis Epiſc. *Coeleſt.* P. epiſt. ad Epiſcopos Galliae c. 9. *Leo* P. I. epiſt. 86. *Hieron.* l. 2. contra Pelagian. *Aug.* l. de grat. Chr. c. 25. & 30. ac ſaepiſſime. *Proſp.* in reſponſis ad dubia Genuenſium & alias, *Fulgent.* l. de Incarnat. & grat. Chr. c. 20. ſaepius.

(s) Ap. *Stob.* in eccl. eth. & in ſent. ſerm. 1.

(t) L. 7. §. 53. & l. 8. §. 29. & l. 12. §. 11. & ſaepius.

(u) De fato & provid. & alias.

(x) L. 2. de rep. ſub fin.

(y) De vita beata c. 16. 20. & epiſt. 41. 52.

(z) Interprete ac vindice Plutarcho in Coriolano.

(a) In Perſ. v. 744.

(b) Ap. *Stobae.* in eccl. eth.

(c) Suppli. v. 596. ſqq.

davit *Walchius* (*d*). Conſuli in hanc rem poſſunt *Plato* (*e*) *Auguſt.* (*f*) *Frideric. Rappoldus* (*g*) *Huet.* (*h*).

224 QUAESTIO II. Quae ejus norio? ADSERO I. Eſt donum ſupernum tranſiens, animum elevans ad agendum ſupernaturaliter; videlicet ad credendum, ſperandum, amandum, vivendum prout oportet ad aeternam ſalutem obtinendam. Haec illa quidem proprie ac theologice adceptio gratiae, de qua *Joan.* 1. 17. dicitur *lex per Moſem data eſt, gratia & veritas per Jeſum Chriſtum*. Unde *Aug.* (*i*) ſcribebat „ illam gratiam, qua creati ſumus homines, etiamſi ita „ adpellandam non immerito intelligimus, mirum eſt tamen ſi ita „ adpellatam in ullis legitimis propheticis, evangelicis, apoſtolicif- „ que literis legimus. Hanc apoſtolica doctrina gratiam iſto nomine „ adpellat, qua ſalvamur & juſtificamur. „

225 II. In actibus mentis & voluntatis ſita eſt (*k*). Quippe non aliter nobis innoteſcit haec Gratia, quam per *Scripturas*, *CC. PP.* & *Traditiones*; at in iis nunquam fit ejus Gratiae mentio niſi ſub nomine actus vitalis, ſcilicet *cognitionis*, *inſpirationis*, *pine adfectionis* &c. quod conſtat ex *Trid.* (*l*) *Araus*. II. (*m*) *Cyril.* (*n*) *Aug.* (*o*) *Proſp.* vulgato (*p*) *Greg.* (*q*) *Hier.* (*r*) *Anſ.* (*s*) *Bern.* (*t*) adjunctis *Scripturis* paſſim, cum 2. *Tim.* 2. 9. & *Rom.* 8. 30. Nullam itaque jure admiſeris gratiam auxiliantem, quae ſit (ut ajebant Thomiſtae veteres) qualitas mortua.

226 III. Gratia quae vocatur illuſtratio ad triplicem mentis operationem ſpectat (*u*). Nullum quippe eſt ſupernae cognitionis genus, quae hominem juvare nequeat ad actum ſalutarem: nullum itaque eſt intellectionis genus, in quo rationem divinae illuſtrationis non reperias. IV. Gratia quae dicitur inſpiratio ſaepe ſita eſt *primum* in adfectu indeliberato & ſimplici voluntatis: *deinde* in adfectu deliberato inſtrinſece inefficaci: *demum* in adfectione deliberata intrinſece efficaci (*x*).

227 Conſtat prima Adſerti pars; quoniam PP. tribuunt gratiae inſpiranti delectationem, ſuavitatem, dulcedinem, qua movemur & quaſi trahimur ad Deum, quod plane proprie competit adfectioni ſimplici, indeliberatae & inefficaci. Adde quod pia adfectio indelibera-

(*d*) In miſcell. ſacr. l. 3. exſercit. 3. de Pelagianiſmo ante Pelagium §. 5.
(*e*) In Menone.
(*f*) Civ. l. 11. c. 25.
(*g*) Comment. in Horat. p. 809.
(*h*) In alnet. qq. l. 2. c. 10.
(*i*) Epiſt. olim 177.
(*k*) Communior haec vox apud TT. recentiores de ſchola cum *Ripalda* Jeſuita de ente ſup. l. 5. d. 102. ſqq. *Gazzan.* tr. de gr. par. 1. in prooem.
(*l*) Seſſ. 6. c. 5.
(*m*) Can. 7.
(*n*) L. 4. in Joan. c. 5.
(*o*) De praedeſt. SS. c. 2. & q. 2. ad Simplic. & l. de ſpir. & lit. c. 34. & alibi.
(*p*) De vocat. gent. c. 26.
(*q*) Mor. l. 16. c. 10.
(*r*) Dial. 3. contra Pelag.
(*s*) In 1. Cor. 15.
(*t*) Opuſc. de grat. & lib. arbi. & l. de inter. domo c. 68. admonition.
(*u*) Ap. cit. *Ripal.* d. 102. cum *Suar. Granad. Mun.* &c.
(*x*) *Rip.* cit. d. 103. a n. 7. cum *Bellarm. Valent. Mol. Suar.*

berata voluntatis ad gratiam auxiliantem pertinet. Conſtat ſecunda; quippe actus deliberati virtutum a gratia operante ſuborti, ſuperni ſunt, moventque non raro, nec parum juvant voluntatem ad ulteriores actus ſalutares: ergo veram rationem gratiae auxiliantis induunt (y). Heinc vero *Proſper* (z) docet, *fidem ad hoc donari, ut principium eſſe poſſit meritorum*. Conſtat tertia, quia nonnunquam actus liberi ſuperni ſunt efficax imperium relate ad actus ſubſequutos, e. c. actus caritatis inducens per modum imperii aliarum virtutum actus: ergo & illis eſt vera ratio gratiae auxiliantis. Et en tibi ſuavem & rationabilem praedeterminationem, quae quum tota ſit ex imperio ac determinatione voluntatis, nihilo ejus libertati officit.

OBJECTIONES.

228 Obj. contra 11. Adſ. Non omnis Gratia auxilians eſt actus vitalis animae. Nam 1.° ex Rom. 8. *quicumque ſpiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei*, ubi Aug. (a) *plus eſt agi quam regi*; ſed regi eſt moveri illuſtrationibus, & inſpirationibus vitalibus: ergo agi eſt aliter moveri, ſcilicet per qualitatem emortuam. 2.° Joan. 6. Gratia excitante trahimur per Patrem ad Chriſtum; ſed trahi indicat impulſum, ei qui trahitur, impreſſum, ante omnem ipſius concurſum, nam ex Aug. (b) *quis trahitur, ſi jam volebat?* 3.° ex Apoc. 3. *ecce ſto ad oſtium, & pulſo*, ideſt per gratiam excitantem; atqui pulſatio ſolum fit phyſice a pulſante; ad eum enim, qui pulſatur ſolum audire ſpectat, & reſpondere. 4.° ex CC. & PP. gratia praeveniens fit in nobis ſine nobis: unde Araus. II. (c) *multa in homine bona fiunt, quae non facit homo*, quod potiſſimum dictum eſt de gratia praeveniente; & (d) *confitemur, quod in omni opere bono nos non incipimus*; ſed enim actus intellectus & voluntatis, utpote quos vitaliter elicimus, non fiunt a nobis ſine nobis: immo ſi in ipſis conſiſteret gratia, ſalutis initium a nobis eſſet. Haec ferme Schola vetus Thomiſtica.

229 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Mi.* in ſenſu Auguſtini, qui ibi contra Pelagii dictum, ſolum comparat *agi* a Deo per auxilium ſupernum, cum *regi* a ſe ipſo per ſolas naturae vires. Ad 2. *N. Mi.* Ipſe *Aug.* dixerat (e) homines *trahi a Deo voluntate, amore, voluptate*; ita ſcilicet *ut volentes ex nolentibus fiant*, nempe per gratiae auxilium, quo ſuaviter trahuntur, ex illo Oſe. 11. *in funiculis Adam traham eos, in vinculis caritatis*. Ita Aug. adductus contra Pelag. dicentem, voluntatem credendi praehaberi ex ſuis viribus a natura ſine gratia praeveniente.

230 Ad 3. *D. Mi.* pulſatio externa, & pure phyſica, *C.* interna, & intentionalis, *N.* Hanc vitalem Dei pulſationem audire nos di-

(y) Idem *Rip* n. 29. cum *Mag Th. Alberto, Duran. Cajet. Suar. Ruiz.*
(z) L. 1. de vocat. gent. c. 23. ſq.
(a) De grat. contra Pelag. c. 3.
(b) L. 1. contra duas ep. Pelag. c. 19.
(c) Can. 20.
(d) Can. 25.
(e) Tr. 23. in Joan.

dicimur, vel quatenus illuminatio, aut inſpiratio, nobis a Deo immiſſa, & in nobis vitaliter recepta, eſt perceptio & auditio; vel quatenus libere conſentimus, & vocationi obedimus, quo cordis oſtium pulſanti Deo aperitur. Prima auditio eſt indiſtincta a Dei pulſatione; ſecunda vero diſtincta, ſcilicet conſenſus liber.

231 Ad 4. *D. Ma.* ſine nobis concurrentibus moraliter imputatione ac merito per actus deliberatos, *C.* ſine nobis concurrentibus pure phyſice per actus indeliberatos *N.* Hoc ſenſu loquitur Conc.; nam ibidem ſubjungit, Deus *nobis, nullis praecedentibus meritis, & fidem, & amorem ſui prius inſpirat*. Et plane ad iſtam inſpirationem nos phyſice concurrimus. Et *D.* reſp. *Mi.* Et *N. Con.* PP. ſolum volunt contra Semipelagianos initium ſalutis non eſſe a nobis, imputatione ac merito ſuperno agentibus (*f*).

232 QUAESTIO III. Quae ejus indoles? ADSERO 1. Ex ſe ſe illuſtrat divinitus mentem & voluntatem pulſat, praevenit, movet, adlicit, juvat, elevat ad eliciendum actus ſalutares; ſed ei tamen voluntas non unquam poteſt non reſiſtere. Conſtat dilucide haec veritas ex nuper dictis, & conſtabit manifeſtius, uberiuſque ex poſtmodum diſputandis. 11. Ejuſdem eſt indolis ac rationis intrinſecae atque eſſentialis in ſtatu hoc naturae lapſae, ac fuerit olim in ſtatu naturae integrae & innocentis. Ita raptim praeſtatuimus *ſupra* (*g*). Et *Patres* quidem ſuffragantur egregie (*h*) tum vulgo *Theologi* (*i*). Unus pro cunctis audiatur *Fulgentius* (*k*). *Non alia* (gratia) *ſtantem Angelum a ruina potuit cuſtodire, niſi ipſa quae lapſum hominem poſt ruinam potuit reparare. Una eſt gratia in utroque operata; in hoc ut ſurgeret, in illo ne caderet.* Quid clarius & ſplendidius?

233 Et ratio quidem potiſſima eſt. Quoniam gratiae auxilia eodem modo ſunt in utrolibet ſtatu neceſſaria ad elicendos actus ſupernos, non ſecus ac in alio ſtatu quolibet; quocirca & in Patria coelicolis diſpenſantur, & ipſi Chriſti Domini viatoris humanitati tributa ſunt: tum in utroque pariter ſtatu vel efficacia ſunt, vel ineſ-

(*f*) Plura alii objiciunt pro qualitate mortua phyſicae praemotionis Bannezianae, quae abunde ac nervoſe confutant *Rip.* cit. d. 104. ſ. 7. *Aran.* Schol. Scien. Med. l. 10. d. 51. a n. 95. & 100. *Mun.* heic d. 2. a n. 6. & 16. *Ovie.* heic tr. 7. cont. 1. pu. 4. *Suar.* de grat. t. 2. l. 3. c. 3. a n. 6. *Vaz.* in 1. 2. d. 185. c. 3. & 9.

(*g*) Ad Tom. III. p. 163. n. 230. Recole ibidem ſcripta & huc revoca.

(*h*) Ut puta *Aug.* de grat. & lib. arb. c. 35. civ. l. 11. c. 9. & l. 14. c. 13. & alias, *Greg.* M. hom. 14 in Ezech. *Anſelm.* de caſu diab. c. 1. *Tho.* 1. 2. q. 109. a. 2. O contra Calvin. in antid. ad Trid. ſeſſ. 6. c. 6. & inſt. l. 1. c. 5. ſect. 10. Bezam in l. contra Caſtellionem, Petr. Martyr. in loc. communi. ubi de lib. arb. Janſen. de grat. Chr. l. 2. c. 1. & l. 4. c. 4. & ſaepiſſime, Doctores plurimos Lovanienſes cum Gummaro Huygens in theſibus 2. 3. 4. 5. propugnatis an. 1683. 14. Jan. & ex junioribus Bertium cum Schola ſua Auguſtinenſi, Tournel. alios.

(*i*) Nimirum e. c. *Pighius* l. 5. de lib. arb. *Hurant.* de loc. th. l. 1. c. 55. ſq. *Salmantic.* in 1. 2. tr. 14. d. 6. dub. 1. §. 5. *Rip.* de ente ſup. d. 111. n. 61. *Eſt.* in 2. diſt. 41. §. 14. *Petav.* de lib. arb. l. 1. c. 50. & l. 2. c. 4. ac in tr. ſingulari de adjutorio ſine quo non, & adjutorio quo, *Dechamps* de haer. janſ. l. 3. d. 3. c. 25. *Aguirre* in theol. S. Anſ. d. 132. ſ. 2. &c

(*k*) Adverſ. Thraſym. l. 2. c. 3.

inefficacia seu nude sufficientia, atque ubilibet cum libero creatae libertatis consensu ac dissensu apta conjungi: non itaque differunt essentia sua; etto differant ex adcidenti, e. g. ex adjunctis ab adcidentali eorum statuum diversitate provenientibus; ut puta quatenus auxilia homini innocenti fuerunt praeservantia, quibus nempe in adcepta gratia perseveraret; ac lapso sanantia, seu medicinalia, quibus ab aegritudine peccato contracta sanetur &c. (*l*).

OBJECTIONES.

234 Obj. *primo* contra 11. Adst. Hoc pugnat aperte cum D. Aug. Nam hic 1.° (*m*) docet, gratiam Adae fuisse disparem nostrae, quia non habuit, uti nos aliam legem in membris suis. 2.° docet (*n*), quod Gratia in secundo Adam, idest data per Christum Redemtorem, est potentior quam gratia primi Adae, quoniam illa dat posse, & velle, idest efficax est, ista vero tantum posse, idest mere sufficiens est. 3.° docet (*o*) quod auxilium in natura innocente fuit *adjutorium, sine quo non*, idest indifferens, & relinquens arbitrio Adae perseverantiam in bono; at in natura lapsa est *adjutorium quo*, idest intrinsece efficax, quo nempe infirmitas voluntatis humanae a gratia agitur *indeclinabiliter*, & *insuperabiliter*, ita ut *invictissime*, & bonum faciat homo lapsus ejusmodi gratia adjutus, & in bono perseveret; dum ea gratia concessa est *fortissimo*, idest innocenti Adae, qua *permissus est facere quod vellet*. Discriminat ergo Aug. essentia utramque gratiam ex eo quod gratia innocentis fuerit intrinsece indifferens, & gratia hominis lapsi intrinsece efficax.

235 R. *N. Adst.* Aug. adductus non comparat gratiam in utroque statu, sed gratiam Sanctorum perseverantium cum gratia Adae non perseverantis; etenim (*p*) agnoscit in Angelis sanctis in statu innocentiea auxilium, *quo* perseverarunt, alias aeque cecidissent ac pravi; & similiter in Adam ad merita peccatum praecedentia, alioqui prius cecidisset. Ad 1. prob: disparitas illa adcidentalis est, quatenus respicit statuum disparitatem; quia enim ut idem actus temperantiae e. g. posset fieri urgente, & non urgente tentatione intemperantiae, ita sub eodem auxilio potest is actus fieri cum victoria intemperantiae, ac sine illa.

236 Ad 2: docet, gratiam in statu lapso esse potentiorem, non quoad efficaciam intrinsecam, quae repugnat, sed quoad virtutem intrinsecam intensionis gradualis, vel quoad majorem auxiliorum copiam, quae lapsis confertur per Christum Redemtorem; quatenus iis indigent lapsi ad concupiscentiam, effrenes passiones, vehementesque suggestiones vincendas; plura enim, ac intensiora auxilia plus adliciunt, ac roborant.

237 Ad 3: docet duntaxat, auxilium Adae concessum ad perseverandum in gratia fuisse mere sufficiens; uti & concessum Angelis, qui

(*l*) Pluribus rem nostram promovent Scriptores praelaudati, quos consule tis.
(*m*) L. de corrept. & grat. c. 11.
(*n*) Ibid.
(*o*) Ibid. c. 12.
(*p*) Sub libro eodem c. 9.

qui peccarunt; diſpenſatum vero lapſis, qui perſeverant, eſſe efficax, uti fuit in Angelis ſanctis, ſcilicet ab extrinſeco, ipſis cum merito conſentientibus. Tò *indeclinabiliter*, *inſuperabiliter*, *invictiſſime* retulit Aug. ad infallibilitatem, & certitudinem creati conſenſus per illud ſupernae vocationis adjutorium, ſub quo praeſcivit Deus conſenſum fore; alioqui dixeris (quod abſit) ad ſenſum Auguſtini voluntatem gratiae efficaci non poſſe reſiſtere (*q*).

238 Obj. *ſecundo*. Auxilia ſtatus innocentis, & lapſi differunt eſſentia ſua. Nam 1.° Angeli in ſtatu innocente, uti Adam, fuerunt donis inſtructiſſimi, & robuſtiſſimi, quibus facillime quodvis peccatum vitarent: quare ad perſeverantiam ſpeciali auxilio non indiguerunt, ex Mag. (*r*) ceteriſque Scholaſticis: at homo in ſtatu lapſo utpote magnopere debilis, aeger, ac ſepe moraliter impotens, eo indiget ad perſeverandum: ergo Angeli tum perſeverantes, tum deficientes, itemque Adam, ſolam habuerunt gratiam parvam, & indifferentem; homines vero lapſi ad quemcumque ſupernum foetum gratiam adcipiunt per ſe ſe victricem, magnam, & intrinſece efficacem, ab illa diverſam (*s*). 2°. Angeli in ſtatu innocente, tumque Adam ad bonos actus primum ſubſequentes ſolam habuerunt gratiam illuſtrationis, non vero gratiam inſpirationis; quia iſta non egerunt, uti nos egemus in ſtatu lapſo. Siquidem Aug. in tot controverſiis de gratia medicinali contra Pelagianos, ubi differit de gratia Angelis, & Adae conceſſa, nec ſemel adducit nomen ullum ex iis, quibus ſolitus eſt explicare gratiam inſpirationis, qualia ſunt *bona voluntas*, *ſuavitas*, *delectatio* &c. Ac inſuper ex ipſo Aug. gratia inſpirationis proxime delectans, & pelliciens hominem lapſum, huic neceſſaria eſt ad vincendos concupiſcentiae motus, a proſequutione boni avertentes: quod non militat pro ſtatu innocente. At haec tamen ſatis ſunt ut conſtituant diſcrimen eſſentiale auxiliorum in utroque ſtatu.

239 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *C. A.* Quia illae ſunt conditiones utriuſque ſtatus. At TT. negant Adae neceſſarium auxilium ſpeciale ad poſſe ſimpliciter, non vero ad poſſe efficaciter; itemque illud ſpeciale, quod nobis ad victoriam tentationum, & difficultatum occurrentium eſt neceſſarium. Et *N. Con.* Sicut illa ſtatuum diverſitas non infert diverſitatem ſpecificam in utriuſque ſtatus gratia habituali, ita nec in gratia actuali, quae ubique in ſubſtantia eadem eſt, & ſolum extrinſece diverſa penes conſenſum, aut diſſenſum, cui adjungitur ex liberi arbitrii determinatione. Cetera ergo adjuncta adcidentaliter eidem ſpecie gratiae ſuperveniunt.

240 Ad 2. *N. Adſ.* contra Tournel. (*t*) & alios. Non eſt, cur ex indeliberata illuſtratione mentis ſequatur neceſſario connaturaliter inſpi-

(*q*) Conf. *Rip.* cit. d. 111. ſ. 7. a n. 63. & t. 3. d. 7. ſ. 13. & 16. & *Aguir.* cit. d. 132. ſ. 7.

(*r*) In 1. diſ. 24. 25.

(*s*) Sic eam duplicem gratiam adpellant Juniores cum Tourn. & Berti.

(*t*) L. ſingul. de grat. par. dogmat q. 1. a. 3. concl. 4. & 5.

ratio, ſeu motio voluntatis in ſtatu lapſo, non autem in ſtatu innocente: quod ſi in iſto non ita eveniat, contra rerum naturam intra ordinem ſupernum, non eſt cur ita eveniat in illo. Quare eodem pacto, quo innocens eget ad actum ſupernum illuſtratione, & inſpiratione eget, naturaliter ſubſequuta, ſcilicet ratione principii, quod exigit ipſa actuum excellentia. Unde Aug. ubicumque adſerat, aut probet neceſſitatem gratiae illuſtrantis in homine innocente, eodem pacto probat tacite neceſſitatem inſpirantis, quin opus ſit ullum ex illis verbis explicare. Quid? quod Aug. (*u*) in eo ponit diſcrimen inter gratiam ſanantem naturae integrae, & medicinalem lapſae, quod haec ſit illa *major*, & *potentior*: adeoque ſupponit, utramque non niſi ſecundum majus, & minus diſtingui, & conſequenter ad voluntatem pertinere. Tandem in ſtatu lapſo confert gratia inſpirationis indifferenter, tum ad pugnam contra concupiſcentiam, tum ad operandum ſine pugna: unde hujus pugnae adceſſio non infert in illa diſtinctionem ſpecificam ab inſpiratione, quae ſubſiſtit in ſtatu innocente, licet in eo nulla ſit concupiſcientia, quemadmodum & ſubſiſtit in ipſo illuſtratio, tametſi nullus ſit error (*x*).

COROLLARIA.

241 I. Adſertum noſtro oppoſitum, licet ab haereticis alicui forſan deſcendere videatur, quatenus confert ad ſuum finem, ut nimirum in ſtatu lapſo omnem denegent gratiam ſufficientem, & ſolam admittant per ſe efficacem, & quidem neceſſitantem arbitrium; nihilo tamen ſecius catholice, & probabiliter defenditur, ſecundum ſe ſpectata, rejectaque duplici conſectaria haereticorum ſententia. Et ipſa quidem patronis gratiae ſuapte natura indifferentis haud parum favet, quatenus illius adſertores Auguſtinenſes cum *Berti* (*y*) *Tourn.* (*z*) aliiſque *RR.* rejiciunt acerrime pro ſtatu naturae integrae quodcumque auxilium per ſe ſe praedeterminans, quippe quod admittunt in ſtatu lapſo, ſolo titulo infirmitatis naturae: ſubindeque conſequenter amplectuntur pro ſtatu innocente Scientiam Mediam quoad ſubſtantiam, quoniam per iſtam praeintelligenda Deo ſunt futura ſtatus illius, a quo abeſt quodcumque decretum praedeterminans, in quo praevideantur (*a*).

242 II. Si palmare quodpiam adcidentale diſcrimen gratiae medicinalis in natura corrupta a gratia ſanitatis in natura innocente, ut Scholis hodiernis morem geramus, nobis figendum ſit; exinde illud repetendum ducimus, quod medicinalis contra ignorantiam & concupiſcientiam per peccatum originis inductam vividior ſit, uberior & gradibus robuſtior. Quippe ejuſmodi gratia indigere videtur na-

(*u*) L. de correp. & grat. c. 11.
(*x*) Conf. *Rip.* cit. *Suar.* cit. t. 2. l. 3. c. 9. & l. 5. c. 3. a n. 6. *Aran.* cit. l. 10. d. 50. a n. 78.
(*y*) T. 1. l. 4. c. 8. n. 4. & t. 2. l. 12. c. 8. n. 7.
(*z*) Proxime cit.
(*a*) Ita *Bert.* cit. l. 4. c. 10. n. 3.

natura adeo mente obcaecata, & concupiſcientia effrenis, & ſuggeſtionibus contra rectitudinem pugnantibus perculſa extrinſecus; non item natura innocens. Id ipſum vel explicate, vel virtute mox ſtatuebamus inter confutandum objectiones.

243 Nec aliud quidem intendiſſe mihi videtur *Auguſt.* ubi primo loco nobis objiciebatur (*b*). Eum audi & expende „ Quid ergo? Adam non habuit gratiam? Immo vero habuit magnam, ſed diſparem. Ille in bonis erat, quae de bonitate ſuae conditionis adceperat .. ſancti vero in hac vita, ad quos pertinet liberationis haec gratia, in malis ſunt, ex quibus clamant ad Deum, libera nos a malo .. ille non opus habebat illo adjutorio, quod implorant iſti quum dicunt, video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae .. quoniam in eis caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem. „ Haec ille de diſparitate utriuſque gratiae ab adcidentali utriuſque ſtatus diſparitate petita; atque adeo ſtatui utrique potiſſimum adcommodae.

§. III.

Gratiae auxiliantis Partitio & Diſtributio multiplex.

244 QUAESTIO I. Quid de partitione? ADSERO. Multiplex eſt. Partitur 1.° Gratia in *praevenientem*, *comitantem*, *ſubſequentem*. 1. praecedit omnes omnino actus ſalutares. 2. adjuvat, ſimulque cum libero arbitrio in actum influit. 3. ſupponit quidem aliam gratiam, vel aliquem actum liberum, ex gratia elicitum. Partitur 2.° in *excitantem*, & *adjuvantem*. 1. hominem non adtendentem, aut quaſi dormientem a ſomno excitat, mentem illuminando, aut cor tangendo. 2. infirmae voluntati praeſtat vires ad conatum requiſitum;

245 Partitur 3.° in *operantem*, & *cooperantem*. 1. eſt, qua ſolus Deus abſque libera hominis cooperatione in homine operatur, cujuſmodi eſt initium fidei, quo quis ad alios actus ad fidem ſubſequutos diſponitur. 2. eſt, quae cum libero arbitrio ſimul operatur. Partitur ſingularius 4.° ex *Aug.* (*c*) in *ſufficientem*, ſeu adjutorium *ſine quo non*, quae dat ſolum poſſe facere, & *efficacem*, ſeu adjutorium *quo*, quae dat tum poſſe, tum actu facere. Ex iis, ut vides, eadem identice gratia ſecundum diverſos reſpectus dici poteſt *excitans*, *praeveniens* &c. uti & aliis nominibus, praeſervans, reparans, locupletans, coronans &c. (*d*).

246 Porro prae ceteris hiſce partitionibus, quae ſit in gratiam *ſufficientem*, & *efficacem* ſollemnior eſt, ac momentis pluribus aperte comprobatur. Nam primum pro ſufficiente ſtant *Scripturae*, cum *Prov.* 1. 24. *Iſai.* 5. 3. & 65. 2. *Matth.* 11. 21. & 23. 37. *Act.* 7. 51. *Joan.* 1. 9. *Rom.* 2. 5. & 1. *Theſſal.* 5. 19. & 1. *Cor.* 12. 9. & 2.

(*b*) Ex l. de corrept. & grat. c. 11. & ſaepe alias.
(*c*) L. de correp. & grat. c. 11. & 12. (*d*) Lege *Rip.* d. 112. ſect. 6.

Cor. 6. 1. & 12. 9. *Apoc.* 3. 20. Item *CC.* cum *Valentin.* (*e*) *Senon.* (*f*) *Arauſ.* II. (*g*) *Colon.* (*h*) *Trid.* (*i*). Tum *PP.* cum *Leon. P. I.* (*k*) *Chryſ.* (*l*) *Ambr.* (*m*) *Hiero.* (*n*) *Aug.* (*o*) *Proſp.* (*p*) *Fulg.* (*q*): adjuncta proſcriptione Theſium I. ac II. Janſenii, perpluriumque Queſnelli.

247 Stant deinde pro efficaci *Scripturae* cum *Pſ.* 118. 32. *Prov.* 19. 21. & 21. 1. *Iſai.* 45. 13 *Ezech.* 36. 27. *Joan.* 6. 45. & 10. 28. *Phil.* 2. 13. *Rom.* 9. 15. & 1. *Cor.* 4. 7. & 15. 10. *Sap.* 11. 22. *Eſth.* 3. 9. *Iſai.* 14. 27. Tum *CC.* cum *Arauſ.* II. (*r*) *Trid.* (*s*) Necnon *PP.* cum *Athan.* (*t*) *Cyril. Alex.* (*u*) vulgato *Dion.* (*w*) *Baſil.* (*y*) *Damaſc.* (*z*) *Nazian.* (*a*) *Ambr.* (*b*) *Hier.* (*c*) *Aug.* (*d*) *Proſp.* (*ee*) *Fulgen.* (*ff*) *Iren.* (*gg*).

OBJECTIONES.

248 Obj. *primo*. Ex Pſ. 87. 14. & Pſ. 118. 147. oratio noſtra Deum praevenit: ergo non eſt gratia, praeveniens orationem. *Secundo*. Gratia praeveniens idem eſt ac excitans, & operans; uti comitans idem eſt ac adjuvans, & cooperans: ergo datae partitiones nullae ſunt. *Tertio*. Gratia ſubſequens non movet ratione ſui ad ulteriorem actum: ergo non participat propriam rationem gratiae auxiliantis.

249 R. ad *primum*: ibi ſolum denotatur adceleratio orationis, non quod haec praeceſſerit merito, aut cauſſalitate Dei gratiam. Ad *ſecundum D. A.* & explicantur diverſis terminis, & conceptibus relate ad diverſos reſpectus, *C.* ſecus, *N. A.* & *Con.* Ad *tertium*. *N. A.* Quia non dicitur ſubſequens reſpectu habito ad actum, ad quem movet, qui propterea ipſam gratiam ſubſequitur. Heinc *Aug.* ex quo praeadſertae partitiones a Th. ceteriſque TT. deſumtae ſunt (*hh*), *nolentem praevenit, ut velit; volentem ſubſequitur, ne fruſtra velit*, Eique conſonat *Fulgent.* (*ii*) *praevenit impium, ut fiat juſtus; ſubſequitur juſtum, ne fiat impius* (*kk*).

250 Obj. *quarto*. Gratia excitans, & adjuvans invicem diſtinguun-

(*e*) Cap. 2.
(*f*) Par. 1. decr. fidei. c. 15.
(*g*) Can. 25.
(*h*) P. 7. c. 32.
(*i*) Seſſ. 6. c. 5. & 11. & can. 4.
(*k*) Serm. 2. de Epiph.
(*l*) Hom. 5. in Joan.
(*m*) Serm. 8. in Pſ. 118.
(*n*) In Pſ. 140.
(*o*) L. de nat. & grat. c. 63. & ep. 54. ad Macedon. & l. de ſp. & lit. c. 4. & 33. & l. 1. ad Simpl. q. 2. & alibi.
(*p*) De vocat. gent. l. 2. c. 26.
(*q*) De Incarn. & grat. Chr. c. 17.
(*r*) Cap. 6.
(*s*) Seſſ. 6. c. 1. & 5. & can. 4.
(*t*) Sup. cap. 2. Epheſ.
(*u*) L. de ador. & cult.
(*x*) De divin. nomin. c. 5.
(*y*) Orat. ſacri Altaris.
(*z*) Ser. 1. de ſacr. Imagin.
(*a*) Orat. 31.
(*b*) L. 10. in Luc.
(*c*) L. 3. contra Pelag.
(*d*) L. de grat. & lib. arb. c. 16. & l. de ſp. & lit. c. 34. & l. 2. de pecc. mer. c. 17. & ſaepe alibi.
(*ee*) Ep. ad Rufin. & l. 2. de vocat. gent. c. 26.
(*ff*) L. 1. ad Monim. c. 8. & 14. & l. de Incarn. & grat. Chriſ. c. 8.
(*gg*) L. 4. contra Valentin. c. 76.
(*hh*) Enchir. c. 32.
(*ii*) L. de Incarn. & grat. Chr. c. 11.
(*kk*) Conf. *Suar.* cit. l. 3. a c. 20. ad 24. *Rip.* cit, *Val.* heic t. 2. d. 8. q. 3. pu. 3.

guuntur; uti pariter operans, & cooperans. Nam 1.° ex Trid. (*l*) homo disponitur ad justificationem per *excitantem*, atque *adjuvantem* gratiam; itemque (*m*) nequit homo agere *prout ad salutem oportet sine Spiritus S. inspiratione, atque adjutorio*. Ubi distinguit Conc. re utramque gratiam, & inspirationem ab adjutorio. Immo ex Actis ejusdem Conc. (*n*) *duo facit Deus, primo hominem excitat, suadendo, & invitando; deinde fortius auxilium dat, quo hominem convertit*. Eique consonat C. Colon. (*o*) *duplex est Gratia, una, qua Deus praevenit peccatorem, ut surgat; altera vero, qua peccator praevenienti Deo adsentiens, resurgit*. 2.° gratia excitans, & operans movent ad actum indeliberatum; adjuvans vero, & cooperans ad deliberatum: ergo re ipsa distinguuntur. 3.° saepe ejusmodi gratiae separantur, e. g. quum in ethnici conversione post auxilium excitans, & operans advenit adjuvans, & cooperans.

251 R. *N. Ads.* Gratiae istae solum connotant quasdam prioris, & posterioris habitudines, per quas illae differunt, & ratione quarum diversis nominibus explicantur; quaelibet enim gratia auxilians ex se est intrinsece indifferens, vel ut praecise excitet, vel ut cooperetur; vel ut sit efficax, vel ut sit inefficax: quare ejusmodi denominationes non nisi ab extrinseco cuicumque gratiae superveniunt.

252 Ad 1. prob: testimonia Trid. ejusque Actorum, necnon Colonensis solum probant extrinsecam quamdam auxiliorum differentiam quoad praedictas habitudines; sic enim eo pacto differunt, quo homo indutus veste candida differt ab homine induto veste nigra: eadem quippe gratia, quae excitat, & non cooperatur, e. g. poterat cooperari tantum, & non excitare. Quid? quod ex ipso Trid. (*p*) eadem omnino est gratia excitans, & cooperans; quum homines ad conversionem *eidem gratiae libere assentiendo, & cooperando disponantur*. Quin etiam *Aug.* saepe conversionem tribuit vocationi, quae plane gratia excitans est, simulque adjuvans.

253 Ad 2. *N. A.* adceptum in sensu thomistico. Priores actus indeliberati sunt ipsa prior gratia, a Deo infusa; haec autem, uti prior est, poterat secundum se esse posterior in salutis negotio: atque adeo perinde gratia, quae dicitur excitans, & operans, movere potest ad actus deliberatos, ac ea, quae dicitur adjuvans, & cooperans. Ad 3: id probat, quod tunc auxilia sunt numerice distincta, non autem quod re excitans, ac operans nequeat esse adjuvans, & cooperans; contra id ipsum quod in hac quaestione (in qua multa de voce) nos intendimus (*q*).

254 QUAESTIO II. Quid de distributione? ADSERO. Multiplex est. Quippe nulli usquam beatitudinis gloriae capaci denegat Deus op-

(*l*) Sess. 6. c. 5. 6.
(*m*) Ex can. 3.
(*n*) Ap. Lemos l. 4. tr. 7. c. 22.
(*o*) Tr. de poenit.
(*p*) Sess. 6. cap. 5.
(*q*) Adi sis *Suar.* cit. c. 23. *Rip.* cit. *Rhod.* hoic d. 1. q. 1. s. 2. §. 4. 5.

opportuna gratiae auxilia pro tempore & loco unicuique ſtatui proportionata (r). Quia alioqui deficeret a ſua providentia ſupernaturali, quum velit omnes ſalvos fieri. Nullus itaque hominum ſtatus ab ea diſtributione arcendus merito reputatur, nec pagani videlicet, nec catholici rei non obdurati, nec haeretici, nec hebraei, nec peccatores quipiam ſumma etiam excaecatione obdurati. Alioqui fas non eſſet ejuſmodi hominibus adimplere praecepta ſuperna, quibus adimplendis ſimpliciter requiritur gratiae auxilium, e. c. ad amandum & poenitendum ſupernaturaliter. Nec ſane vel eadem obdurationis ratio ex ſe ſe poſtulat omnimodam ſuperni auxilii ſubtractionem.

OBJECTIONES.

255 Obj. *primo*. Haereticis, & Paganis non diſpenſantur auxilia gratiae. Nam 1.° ex Act. 16. 6. Paullus & Timotheus *vetantur a Spiritu S. loqui verbum Dei in Aſia*; & ex Matt. 12. Tyrii, & Sidonii poenitentiam non egerunt, quia deſtituti ſunt virtutibus, aut auxiliis, quae Judaeis exhibita fuerunt. 2.° ex Aug. (s) ſalus noſtrae Religionis deſuit gentilibus ex ſola Dei voluntate: deinde (t) gratia auxilians eſt Chriſtianorum propria, & pertinens ad fidem: tum (u) nullum eſt inter infideles bonum opus ſupernum ad felicitatem perducens: ergo & nullum eſt auxilium, quod ſolum ad opera ſalutaria confertur: item (x) denegat Deus infidelibus auxilium ad credendum, & diligendum Deum, in poenam noxae originalis. 3.° fides eſt omnium gratiarum prima, ante quam, & ſine qua nullae aliae diſpenſantur; at infideles ſaltem, quibus Evangelium adnuntiatum non eſt, fidem non habent, ex Rom. 10. 14.: ergo nec ullam gratiam. 4.° ſi detur infideli gratia ſufficiens, qua ad fidem adduci poſſit, ſi illa bene uti voluerit, nulla ei erit ignorantia invincibilis, qua poſſit a culpa excuſari: immo illa fidei ignorantia, conſequuta ex peccatis, quae poſt diſſenſum ad gratiam ſufficientem ipſe commiſit, erit ei voluntaria; qui enim vult cauſſam, cenſetur & effectum velle: ergo nec ipſe, nec ullus alter erit infidelis negative, ut ajunt, ſed poſitive, quatenus nempe omnes reſpuunt auxilium, eis datum ad fidem de Deo, qua Author & Remunerator ſupernus eſt, ſaltem in prima rationis aurora, contra id, quod cum D. Th. (y) vulgo docent TT.

256 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: quod illae gratiae fuerint denegatae Aſiaticis, Tyriis, & Sidoniis, non evincit, quod ipſis plures aliae, ſaltem inefficaces elargitae non fuerint. Ad 2: *Aug.* ſtat pro nobis (z) ipſique conſonant *PP.* (a). Et vero Aug. in primo textu ad-

(r) *Amic.* t. 3. de grat. d. 28. a n. 72. cum *Alen. Bonav. Suar. Veg. Mol.* &c.

(s) L. de praedeſt. SS. l. 10.

(t) L. de grat. & lib. arbi. c. 13.

(u) L. 4 contra Julian. c. 3 & alibi.

(x) L. de correp. & grat. c. 11.

(y) P. 2. 2. q. 10. a. 2.

(z) L. 1. de grat. Chriſ. c. 24. ubi Aſſuero Gentili gratiam concedit, ſicuti Gentili Polemoni epiſ. 130.

(a) Ut puta *Proſp.* l. 2. de vocat. g. c. 4. & alibi. *Oroſ.* in apolog. de libert. ante med. *Fulgent.* de Incarn. & grat. c. 17. & 27. *Hieron.* in epiſt. ad Gal. c. 1. *Nyſſen.* orat. cat ech. c. 30.

adducto differit de auxiliis efficacibus ad fidem, non de sufficientibus ad salutem, cum quibus componi possunt auxilia efficacia ad plures virtutum moralium actus. In 2.° loquitur de gratia, qua fidei rebus adsentimur, quum enim gratiam Dei propriam Christianorum vocat, disputat cum Pelagianis de actu credendi per fidem. In 3.° sentit, quod communiter etiam honesta gentilium opera per aliquod adjunctum vitientur: unde ad supernaturalitatem non adcedunt. Heinc vero non concluditur, non donari gentiles multis auxiliis sufficientibus ad actus, quibus disponantur ad fidem perfectam. In 4.° loquitur de auxilio conferente potestatem proximam ad fidem perfectam, quod Deus aliquibus juste denegat in poenam praecedentis aut saltem originalis peccati, non de conferente potestatem remotam; hoc siquidem universe admisso, manifeste concipitur, quod Verbum sit *lux vera, quae illuminat omnem hominem*.

257 Ad 3. *D. Ma.* fides inchoata, initialis, disponens per suos gradus ad fidem perfectam, *C*; ejusmodi est propriae infirmitatis conscientia, desiderium liberatoris, aut aeterni gaudii, pia adfectio credendi &c. quas *Aug.* vocat inchoationes fidei; haec autem simpliciter est prima gratia, prima fides, donum Dei, directe, & proxime conducens ad salutem, idest ad fidem perfectam, justificationem, & gloriam: fides perfecta, & explicata, qualis requiritur proxime ad justificationem, & gloriam, *N*; haec sub isto sensu dicitur a *Trid.* (*b*) salutis initium, fundamentum, & radix justificationis; quippe sine qua impossibile est placere Deo, ex *Hebr.* 11. 6. possunt ergo fidem istam praecedere opera superna, quae auxilium efficax praerequirunt: & constat quidem praecessisse in Cornelio, ex *Act.* 10; sic etiam in sua infidelitate placuerunt Deo Obstetrices Aegyptiae, Rahab, Cyrus, Darius, Assuerus, ex Scripturis: heinc definitum est contra prop. Quesnellianam XXVII. *quod fides non est prima gratia*. Et *D. Mi.* plerumque non habent fidem perfectam, aut auxilium proximum ad ipsam habendam, *C*; id enim ex communi providentia praedicantis ministerio illigatum est; at vero ex Jobi, qui Israëlita non fuit, exemplo, infert *Aug.* (*c*) multos alios e barbaris gentibus ad fidem perfectam deveniisse per proximam Dei illustrationem, aut revelationem: non habent fidem inchoatam, aut auxilium sufficiens ad illam habendam, *N*.

258 Ad 4: ignorantia illa etiam in poenam dissensus habita, invincibilis est, ac excusabilis, quoniam dissentiens nec cognoscit, nec moraliter cognoscere potest, se illa laborare ob dissensum. Nec ipsa ignorantia voluntaria est; qui enim vult causam, solum convincitur velle effectum, si effectus necessario sequatur ex causa, & hanc consequentiam ipse cognoscat. Praemisso tandem cum *D. Th.* quod omnes homines in primo rationis usu, ut adimpleant praeceptum suae conversionis ad Deum, habeant auxilium ad id sufficiens, etsi istud

(*b*) Sess. 6. c. 8. (*c*) Civ. l. 18. c. 47.

iſtud reſpuant, non ſunt exinde poſitive infideles, tum quia ejuſmodi auxilium non eſt proximum, ſed remotum ad credendum Deum tanquam Authorem, finemque ſupernum; tum quia auxilium non proponit explicate veritates credendas, & qua revelatae ſunt a Deo; tum quia ejuſmodi auxilium ſecundum praeſentem providentiam, ſolum dictat, & movet ad credendas primas veritates conditionate, ſeu dependenter ab externa illarum propoſitione. Et vero repugnat poſitiva infidelitas ubi non reſiſtitur Deo teſtificanti, quatenus nihil qua tale propoſitum eſt. Ii quidem Pagani continentur in voluntate Dei antecedente ſecundaria ſalvandi omnes (*d*), quia enim ejuſmodi auxilium, licet ſit medium remotum ad perfectam fidem, & juſtificationem, eſt tamen remedium proximum ad inchoatam, & initialem ſalutem, ſcilicet ad actum ſupernum, qui intrinſece ad ſalutem confert (*e*).

259 Obj. *ſecundo*. Obdurati, & excaecati omni penitus privantur gratiae ſufficientis auxilio. Nam 1.° ex Eccle. 7. 14 Prov. 8. 13. Joſ. 11. 20. Rom. 9. 18 Joan. 12. 39. &c. impoſſibilis eſt obduratorum fides, poenitentia, & ſalus. 2.° idem diſertis verbis adierunt PP. (*f*) 3.° obdurati privantur omnino Angelorum cuſtodia (*g*). Et patet exemplis Conſtantini Copronymi, Udonis Archiepiſcopi Magdeburgenſis, Juliani Apoſtatae, Lutheri, Calvini, quibus in hora mortis omnino defuit Angelorum tutela; quippe qua ſua obdurationе ſeſe indignos praebuerunt: ergo pariter &c 4.° ad ſtatum obdurationis non ſufficit ſubtractio auxiliorum efficacium; haec enim multis reprobis non obduratis inſſigitur: ergo etiam ſubtractio ſufficientium neceſſaria eſt. 5.° confirmati in bono ſunt ſimpliciter impotentes peccare: ergo obdurati in malo ſunt ſimpliciter impotentes operari ſalutariter.

260 Tum 6.° obduratis imputantur ſcelera, quae committunt, tametſi eis nulla praefulgeat ſufficientis auxilii illuſtratio: tum quia ipſorum culpa eſt, quod in poenam praeteritorum ſcelerum ea priventur gratia ſibi neceſſaria, illaque laborent actualis peccati incogitantia, ſeu ignorantia, quae propterea voluntaria eſt, adeoque impotentia eorum conſequens eſt, & libera, non antecedens, & neceſſaria: tum quia poſſunt obdurati phyſice non peccare, uti damnati in inferno, ſcilicet conando virtute, ac libertate, qua gaudent, naturali, non poſitionem actus, vel ſimplicem actus ſuſpenſionem: ergo nihil obſtat quominus tam horribili ſtatui omnis gratia ſufficiens denegetur.

R: N.

(*d*) De hac voluntate Dei *ſupra* ad Tom. II. p. 340.

(*e*) Conf. *Suar.* cit. de grat. l. 4. c. 11. *Rip.* t. 1. d. 20. ſ. 17 & 22. *Aguir.* cit. d. 127. ſ. 4. & d. 128. ſ. 1. *Journ.* cit. q. 8. §. 3. *Graveſ.* ep. 10. circa med.

(*f*) Ut puta *Iſidor.* l. 2. de ſummo bono c. 15. *Aug.* de nat. & grat. c. 67. *Ambr.* in epiſt. ad Rom. c. 11. &c.

(*g*) Ita *Origen.* in Hierem. 51. 9. & *Baſil.* in Pſ. 33. 8.

261 R. N. *Adſ.* (*h*) Ad 1. prob: illi textus non denotant impoſſibilitatem abſolutam, ſed conditionatam, perſiſtente ſcilicet in obduratis animo perſeverandi in malo; vel etiam propter ſummam difficultatem moralem parendi divinis auxiliis in eo ſtatu. Quod autem ſint illa obduratis abſolute poſſibilia eruitur ex *Ezech.* 18. *Eccleſ.* 33. *Iſai.* 1. 18. *Rom.* 2. 4. Ad 2: etiam PP. praelaudati loquuti ſunt de ſola impotentia conditionata, ſeu morali. In quocumque enim ſtatu eſſe abſolute viatoribus poenitentiae locum diſerte ferunt tum *CC.* nimirum *Lateran.* IV. (*i*) & *Trid.* (*k*); tum *PP.* nimirum *Aug.* (*l*) *Proſp.* (*m*) *Fulgen.* (*n*) *Paullin.* (*o*) *D. Th.* (*p*) &c. quibus *TT.* communiſſime adhaerent cum *Bann. Ledeſma, Alvar.* &c. (*q*) ut nempe conſulant tum divinae Clementiae, tum creatae libertati.

262 Ad 3. *N. A.* cum *D. Th.* (*r*) Illis etiam obduratis praeſto fuit, opinor, in hora mortis auxilium ſufficiens, a tutelaribus Angelis immiſſum, uti praeſto fuit Pharaoni, Nabucodonoſori, Manaſeo, Judae, Chriſticidis; & cui videlicet poterant illi obtemperare, uti ſimili auxilio obtemperarunt haud diſſimiles obdurati, nimirum Saulus, Abaelardus haereſiarcha, Francus a Sena, aliique (*s*). Ad 4: ſtatus obdurationis importat ordinariam ſubtractionem auxiliorum efficacium, collationem ſufficientium, & moralem iis conſentiendi impotentiam, ortam ex conſuetudine omnibus diſſentiendi. Haec autem adjuncta non comprehendit ſtatus reprobi non obdurati, qui propterea ſaepe auxilio efficaci potitur. Ad 5. *N. A.* Illi tantum ſunt moraliter, & conſequenter impotentes peccare (*t*), uti & obdurati ſunt impotentes non peccare, etiam auxiliis ſufficientibus inſtructi. Quid? quod de ratione viatoris non eſt, ut poſſit viam cadendo declinare, ſed ut poſſit in via greſſus in terminum promoventes efficere.

263 Ad 6. *N. Adſ.* de peccatis, quae praerequirunt libertatem proximam, conſtitutam per auxilium ſufficiens, uti eſſet violatio praecepti de elicienda ſuperna poenitentia. Ad primam prob. adj: obduratus, & quilibet alter meretur ob quodvis peccatum grave auxiliorum omnium ſubtractionem; at conſtat, poenam iſtam ex generali Dei lege minime fuiſſe inflictam. Nec exinde voluntaria, & proxime libera, & in ſe dici poſſet intenta ſubtractio in obdurati actionibus, quae propterea criminoſae ſint, ac obdurato in ſe ipſis imputentur: alioqui ſi quis ob peccatum incidat in amentiam,

(*h*) Contra Janſen. l. 3. de grat. Chr. c. 13. & Graveſonium epiſtolar. t. 3. epiſt. 10. cum Majore, Cather. Abul. &c.

(*i*) Cap. *Firmiter.*

(*k*) Seſſ. 14. de ſacr. poenit.

(*l*) In Pſ. 6. & l. 2. de ſerm. Dom. c. 15. & in Pſ. 102. 8.

(*m*) Object. vincent. reſp. 25.

(*n*) Ep. 7. ad Venant. c. 8.

(*o*) Ep. 1. ad Aprum, alias 27.

(*p*) In 1. diſ. 48. q. 1. a. 3. ad 2. & 3. p. q. 86. a. 1.

(*q*) Ap. & cum *Tourn.* mox citando.

(*r*) P. 1. q. 113. a. 6.

(*s*) Conferenda quae de pravis Angelis & ſanctorum cuſtodia *ſupra* diximus ad Tom. III. p. 100. & 117.

(*t*) Ex adſerendis ubi de gratia ſanctificante.

in ſomnum turpem, in privationem libertatis, peccabit per pravas actiones in cunctis hiſce ſtatibus; quippe qui voluntarii ſibi eſſent, eo quod in eos per peccatum voluntarium inciderit. Immo motus primi concupiſcentiae, ſuborti in poenam peccati Adae, quod nobis aliquomodo imputatur, eſſent nobis voluntarii, & vera peccata. Quae omnia abſurda ſunt, & Janſeniſmum redolent, quidquid contra contendat Graveſon (*u*). Quid? quod apud omnes definitio voluntarii eſt, *quod eſt intrinſecus cum cognitione*. Ad ſecundam prob: non ita ſe gerit Deus cum obduratis, utpote viatoribus, ac cum damnatis. Deinde viatoris libertas exigit poſſe flecti ad extrema contraria. Demum quidquid ſit de aliis eventibus, dum tamen urget praeceptum, nequit obduratus illud libere infringere, quin liber ſit per auxilium praevium ad ipſum ſalutariter implendum (*x*).

264 Inſiſtis 1.° ſi obdurato non imputaretur peccatum ob defectum auxilii, fieret, quod gratia eſſet neceſſaria ad peccandum, & ad imputandum peccatum: unde conſultius eſſet homini non habere, quam habere gratiam; illa enim praeſente peccat, & punitur, non ita tamen illa abſente. 2.° obdurati non ſentiunt, nec in ſe experiuntur mentis illuſtrationem, & cordis adfectionem, in quibus gratia ſita eſt; obſtat enim illi experientiae mentis excaecatio, & cordis ab effrenibus paſſionibus perturbatio: ergo vel illam non habent gratiam, vel ſi habeant, fruſtra omnino habent.

265 R. Ad 1. *D. A.* quod gratia eſſet neceſſaria ad peccandum, tanquam cauſſa influens ad peccatum *N.*; quia ad peccandum ſolus homo ſibi ſufficit; ac plane in ſtatu purae naturae peccare poſſet homo abſque ulla gratia: tanquam cauſſa conſtituens libertatem ad extremum peccato oppoſitum, ſcilicet ad ſalutarem ſuperni praecepti adimpletionem, in cujus poſitiva carentia conſiſtit peccatum, *C.* Sed hoc tamen pacto multo plus expedit homini ditari gratia, quam ea privari; uti plus expedit donari libero arbitrio, quo poteſt peccare, quam illo privari, ſine quo peccare nequit. Ad 2. *N. A.* & prob. Ex *Rom.* 2. ℣. 14. & 15. nemo eſt tam perditus, quem malefacti conſcientia non remordeat interdum, ac exſtimulet, etſi ut plurimum eum remorſum non animadvertat, nec a Deo eſſe percipiat.

§. IV.

Gratia Efficax.

PRAENOTA.

266 Mirabile ſane Myſterium; *profunda, & nimis abdita quaeſtio* de Gratia efficaci, ut loquitur *Aug.* (*y*), adeo ut in ejus definitione idem ferme haereat (*z*). Quid enim mirabilius, quam conſiſtere conſenſum liberum cum gratia efficaci, ſeu infallibiliter connexa cum

(*u*) Proxime adlegatus.

(*x*) Conſule ſis *Suar.* proxime cit. *Rip.* cit. ſect. 4. *Aguir.* cit. t. 3. diſp. 125. *Tournel.* cit. quaeſt. 8. art. 4.

(*y*) L. de ſpirit. & lit. c. 7.

(*z*) L. de pecc. merit. c. 18.

cum eodem conſenſu, uti credimus fide certum ? Idcirco Quaeſtio haec prae ceteris totius Theologiae toto orbe literario agitatiſſima eſt, tum celeberrimis illis controverſiis de auxiliis (a) tum poſtea duobus ferme procedentibus ſeculis ; tum etiam hac noſtra tempeſtate. Ut myſterium DD. Catholici adtingerent, in varias abierunt ſententias.

267 Nimirum e. c. Dominicani plerique veteres cum Albelda, Araüjo, Caramuele , aliis (b) ſiſtebant efficaciam gratiae in praedeterminatione morali reddente infallibilem conſenſum, orta ſcilicet ex coaptatione divinae omnipotentiae ad indolem & genium hominis, qui vocatur & movetur. At vero ea praemotio non eſt connexa phyſice cum conſenſu, & poteſt diſſenſu repudiari; atque adeo nequit ab ipſa repeti infallibilitas conſenſus.

268 Deinde Auguſtinenſes veteres, nec pauci quidem e DD. Sorbonicis (c) efficacem gratiam dicebant delectationem abſolute victricem, hoc eſt ex vi propria , a decreto abſoluto praedeterminante ſuborta, Sed haec tamen adfectio eadem eſt cum praemotione Banneziana mox explodenda.

269 Scotiſtica vero Schola efficaciam gratiae a decreto ſuo condeterminante (d) repetit. Ceterum, ut alia praeteream, ejuſmodi decretum inevitabile & inadquiribile a voluntate hominis quum ſit, utpote ſoli Deo liberum & ex ſe, nullo alias reſpectu habito ad conſenſum, cum iſto connexum, difficile cum libertate conſentientis conciliari poſſe videtur. Quo circa (e) *Cavellus* & *Faber* ejuſdem ſcholae magna nomina, ne decretum ſuum libertati humanae inſidietur, ſcientiam mediam ſuo inſeruerunt ſyſtemati.

270 Recentius Thomaſſinus (f) docuit efficaciam gratiae eſſe intrinſecam, & ſitam in multitudine, varietate, conſonantia, conſpiratione auxiliorum, quorum ſingula diviſim repudiari poſſunt, non vero cuncta ſimul, quo quidem pacto dependenter unice ab Omnipotentia & abſoluta ſcientia Dei inducunt infallibiliter, ineluctabiliter & inſuperabiliter voluntatem ad conſenſum. Adderem ego, ad conſenſum neceſſarium, non liberum. Quis hoc non videat ? Tum inde nullum ſingulare auxilium eſſet efficax, quod incredibile videtur ex repentina plurium converſione.

271 Tournelyus inſuper (g) tribuit gratiae efficaciam intrinſecam, ſitam plerumque in delectatione quadam ex ſe & abſolute victrice; proveniente utique ex ſpeciali aptatione ſeu congruitate, convenientia & contemperatione auxilii cum voluntate hominis vocati. Eam-

(a) Eas ſupra praenarravimus Tom. I. a p. 33.

(b) Ap. *Philip. Aranda* in ſchola ſcientiae mediae l. 3. n. 14.

(c) Auctore *Tournel.* de grat. c. 17. & alias.

(d) De hoc ac de Authoribus ipſum propugnantibus *ſupra* ad Tom. II. p. 249.

que

(e) Si qua fides *Platelio* c. 6. §. 5. de efficac. grat.

(f) In tom. 3. dogmat. theol. tr. 4. c. 18.

(g) In tr. ſingulari de grat. parte dogmatica q. 5. art. 3. §. 6.

que congruitatem repetit ex divina Omnipotentia & ex ipsa ratione ac virtute auxilii. Verum congruitas illa & contemperatio gratiae, quae dependet necessario ab extrinsecis adjunctis, & ab indole recipientis auxilium, porro extrinseca gratiae est, nec ipsam cum consensu intrinsece ac necessario connectit.

272 Tum Edmundus Simmonetus S. I. (*h*) ponit intrinsecam gratiae efficaciam in cumulo auxiliorum cogente moraliter voluntatem ad consensum, praevisum per scientiam mediam, ac praecise dependentem ab auxilio ex eo cumulo auxiliorum omnium selecto. Ceterum hoc auxilium selectum est ipsa gratia efficax; gratia vero non dependet a se ipsa quoad efficaciam, immo potius a consensu, qui adseritur praevisus a scientia media: ergo efficacia est auxilio prorsus extrinseca.

273 Praeterea Paullus Gabriel Antoine S. I. (*i*) fert gratiam esse efficacem ex se se, virtute propria, non absolute quidem, sed relate ad scientiam mediam, decretumque divinum illam conferendi; siquidem prout iis substans, & non aliter est gratia congrua vel efficax. Enim vero *gratia per se efficax* in schola scientiae mediae inaudita est. Quid? quod gratia sic, & non aliter, substans scientiae ac decreto sit efficax, invicte probat, quod non sit efficax ex se se ac virtute propria, sed adcidentaliter & extrinsece; nimirum ex scientia & decreto: sic enim Paullus non aliter albus quam ut substans albedini, ex ista adcidentaliter & non ex se, aut intrinsece albus est.

374 His jam vero systematis brevitatis studio leviter praelibatis, rejectisque, ad ea, quae nunc temporis celebriora sunt, aliquanto fusius expendenda progredimur.

275 QUAESTIO I. Quid de systemate I. nunc vigente? ADSERO. Est Scholae Thomisticae, auctore olim *Domin. Bannezio* (*k*). Ac docet, efficaciam esse prorsus intrinsecam auxilio, quatenus hoc praemovet, ac praedeterminat physice inevitabiliter voluntatem ad consensum, & quidem absque laesione libertatis, quam potius perficit, ut operetur consensum liberum; est enim actus secundus libertatis, seu actus primi adplicatio: unde hac stante praemotione, ad quemcumque salutarem actum simpliciter necessaria, non potest voluntas ponere dissensum in *sensu composito*, quatenus nequit tunc conjungere actum cum non actu, idest consensum cum dissensu; potest vero in *sensu diviso*, quatenus potest tunc conjungere actum cum potentia ad actum oppositum, idest consensum cum potentia ad dissensum; potentia enim consentiens sub judicio indifferenti ad utrumque extremum, etiam dum unum eligit, manet ad utrumque potens. Ita novissime Graveson (*l*). Hanc profecto opinionem Thomistae aliqui

(*h*) In theol. instit. tract. 6. de grat. d. 3. art. 9.
(*i*) In theol. dogmat. speculat. tr. de grat. c. 3. art. 4.
(*k*) Recole dicta ad Tom. I. p. 33. sq.
(*l*) In epist. t. 1. ep. 5.

qui multimodis lenire tentarunt (*m*). Fruſtra tamen, quum etiam praecipuo illorum opinionis fundamento innitantur.

276 Igitur contra eſt 1.°; quia ejuſmodi gratiae efficacia, utpote principium antecedens, inadquiribile, & inevitabile a potentia, eſſet huic neceſſitas antecedens ad agendum, adeoque ejus libertatem evertens. 2.°; quia potentia prorſus libera illa eſt, quae poſitis omnibus praerequiſitis ad aliquid, poteſt aliquid, & ejus oppoſitum, ſcilicet in ſenſu compoſito, & ſub iiſdem praerequiſitis (*n*): ergo ſi in ſenſu compoſito praemotionis, neceſſario praerequiſitae ad opus bonum nequeat potentia aut non edere opus bonum, aut edere opus contrarium, non eſt ad utrumque opus prorſus libera.

277 3.°; Quia potentia diſſentiendi cum praemotione in *ſenſu diviſo*, ut exponitur, eſt potentia remotiſſima; & ſolum in radice, quatenus nempe voluntas eſt potentia ex ſe libera ad diſſentiendum quandocumque ſit inſtructa principiis, ad diſſenſum neceſſariis; ad eum modum, quo Beatus cum beatitudine eſt potens peccare in *ſenſu diviſo*; at haec Beati potentia non tollit, quominus Beatus ſit qua talis abſolute impotens peccare: ergo pariter (*o*).

278 4°.; Nequit imputari peccatum cui nequit imputari defectus praemotionis neceſſariae ad non peccandum; atqui Angelis apoſtatis, Adae, ceteriſque primo peccantibus nequit imputari defectus praemotionis, quum iſtum nullo peccato praemeruerint: ergo nequit ipſis imputari primum peccatum. 5.°; quia quum Deus etiam praedeterminet ad peccatum, apud plures Thomiſtas, eſt Author peccati ipſum efficaciter volens; quod plane religioni nimis abſonum eſt.

OBJECTIONES.

279 Obj. *primo*. Gratia ex ſe efficax thomiſtica conſentiens eſt ſacris Scripturis, & CC. Nam 1.° ex Ezech. 36. 26. Job 12. 24. Philip. 2. 12. Rom. 9. 16. & 1. Cor. 4. 7. Deus facit, ut homo in praeceptis ſuis ambulet; hominis cor immutat, flectit, indurat; operatur in homine ipſum ſalutariter velle, & perficere; diſcernit per ſuam gratiam bene operantem a male operante. Ad haec tamen & ſimilia auxilium praedeterminans requiritur. 2.° ex Conc. Araus. II. (*p*) Deus voluntatem non exſpectat, ut a peccato purgetur, aut purgari velit; ſed in ipſa operatur velle, & perficere, & facit in ipſa, ut legi obediat. Ex Conc. Milevit. idem expreſſe definitur (*q*). Ex Conc. Trid. (*r*) gratia adjuvans, quae eſt de linea actus ſecundi, eſt etiam praeveniens, adeoque antecedens. Adde quod non ſit unde homo ſibi glorietur in opere ſalutari: hoc igitur ab auxilio antecedenti omnino eſt. R. N.

(*m*) Ap. *Aran.* in ſchol. ſcien. med. l. 3. d. 11. ſ. 2.

(*n*) Ex adſertis ad Tom. III. ubi de libertate p. 185. & 187. ſq.

(*o*) *Genoveſius* in theol. l. 6. c. 4. §. 14. ſub fin. haec ſcribebat „ Reſpondere nos eſſe liberos in ſenſu diviſo, non in ſenſu compoſito, aut eſt jactare vocabula ſine ſenſu, aut dicere, mentem dum a gratia movetur nullam habere libertatem, qui eſt ſenſus compoſitus; quod eſt fateri, non evadere abſurdum. „

(*p*) Can. 4. 9. 16. 20.

(*q*) Can. 4.

(*r*) Seſſ. 6. cap. 5. & rurſum 16. & can. 3. & 4.

280 R. *N. Adſ.* Gratia ejuſmodi diſſentanea profecto eſt cunctis ſcripturis, conciliis, & rationibus, quibus eſt conſentiens Scientia Media dirigens collationem gratiae efficacis congruae, ac intrinſece indifferentis (*s*). Tum cunctis ſcripturis, conciliis, & rationibus, quibus invicte probatur & hominis plena libertas ad obſervandum Dei praecepta, & ſeria Dei voluntas ad omnes ſalvandos; quae tamen cohaerere nequeunt cum praemotione; tum quia eſt principium eſſentiale, antecedens, inadquiribile, inevitabile a creatura ad opus ſalutare; tum quia Deus illam ex quocumque motivo denegans, arguitur non velle ſerio opus ſalutare, cui principium eſſentiale denegat; uti argueretur non velle ſerio actum liberum, ſi ex quocumque motivo liberum arbitrium everteret.

281 Ad 1. prob: illi textus & ſimiles deſignant gratiae neceſſitatem, & coefficientiam actus ſalutaris, ſimulque moralem ſuis impulſibus, & illuſtrationibus praemotionem, conſtituentem creaturae libertatem, adeoque minime praedeterminantem. Ex *Aug.* (*t*) Deus indurat, & excaecat corda, quae non vult emollire, & illuſtrare, ſcilicet per auxilium praeviſum efficax. Ex ipſo *Aug.* (*u*) gratia efficax illa ſingularis vocatio eſt, quae *ſic agit ſenſum, ut accomodet adſenſum*, ſcilicet prout hic infallibiliter praeviſus eſt per ſcientiam mediam, ac praefinitus per decretum poſterius. Conſentiens a diſſentiente diſcernitur paſſive, ut loquuntur, per conſenſum, active per gratiam congruam, ut explicat *Aug.* (*x*) *etſi quiſquam ſibi tribuat quod vocatus veniat* (en diſcretionem paſſivam) *non poteſt ſibi tribuere, quod vocatus ſit* (en activam). Ipſeque dixerat (*y*) *ut velimus ſuum eſſe voluit, & noſtrum; ſuum vocando, & noſtrum ſequendo*. Ita enim Deus conſentienti ſuum dat velle, & diſcerni a diſſentiente: quocirca poterit de ſua diſcretione in Domino gloriari, ei ipſam principaliter adtribuendo (*z*).

282 Ad 2: C. Arauſ. vult, Deum non exſpectare voluntatem hominis non vocati, ut illum vocet; motus ſcilicet ejus meritis pure naturalibus, contra Semipelagianos, eo can. 4. perculſos, at non negat, exſpectare voluntatem hominis jam vocati, ut ex propria determinatione conſentiat: quo pacto ex *Iſai.* 5. *exſpectavi, ut faceret uvas, fecit autem labruſcas*. Id autem non eſt proprie Deum exſpectare, ſed potius creaturae adtemperari. Ipſum ſimiliter cum *Milev.* vult, Deum nobis dare actum ſalutarem, ſub ſenſu mox expoſito cum *Aug.*; dixerat enim *Araus* (*a*) *Deus in nobis, atque nobiſcum, ut operemur, operatur*. Trid. aperte pugnat cum gratia efficaci thomiſtica irreſiſtibili, & minime repudiabili apud ejus Inventorem Bannezium (*b*) quippe differens (*c*) de gratia efficaci, qua, ſci-

(*s*) De quibus *ſup.* ubi de ſcient. med. ad Tom. II.
(*t*) L. de praedeſ. & grat. c. . .
(*u*) Epiſt. 107.
(*x*) L. 83. qq. q. 68.
(*y*) Lib. ad Simplic. q. 2.
(*z*) Conf. *Suar.* de grat. t. 2. l. 5. a c. 30. ad. 36. & opuſc. de auxil. l. 3. c. 15.
(*a*) Can. 3.
(*b*) In 1. p. q. 14. a. 13. & q. 23. ab. a. 5. ad 7. & in 2. 2. q. 2. a. 1. docum. 3.
(*c*) Seſſ. 6. c. 5.

ſcilicet peccator re convertitur, definit, *quippe qui illam & abjicere poteſt*; utique conſentiens *Conc. Senonen.*, quod (*d*) adſeruerat, *neque tamen eſt tale Dei trahentis auxilium, cui reſiſti non poſſit*.

283 Obj. *ſecundo*. Gratia efficax thomiſtica conſentiens eſt Patribus. Quoniam ex Aug. (*e*) gratia efficax eſt efficaciſſima voluntas, & poteſtas. Et (*f*) ideo ipſi tribuitur, ut durities cordis primitus auferatur. Et (*g*) agit hominem indeclinabiliter, & inſuperabiliter, quoniam eſt efficaciſſima, & omnipotentiſſima, datque ipſum velle, de nolentibus volentes faciens. Similia paſſim repetit eximius gratiae Doctor. Ex Tertul. (*h*) gratia ſibi ſubjicit liberi arbitrii poteſtatem. Ex Baſil. (*i*) auxilium gratiae per imperium ſuae potentiae operatur in nobis; & (*k*) gratia eſt inſuperabilis potentiae. Ex Proſp. (*l*) gratia quibuſlibet modis infidelitatem reſiſtentis inclinat. Et ex D. Th. (*m*) Deus movet, & adplicat cauſſas ſecundas ad operandum, ipſiſque dat non ſolum poſſe, ſed etiam agere. Quin etiam ſaepe plura docet per verba, *Deus determinat*, *praedeterminat*, & ſimilia (§).

℞. N.

(*d*) Decr. 15.
(*e*) Contra duas epiſt. Pelag. c. 20.
(*f*) De praedeſt. SS. c. 8.
(*g*) De correp. & grat. c. 12.
(*h*) L. de anima c. 21.
(*i*) L. de Spir. S. c. 8.
(*k*) Serm. de lib. arb.
(*l*) Epiſt. ad Rufin.
(*m*) P. 1. q. 2. a. 8. & q. 105. a. 3. O & in 2. diſ. 37. q. 1. a. 2.

OBSERVATIO.

(§) *Renat. Billuart* in Theol. t. 1. diſſ. 8. de praedefinitionib. ar. 2. (quem vel exſcripſit, vel imitatus eſt *Thom. Madalena* conſodalis in examine thomiſtico, a *Quadros* in Caduceo operoſe confutato) laudatis pro phyſica praedeterminatione Patribus ducem fecit *Dionyſ.* Areop. ajentem l. de div. nom. c. 5. §. 9. „ Exemplaria vero in Deo dicimus rationes ſubſtantificas rerum ... quas ſermo divinus „ vocat praedefinitiones, & bonas voluntates exſiſtentium *praedeterminativas*, „ Tum quaſi ſua haec interpretatio totius Latii, Graeciaeque ſuffragio probaretur, triumphum agit, & continenter ſubjungit „ ubi „ obiter adverte quam inconſulto Moliniſtae „ effutiant nomen praedeterminationis eſſe „ inventum Banneſii. „

Ceterum principio famoſus hic Author Pſeudo-Dionyſium heic intrudit (qualem & nos *ſupra* Tom. IV. in Praemonitione p. x. §. 111. cum frequentiſſimo Eruditorum recentium choro definivimus) qui quam coluerit religionem, & qua aetate floruerit, nondum ſatis exploratum. Quid ergo eum Billuartius ſanctorum Patrum choro ita conſidenter adſcribit?

Deinde quo jure hic idem adfirmet, graecum Pſeudo-Dionyſii textum pro vera, & adcurata interpretatione latina vocem *praedeterminativas* expoſcere? Rem tantiſper diſcutiamus. Et primo omnium loco graeca vulgati Dionyſii verba in medium proferimus ex typis Philippi Juntae de an. 1516. ad cap. 5. §. 13.

Παραδείγματα δι' φαμὲν, εἶναι τοὺς ἐν Θεῷ τῶν ὄντων οὐσιοποιοὺς, καὶ ἐνιαίως πρὸ φεστῶτας λόγους, οὓς ἡ θεολογία προορισμοὺς καλεῖ, καὶ θεία καὶ ἀγαθὰ θελήματα τῶν ὄντων ἀφοριστικά, καὶ ποιητικὰ, καθ' ὡς ὁ ὑπερούσιος τὰ ὄντα πάντα καὶ προώρισεν, καὶ παρήγαγεν.

Hunc jam vero textum ſicut & reliquos ejuſdem libri complures viri doctiſſimi latine cum laude verterunt. En illorum cenſum. Joan. Scotus, Marſil. Ficinus, Abbas vulgo Vercellenſis, Ambroſ. Camaldulenſis, Joachim. Perionius, Balthaſ. Corderius S. I. Neque vero plures nominat Cl. *De Rubeis* in diſſ. praefixa editioni recentiſſimae venetae operum vulgati Dionyſii apud Anton. Zattam an. 1755.

Quatuor priorum, quos recitavimus, Interpretum exemplaria proſtant ordine apud

284 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: ſtant contra praemotionem thomiſticam innumeri PP. graeci, & latini, quatenus ferunt, laedi libertatem per quamlibet neceſſitatem antecedentem; aut in noſtra poteſtate eſſe, uti, vel non uti gratia praeveniente, contra id quod importat thomiſtica praemotio (*n*). Nec minus aperte contra ipſam ſtat *Aug.* tum in locis ſaepe adlegatis, tum in aliis, quibus ſiſtit auxilium efficax praeveniens in vocatione congruae, non praedeterminante, ſed modo adcomodato inducente hominem infallibiliter ex praeſcientia Dei (*o*), quos omnes recte expendit *Suar.* (*p*). Quae ex Aug. opponuntur, ita debent concipi ab eo dicta, ut cohaereant cum libertate creata, quam tamen temerat thomiſtica praemotio, cujus quidem nec ullo verbo, aut ſigno meminit Aug.

285 Ex aliis tribus PP. adlegatis, vult Tertul. quod gratia ſibi ſubjicit liberi arbitrii poteſtatem, non ſubjectione ferrea praedeterminante, ſed ſuavi, moraliter ſcilicet praemovente cum illuſtrationibus, & inſpirationibus, quibus indiget liberum arbitrium ad actum ſalutarem, & quibus proinde ſubjicitur. Baſil. & Fulgen. idem omnino volunt; nec enim illam velle poſſunt antecedentem potentis gratiae inſuperabilitatem, & inclinationem, quae penitus libertatem evertat. Stat itidem D. Th. contra praemotionem thomiſticam, tum in locis ſupra laudatis (*q*), tum in aliis (*r*); tum in multis itidem, quibus expreſſe denegat Dei praedeterminationem ad peccatum (*s*), ac in aliis (*t*). Porro loca ex D. Th. objecta non favent praedeterminationi ad ſenſum Bannezianorum; etenim ſine iſta praemovet Deus cauſſas ſecundas, ipſiſque dat agere, quatenus dat ipſum ſuum concurſum per actionem ſimultaneam, qua conſtituuntur

apud editionem Colonien. de an. 1556. ex Officina Joan. Quentel; videlicet p. 532. 544. 547. 818. 903. exemplar inſuper Perionii apud editionem Lovanien. de an 1566. typis Hieron. VVellaei, vel, ut alibi legitur, Joan. Bogardi; Corderii demum verſio cum obſervationibus apud Biblioth. PP. Lugdun. de an. 1677. t. 2. p. 295.

Legat itaque & animo intentus perlegat Billuartius, quemadmodum perlegimus & nos, ſingulorum, quos indicavimus, verſiones, paraphraſes, obſervationes, & ne vel in una quidem aut τὸ *praedeterminativas*, aut quidpiam aliud gratiam per ſe efficacem concernens reperiet. Undenam ergo & cujus authoritate ſuffultus hic Author, interpretationem ſpecioſam ſuam huc evocavit? Voluit ne imperitis aut incautis fucum facere in commendationem gratiae ſuae praedeterminantis? Non credo haec de viro probo & ſapienti.

Ceterum utut ſit de mente atque peritia in utraque lingua graeca & latina hujuſce nuperi interpretis, donec verſionem ſuam probatis ſuffultam documentis palam oſtendat, ſileat oportet, nec aegere ferat interea, conſulto Moliniſtas ejus voculae & conſimilium inventorem declamare Bannezium.

(*n*) Longum eorum cenſum dat *Suar.* cit. c. 44. & 48. & tr. de aux. l. 3. c. 13. a n. 15.

(*o*) L. 1. ad Simp. q. 2. & l. de dono perſever. c. 14. &c.

(*p*) Eos omnes luculenter enucleat *Suar.* praelaud. cit. l. 5. c. 46. & tr. de aux. l. 3. c. 13. n. 19.

(*q*) Ad Tom. II. ubi pro ſcient. med. & cognitione contingentium in ſe ipſis.

(*r*) E. c. q. 3. de malo a. 3. ad 5. & 2. diſ. 23. q. 1. a. 2. O. & diſ. 28. q. 1. a. 1. O.

(*s*) Heic q. 80. a. 1. ad 3. & in 2. diſ. 37. q. 2. a. 1. ad 1. & l. 3. contra gent. c. 162. quos exponit *Pibtel.* p. 2. c. 3. a n. 198.

(*t*) Videlicet quodl. 7. a. 1. ad 2. de verit. q. 22. a. 9. ad 8. & 1. p. q. 62. a. 3. ad 2. quos una cum aliis adcurare expendit *Suar.* cit. l. 5. c. 49. n. 2. & a p. 14.

tur re ipſa agentes, non quidem a ſe, ſed dependenter a primo agente, a quo eſſe, & poſſe adcipiunt; nimirum cauſſae neceſſariae a Deo determinatae, liberae vero Deum determinantes. Nec alium porro ſenſum habent in phraſi D. Th. τὸ *praemovet*, *praedeterminat*, & ſimilia (*u*).

286 Obj. *tertio*. Gratia haec multimodis rationi conſentiens eſt. Nam 1.° Deus eſt primum liberum: ergo & primum determinans, ſeu praedeterminans. 2.° ſi ſola creatura ſe determinet ad actum ſalutarem, ſola efficit novum ens, ſeu novam entis formalitatem, ſitam in ſua determinatione: unde poteſt ſola efficere alia nova entia ſine fine, contra entis primi, & univerſalis rationem, quae Deo ineſt. 3.° efficax Dei voluntas eſt irreſiſtibilis, & inimpedilis; poteſt enim in bonum convertere *malas hominum voluntates*, *quas voluerit*, *quando voluerit*, *ubi voluerit* (*x*), quoniam *Deus magis habet in ſua poteſtate voluntates hominum*, *quam ipſi ſuas* (*y*). Alioqui Deus non eſſet antecedenter proxime liber ad praefiniendum conſenſum liberum: ergo & eſt praedeterminans. 4.° dum orat Eccleſia pro converſione peccatoris, petit auxilium praedeterminans; non vero ipſam converſionem in actu ſecundo, ſiquidem ex Aug. (*z*) *quid ſtultius*, *quam orare*, *ut facias quod in poteſtate habes*.

287 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* Deus dicitur primum liberum, quia habet in ſe perfectiſſimam libertatem, qua ſe determinet ad producendum, & conſervandum libertatem, & dominium electionis in creaturis ratione praeditis, quae proinde vocantur ſecundum liberum, ſicut & ſecunda cauſſa: unde quoque Deus ſe determinat ad ipſas non praedeterminandas. Ad 2. *N. A.* Creaturae determinatio fit a Deo in genere cauſſae unde effectricis, & a creatura in genere cauſſae eligentis ac determinantis. Quemadmodum & Deus efficit meum amorem, quin per illum amet.

288 Ad 3. *D. A.* irreſiſtibilis, & inimpedibilis reſiſtentia, & impeditione poſteriore quoad effectum divinae voluntatis efficacis, re ipſa exſiſtentis, *C*; ſic enim quaelibet efficax Dei voluntas neceſſario impletur: reſiſtentia, & impeditione antecedenti quoad exſiſtentiam ejuſdem voluntatis efficacis, *N.* Huic enim exſiſtentiae obſtare poteſt voluntas creata, utpote directa a ſcientia media, pendente a conſenſu libero. Hoc pacto eſt efficax Dei voluntas, ſcilicet ſeſe adtemperando voluntati creatae modo congruo, per ſcientiam mediam praeviſo; nec enim addidit Aug *quomodocumque voluerit*, quippe nequit Deus convertere hominem auxilio praeviſo inefficaci. Recurrit tamen ad omnipotentiam, quia haec infinita habet media ad

(*u*) Conf. *Suar.* & *Platel.* proxime citt. *Thyrſ. Gonzalez* in ſelect. t. 1. & 4. *Sherlog.* de ſcien. med. *De Cerf* controv. de mente D. Th. *Quadr.* caduc. t. 1. p. 1. p. 12. §. 1, 2, 3. *Daniel a S. Joſ.* t. 1. d. 24.

(*x*) Ex Aug. enchir. c. 98.

(*y*) Ex eodem l. de correp. & grat. c. 14.

(*z*) L. de nat. & grat. c. 18.

quemlibet convertendum, si velit. Hoc sensu dixerat idem (a) *velle, & nolle ita est in potestate hominis, ut divinam voluntatem non impediat, neque superet potestatem*. Ad 4. *N. A.* Petit Ecclesia peccatori libertatem congruam, & auxilium congruum, quae pro infallibili actuali conversione, quae exposcitur, sunt necessaria, & quae non sunt in potestate peccatoris, esto possit utcumque converti (b) (§).

289 QUAESTIO II. Quid de systemate II? ADSERO. Est in Scho-

(a) De correp. & grat. c. 14.

(b) Pluribus hoc systema oppugnavit operose olim Schola Jesuitica cum *Suar.* cit. de grat. l. 5. a c. 19. *Henao* in scient. media propugnata &c. tum alii DD. cum *Josde Vita* Dominicano in tr. de primo movente, *Tourn.* de grat. q. 9. art. 1. sub fin. *Genovesio* cit. &c. nec pauca nos praelibavimus in ipsum ad Tom. II. ubi de scient. media.

OBSERVATIO.

(§) COrdate mihi differere videtur Cl. Gazzaniga ubi ad tract. de grat. Christi diss. 6. c. 5. n. 167. ingenue fatetur summam conciliandi libertatem creatam cum divina gratia efficaci difficultatem, Augustinum nempe imitatus, qui hanc quaerens conciliationem l. de grat. Chr. c. 47. haec ajebat „ ista quaestio ita est ad discer„ nendum difficilis, ut quando defenditur „ liberum arbitrium, negari Dei gratia vi„ deatur; quando autem adseritur Dei gra„ tia, liberum arbitrium putetur auferri.„ Quare illam laudatus Author inter mysteria & arcana numerat.

Pergit illico „ habemus; ut alia occa„ sione dicebat Bossuetus duas unius catenae „ extremitates, manuque firmas tenemus, „ (*nempe hinc gratiam per se efficacem, & inde libertatem*), sed annulos interme„ dios, quibus colligantur, non videmus. „ Et vero lepide quidem, reponent adversarii quique gratiae per se efficacis; quidni enim non videas anulos intermedios, quibus colligantur ejusmodi extremitates, videlicet libertatem, quae determinationem quamlibet alienam sibi impositam exhorret, & gratiam per se efficacem, quae multis nominibus inimica libertatis probatur? quo enim modo, inquient, aut quibus anulis haec duo ita secum pugnantia colligari possint? Facilius & clarius porro in quovis alio systemate gratiam per se efficacem abnuente, gratia efficax cum libertate colligatur.

Ibidem praeterea ad n. 202. gloriatur Author „ thomistico systemate veluti radi„ cem duplicis pestiferae haeresis Pelagia„ nae, & Praedestinatianae funditus convel„ li. Utraque enim, quanquam e diame„ tro sibi opposita, huic tamen principio „ veluti communi fundamento innitebatur „ *gratia efficax, quae voluntatem vi sua in„ clinat ac determinat, inimica est libertatis.* „ Ex eo autem ita inferebat Pelagianus: „ *est in nobis libertas: ergo rejicienda est* „ *gratia efficax*. Contra vero Praedestina„ tianus, *est gratia efficax: ergo nulla su„ perest libertas.* Quid Thomistae ad haec?... „ negant fatale illud principium, *gratia ef„ficax* &c. ostenduntque gratiae efficaciam „ in hoc sitam esse, ut voluntatem moveat, „ inclinet & determinet non solum quantum „ ad substantiam, verum etiam quantum ad „ modum liberum actus, & ita radice „ evulsa, duae immanes haereses funditus „ corruunt.„ Haec ille.

Verum in primis egregium hoc paradoxon videtur; quoniam ossores omnes catholici gratiae per se efficacis easdem positiones firmissime adserunt; illam nempe, *gratiae efficax, quae voluntatem vi sua inclinat ac determinat, inimica est libertatis*, ex qua subinde reliquas pariter, rectoque inferunt, videlicet, *est in nobis libertas: ergo rejicienda est gratia ejusmodi efficax*: tum aliam, *est gratia ejusmodi efficax: ergo nulla superest libertas*. At exinde nec Pelagiani, nec Praedestinatiani jure reputantur: igitur nec positio illa prima fatale principium est, sed verisimili argumento certum, nec consequenter binae reliquae ex illa liquido subortae possunt haereseos merito insimulari. Quonam ergo jure gloriaris, thomistico systemate radicem utriusque immanis haereseos funditus convelli?

Quod si ponas praefatos haereticos priori illi positioni ceu principio ac veluti communi fundamento innixos fuisse, addendum illi est, *& voluntatem necessitat*; sed hoc

Schola hodierna Auguſtiniana commune cum Berti (*c*). Et ſubſtinet, gratiam efficacem in ſtatu naturae lapſae eſſe delectationem relative victricem, ſeu caritatem, quae, ſua intenſione graduum ſuperat contrariam cupiditatis delectationem; gratia enim, qua ita trahimur, & movemur, ut eam nunquam reſpuamus, ut efficax ſit, eam debet inſpirare delectationem coeleſtem, quae vincat perpetuo in cunctis lapſi hominis actibus pugnantem, & contrahitentem cupiditatem, aut terrenam delectationem (*d*).

290 Sed contra eſt 1.° quia hoc ſyſtema nimis mechanice gratiae oeconomiam exponit, adpendens veluti in bilance, in voluntate duarum delectationum pondera, uti Janſenianum de gratia ſyſtema, prout exponitur a Janſenio (*e*), & cum quo illud omnino convenit, ſi excipias, una cum gratia ſufficiente in ſtatu naturae lapſae, libertatem indifferentiae, quam in conſenſu cujuſcumque delectationis vincentis, & victae negat Janſenius, & propugnant catholice Auguſtinenſes, at nimis difficulter, & inconſequenter; tum quia non minus illa delectatio victrix coeleſtis pugnat cum libertate indifferentiae, quam thomiſtica praemotio, utraque enim a decreto abſolute praemovente profluit ac inſuperabilis eſt; tum quia gratia ex ſola virium graduali ſuperioritate efficax, nequit non eſſe neceſſitans; ſupponit enim voluntatem deſtitutam vera potentia reſiſtendi, utpote non habentem ad reſiſtendum niſi vires inferiores; quippe unius potentiae ſuperioritas dicit eſſentialem ordinem ad

hoc tamen pacto haereſis eſt, quam non modo Schola thomiſtica, ſed & reliquae catholicae ardenter confutarunt.

Deinde quod Pelagianos ſpectat, ii (ut Authores ſunt TT. graviſſimi cum *Suar.* de grat. prol eg. 5. c. 3. n. 10. ſqq. *Ripal.* de ente ſup. d. 105. ſec. 12. ſq. *Henao* in ſcient. med. theologice propugn. t. 2. ſect. 282. 284. 290. *Quadros* in caduc. t. 2. parergo 2. ar. 9. qui ex ſcriptis Auguſtini rem operoſe promovent pene ad evidentiam contra Lemos, Alvarez, Gonet, Billuart &c.) nunquam cum Auguſtino diſputarunt de efficacia gratiae, aut de modo, quo gratia efficax juvet ſeu laedat libertatem; ſed duntaxat de neceſſitate gratiae ad opera ſalutaria: ruit itaque ex hac opinione, rationibus quidem magni momenti communita, principium illud quod noſter Author haereſi Pelagianorum adſcribit.

Si demum eorum, qui vulgo Praedeſtinatiani audiunt, dogmata evolvas, de gratia efficaci nihil plane reperias. Hoc unum illis maxime familiare, quod nempe Dei praedeſtinatio ac reprobatio electum, reprobumque neceſſitent; tum illud, quod nemo ad fidem Chriſti adcedit, quin fuerit invitus a Patre tractus, hoc eſt neceſſitatus. (Recole dicta Tom. II. p. 305. ſq. & Tom. III p. 173. art. 3. & Tom. V. in proluſ. proxima, ubi de Praedeſtinatianis). Quid autem haec neceſſitas, quam ii Errones vel Dei decreto tribuerint, vel gratiae, in rem Gazzanigae? Nulla itaque Author iſte ratione ſolida cauſſam a ſe inventam protegere dicendus

quod, quacumque abſoluta neceſſitate procul ablegata, *ſub gratia relative ſuperiori ac victrice* ſartam rectamque ſervari arbitrii libertatem, adeoque & diſſentiendi potentiam confitemur„ Quin & in eum ſenſum clarius thomiſticam praemotionem expoſuerat idem Author n. 68.

(*c*) T. 3. l. 14. c. 8. n. 8. & 12. & in ſyſtemate Auguſtiniano gratiae vindicato part. 1. in praefat. & par. 2. diſſert. 4. a cap. 1.

(*d*) Hanc ſententiam adoptarunt jam Thomiſtae, ut video; ſic enim *Gazzan.* d. 6. de grat. eff. n. 70. de Theologis ſcholae thomiſticae & Auguſtinenſis„ infinitis tamen paraſangis utrique a Janſenio diſtamus in eo

(*e*) L. 3. de grat. Chriſti, & operoſius l. 4. a c. 1. ad 11.

potentiae oppositae inferioritatem : at vero omnino repugnat , ut vires superiores, quae agunt ut superiores, vincantur ab inferioribus.

291 Heinc acerrimi defensores Jansenii (*f*) de hoc uno principio fuere soliciti , videlicet voluntatem majori semper delectationi obsequi ; ex quo siquidem & quinque famosae propositiones, & universa Jansenii doctrina sponte fluit, teste *Bossuetio* (*g*). Porro exclusio gratiae cujuslibet inefficacis , & libertatis a necessitate in homine lapso consectaria sunt ex systemate Jansenii legitime secundum regulas optimae dialectices subillata : ergo non nisi per summam violentiam contra regulas dialecticas qui illud admittit & promovet, consectaria negat : hic autem ut bonus catholicus sit , malum dialecticum se se probat. Adde (*h*) quod multi Janseniftarum commentarii ; ut puta Arnaldi, Vendrochii, Paulli Irenaei &c. eadem negarunt consectaria, uti negant TT. catholici ; illi tamen proscripti sunt, non alia quidem de causa , nisi quod systema delectationis Jansenianae, quae ejusmodi consectaria sinu confovet suo , continerent (*i*).

292 Tum 2.° quia *Aug.* de se scribit , quum secum ipse luctabatur in sua conversione (*k*) *non faciebam quod incomparabili adfectu mihi placebat amplius* : ergo delectationem superiorem sentiebat , quin gratiam efficacem haberet. 3.° quia ex ipso *Aug.* (*l*) Deus ad se hominem vocat , & trahit *miris, & ineffabilibus ; diversis , & innumerabilibus modis* , scilicet timore , fide &c. ut definit *Trid.* (*m*) ergo non per solam dulcedinem , aut delectationem coelestem , 4°. quia saepe viri sanctissimi actus eximios exercent absque ulla oppositae cupidinis lucta , & quandoque in statu summae ariditatis horrendas cupiditates superant , quin ullam coelestem suavitatem , aut delectationem in se ipsis persentiant.

OBJECTIONES.

293 Obj. *primo*. Haec delectatio relative victrix admittitur saepe , & exponitur ab Aug. Nam 1.° ex ipso (*n*) *quod enim amplius nos delectat , secundum id operemur , necesse est* . 2.° (*o*) *bonum fit , quum id , quod male libet , vincente bona delectatione non fit* . 3.° (*p*) *inspirata gratiae suavitate per Spiritum S. facit* (Deus) *plus delectare quod praecipit , quam delectet quod impedit* . 4.° (*q*) fierent a nobis bona , *si ea sic delectarent animum , ut quidquid aliud voluptatis , doloriſve impedit , delectatio illa* (coelestis) *superaret* . His ergo , multisque id genus aliis reponit aperte S. Doctor gratiae efficaciam in coelesti delectatione , prout vincit penes superiorem graduum nu-

(*f*) Cum de Bourzeis collat. 3. c. 30.
(*g*) Ap. & cum *Tourn.* cit. par. 1. hist. d. 8. a. 3. §. 1. concl. 1. 2. & deinceps ex ipso Jans. de grat. Chr. l. 7. c. 6.
(*h*) Si qua fides *Tourn.* cit. ac rursum t. 2. de grat. q. 9. ar. 2. concl. un.
(*i*) Lege *Graves.* epist. t. 2. epist. 6. a n. 3.
(*k*) L. 8. conf. c. 8.
(*l*) L. 1. ad Simpl. c. 19.
(*m*) Sess. 6. c. 6.
(*n*) In exposit. epist. ad Galat.
(*o*) De contin. c. 8.
(*p*) L. de sp. & lit. c. 29. n. 51.
(*q*) Ibid. c. 35. n. 63.

numerum quamlibet contrariam carnis concupiſcentiam.

294 R. *N. Adſ.* Saepe in locis objectis loquitur Aug. de gratia habituali, ac interdum de delectatione deliberata, quae a gratia actuali differt. Nec tamen uſpiam innuit repetere efficaciam gratiae ex uno graduum numero ſuperiore erga terrenam delectationem. Heinc ad 1. prob: non loquitur de delectatione indeliberata; alioqui nimis probaret, nempe gratiam neceſſitare antecedenter cum diſpendio libertatis, ſed de deliberata orta a voluntatis determinatione, qua neceſſe eſt ut operemur, neceſſitate ſcilicet conſequente, & ſuppoſita voluntatis determinatione: opus quippe externum, a voluntate imperatum, de quo ibi Aug; ipſum libertatis uſum demonſtrat. Opinantur nonnulli, Aug. dum haec ſcriberet, verſari in errore Semipelagianorum, quem uſque ad ſuum Epiſcopatum retinuit, ipſo teſte (*r*).

295 Ad 2: ibi loquitur de gratia habituali, ut patet legenti contextum. Quod ſi loquatur de actuali, non ejus tamen victoriam refert ad majorem graduum copiam. Ad 3: loquitur de delectatione deliberata, qua firmius adhaereſcit voluntas Deo praecipienti, quam concupiſcentiae reluctanti. Ad 4: loquitut eriam de delectatione deliberata, ad quam ſaepe idem Aug. nos hortatur, e. c. quum ait, *juſtitia ſic te delectet, ut vincat etiam licitas delectationes* (*s*) & alias.

296 Obj. *ſecundo*. Haec delectatio relative victrix, ſeu comparate ad pauciores concupiſcentiae gradus, eſt valde rationi conſona. Nam 1.° ex Aug. (*t*) *omnia peccata non exoriuntur niſi ex illicita delectatione*: ergo & omnia, quae ad ſalutem conferunt, non procedunt niſi ex majore Spiritus S. delectatione. 2.° ſi gratia eadem pro gravi & levi tentatione ſufficiat, eo quod haberet efficaciam abſolutam, non eſſet neceſſarium addere gratiam, quantumcumque tentatio creſceret; immo Martyres ad tot, tantaque devincenda tormenta non intenſiore gratia indiguiſſent, quam ea, quae neceſſaria eſt ad levem tentationem ſuperandam: quae abſona videntur. 3.° omnis difficultas operis conducentis ad finem, vincenda eſt per amorem finis: ergo quo maior eſt operis difficultas, eo major eſſe debet amor finis, quo vincitur: quocirca amor, ſeu noſtrum velle habet gradus, atque ſponte ſua refertur ad perſonam, & ad operis faciendi difficultatem. 4.° ſancta delectatio abſolute victrix, ſi admittatur, non offeit libertati creatae: ergo nec relative victrix 5.° omnis actio humana eſt ab amore boni, tanquam a cauſſa, & principio; ſed amor ſemper includit delectationem: ergo delectatio unicum eſt pondus, ſeu principium noſtrarum actionum: unde ex Aug. (*u*) *niſi delectet non ſuſcipitur*, ideſt nihil ab homine fit, niſi delectet: ergo.

297 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* Gratia quaelibet infuſa ſufficit

(*r*) L. de praedeſt. SS. c. 3.
(*s*) Serm. 159. alias 17. de verb. Apoſt.
(*t*) Ser. 6. alias 155. de verb. Ap. c. 1.
(*u*) In c. 3. epiſt. ad Galat.

ficit ad quaſlibet oppoſitas delectationes ſubſternendas. Immo etiam permiſſa energia victrice gratiae, plurimum haec deprimitur, dum ei ſola adſcribitur poteſtas vincendi hoſtem, ſibi viribus imparem. Ad 2: ſola gratia congrua, quantumcumque remiſſa fingatur, ſufficit, & requiritur ad vincendam quamlibet tentationem, & quodlibet Martyrium: ſaepe tamen intenſior eſt, ut intenſius illuſtrata, & inflammata voluntas, hoſtes facilius & alacrius vincat.

298 Ad 3. *D. Conſ.* eo gradibus major eſſe debet amor indeliberatus finis, ſitus in gratia inſpirante, *N.* ex dictis: amor deliberatus, Eſto. Unde ſolus hic, & non ille gradus, reſpectuſque intentos habere debet. Ad 4. *N. Con.* quia delectatio ſuperior ideo praeciſe victrix eſt, quia ſuperior; adeoque oppoſitam delectationem inferiorem, indeque in ipſa voluntate virium inaequalitatem ad reſiſtendum ſupponit; quare neceſſitat antecedenter voluntatem ad non reſiſtendum: non ita eſt in delectatione abſolute victrici, quam permittere modo lubeat. Ad 5. *D. Conſ.* eſt pondus, ſeu principium determinans neceſſitate antecedenti actiones humanas, *N.* iſtas relinquens humanitus liberas, *C.* (*x*).

299 QUAESTIO III. Quid de ſyſtemate III? ADSERO. Hoc recentiſſime ſiſtit gratiam intrinſece efficacem in principio rationis ſufficientis, hoc eſt rationis praevalentis, infallibilis, antecedentis, ac determinantis voluntatem ad eligendum bonum ſupernum (*y*). Contra tamen 1.° Sententia haec magna ex parte coincidit cum illa de judicio ultimo practico voluntatem determinante, nobis confutata *ſuperius* (*z*) pariter ergo rejicienda; ajente nimirum, praeter alios, *Anſelmo* (*a*) *ſola tamen voluntas determinat quid teneat* (*b*).

300 Tum 2.° ex ea plane conſequitur quod gratia efficax ſita penitus ſit in illuſtratione mentis, minime vero in adfectione voluntatis, contra unanimem Scripturarum & Patrum doctrinam: tum quod voluntas ſub ratione ſufficiente infallibiliter determinata neceſſitetur ad agendum, quocirca mere paſſive ſe habeat, neutiquam active (ut loquitur Schola) in productione effectus ſuperni a gratia ſuborti: unde illa ratio potius dicenda erit *neceſſaria* & *neceſſitans* ultra modum, quam *ſufficiens*. 3.° peraeque reſiſtit ea ratio ſufficiens libero arbitrio ac phyſica praemotio thomiſtica & delectatio victrix auguſtiniana; quidquid enim contra alterutram pugnat, & contra hanc rationem ſufficientem procul dubio pugnat. 4.° ſub ea ſententia egre poſſis explicare quae pertinent ad ſtatum gratiae Angelorum & innocentiae Protoparentum, admiſſo de iis ſtatibus cum eodem Autho-

(*x*) Plura citt. *Tourn.* & *Graveſ.* tum *Joſephus Carpani* S.I. in diſput. de delectationibus coeleſti ac terrena edit. Romae 1756.

(*y*) Ita *P. Graſſi* e Congr. Miſſionar. S. Vincentii a Paullo, in ſuo Collegio Placentino Theologiae olim Profeſſor, in diſſ. de concordia principii rationis ſufficientis cum libertate edit. Venet. 1760. & in propoſitionib. theologico-criticis dogmaticis edit. Placentiae 1769. §. 15 ſq. & alias.

(*z*) Ad Tom. III. pag. 191. n. 272. ſqq.

(*a*) L. de concord. lib. arb. ſub fin. c. 1.

(*b*) Recole ſis *Raynaud.* in theol. nat. diſt. 8. q. 5. art. 5. n. 368.

thore Auguſtinenſium ſyſtemate : tum quae ſpectant gratiam ſufficientem , quae porro apud ipſum Authorem rationem ſufficientem non importat : ergo (*c*) (§).

QUAE-

(*c*) Pluribus hanc nuperam opinionem convellit *P. Manſuetus a S. Felice* mox laudand.

OBSERVATIONES.

(§) I. PRofecto controverſiam de principio rationis ſufficientis apud Philoſophos hodiernos famoſam reddidit Clariſſ. *Leibnitius* quum illud principium , in harmonia praeſtabilita ſibi excogitata fundatum , ſtatuit & palam ediſſeruit in praeclara ſua Theodicaea par. 1. n. 44. & ſaepe alias; ex quo ſubinde intulit optimiſmum erga Deum , adeo hac tempeſtate controverſum . Recole dicta *ſuperius* ad Tom. II. p. 239. ſq. in Obſervat. ubi & rationis ſufficientis Leibnitianae notionem relate ad electiones cum divinas , tum humanas paucis explicuimus .

At univerſe quidem rationis ſufficientis nomine venit id , unde colligitur cur aliquid ſit . Quo ſenſu *Jacquierus* , alias principii Leibnitiani adverſarius, in Metaph. par. 1. c. 1. adſeruit nihil eſſe in mundo materiali abſque ratione ſufficiente cur potius ſit quam non ſit : tum addidit par. 2, c. 3. concl. 2. animam ſe ſe ad volendum vel nolendum determinare abſque ratione ſufficiente Leibnitiana , non autem abſque motivo aliquo : ſic enim etiam quum voluntas quidquam eligit hoc praeciſe quia vult , ſive , ut vulgo ajunt , eſt pro ratione voluntas , tunc illud ipſum eſt motivum , ſeu ratio ſufficiens qua ducta voluntas *eligit* .

Eo pariter ſenſu principium rationis ſufficientis noviſſe , aut eo uſi fuiſſe dici poſſunt Archimedes quum principia ſtoica ſtabiliret , & Confucius diſſerens de veritatibus moralibus ex *VVolf.* in ontolog. par. 1. ſect. 1. c. 2. §. 71. Euclides ex *Jordane Bruno* tr. de minimis p. 53. Plato , Ariſtoteles, Auguſtinus ex cit. *Leibnit.* n. 45. Seneca ep. 65. Carteſius in meditationib. de Deo , omnes veteres ex cit. *Leibnit.* hoc eſt , ut eum explicat *Brucker.* in hiſt. phil. t. 5. p. 409. & alias , omnis aetatis & gentis Philoſophi : Scholaſtici demum complurimi ex *Conimbricenſib.* in philoſ. t. 2. ni fallor .

Non ita quidem ſub ſenſu, quem Leibnit. nobis tenendum propoſuit . Hunc porro ex Philoſophis junioribus plerique probarunt & amplexi videntur cum citt. *VVolf.* & *Brucker.* *Ganzio* de uſu philoſophiae Leibnitianae ac VVolfianae in Theologia ſparſim , aliiſque . Alii tamen ex recentioribus , & multo fortaſſe plures urgentioribus rationum momentis abrepti data opera oppugnarunt cum *Phil. Limborchio* , Arminianorum primipilo in theol. chriſt. l. 2. c. 23. a §. 12. p. m. 131. edit. Amſtel. 1730. *Volterio* , *Samuele Clarkio* , *Paſchali Magli* , qui tamen poſtremus in diſſert. italicis adverſus principium Leibnitianum edit. Neapoli 1759. (inconſulto fortaſſe ac ultra modum) ejus patronos ceu juratos libertatis everſores Fataliſtis , Spinoſiſtis , Luthericis , Calvinicolis , Bajanis , Janſeniſtis adcenſere ſparſim non dubitat .

Jam vero Leibnitius ſuam , quod determinationem humanae voluntatis ſpectat , opinionem minime primus invenit , immo potius jamdiu Theologis ſcholaſticis inventam in bono lumine collocaram , opportune excultam,& utrinque agitatam cum *Bellarm.* *Pennoto* , *Raynaudo* (non ſecus ac illud de optimiſmo Dei ſyſtema) novis vocibus, quo novitatis amatores excitaret , exornatam propoſuit.Quid enim aliud Leibnitiana ratio ſufficiens eſt ac ſonat , quam ratio , ſeu judicium ultimum practicum vi ſua voluntatem determinans ad electionem ?

Hoc autem judicium determinans (de quo nos diſputavimus in Tomo III. mox adlegato) plures Scholaſtici adfirmant , & plures negant . Multos ex utraque claſſe pugnantes habes ap. *Pennot.* in propugn. hum. libert. l. 1. c. 23. ſqq. & *Raynaud* t. 3. oper. diſcipl. moral. diſt. 2. q. 3. art. 4. p. 329. ſqq. Hactenus de quaeſtione rationis ſufficientis , philoſophiam naturalem ſpectante , cui nempe laudatus *Graſſius* ſuam de ratione ſufficiente ſupernaturali ſententiam nove ac ingenioſe quidem ſubſtruxit .

Hanc itaque Cl. Author (quam ex *Canzio* mox cit. facile eruere potuit) primum reor , publici juris fecit an. 1756. in diſſert. ſive in theſibus theologicis hiſtorico-criticodogmaticis , quas ſub ejus patrocinio propugnarunt Alumni Collegii S. Lazari extra muros Placentiae . Eamdem rurſum novis documentis auctam & communitam pervulgavit an. 1757. & 1760. ſub titulo de con-

cor-

301 QUAESTIO IV. Quid de ſyſtemate IV? ADSERO. Efficaciam gratiae repetit ex arcana quadam adtemperatione auxilii cum voluntate humana, quae ſubſit ſcientiae mediae ac decreto conſenſum ptaefinienti (*d*).

302 Haec autem adtemperatio reſpicit indolem, ingenium, temperamentum recipientis auxilium, una cum adjunctis omnibus, ſub quibus conſenſum liberum obtinendum fore praevidit omniſcius Deus. Gratia itaque & voluntas mutuo in ordine ad conſenſum adtemperatae hunc efficiunt, gratia nempe per ſe ſe ſuadens, ac voluntas per ſe ſe determinans. Ab utraque igitur ſub ea adtemperatio-

cordia principii rationis ſufficientis cum libertate; tum uberius exornatam an. 1769. perductam denique ad poſtremam voti ſui metam paullo ante obitum, ut audio, ſub ann. 1773.

Haud pauca quidem in hiſce vulgatis opuſculis Author diſputat. Novam ibi definitionem libertatis dat, exponitque. Leibnitiana de ratione ſufficiente ac de optimiſmo ſyſtemata adoptat, & propugnat. Rationem ſufficientem, quam relate ad ordinem ſupernaturalem primus, reor, excogitavit & in vulgus edidit, *antecedentem*, *praevalentem*, *infallibilem* ſaepe numero adpellitat, nuſpiam vero aut re aut virtute (quod Doctorem catholicum decuit) neceſſitantem.

Enixe inſuper nititur conciliare rationem ſufficientem luculenter in ſenſu expoſitam ſuo, cum libertate hominis ac Dei, nec non cum aliis adtributis divinis. Quod item ſyſtema ſuum de gratia efficaci, ſita in ratione ſufficiente, non modo rationi luminis naturalis, verum etiam doctrinis Sanctorum Auguſtini ac Thomae quam maxime conſentiat, multis probare pergit documentis ab utroque S. Doctore petitis.

Ad haec phyſicam praemotionem adoptat, independentem tamen ab omni decreto divino; tum delectationem victricem, non autem, ni fallor, relative victricem, hoc eſt ſuperantem gradibus delectationem terrenam.

Proponit demum gloriabundus, ſuo de gratia efficaci ſyſtemate Theologis admiſſo, nullam deinceps (ſi ſuperis placet) futuram inter ſcholas ſententiarum diſcordiam circa ſcientiam conditionatorum, atque explicationem gratiae efficacis. Haec ſummatim de doctrina noſtri Authoris, quippe quae quum ſingularia ſint & nuperrima, minuſque lectoribus obvia, curſim indicanda duximus.

Jam de fatis expoſitae ſententiae de gratia efficaci, prae inopia documentorum pauca eloqui licet nobis. Anonymus quidam data opera videtur propugnare partim idem principium rationis ſufficientis in par. 2. diſſertationis (cujus unam aut alteram paginam olim raptim legiſſe memini) ſuper libertate humana ac neceſſitate motivorum in ſuis determinationibus cum naturalibus, tum ſupernaturalibus, editae Lucae 1763.

At eamdem ſententiam enixis viribus recentiſſime oppugnat ex inſtituto R. P. *Manſuetus a S. Felice* Congregat. Eremitar. excalceator. S. Auguſtini Italiae ac Germaniae, tum quum edebantur opinamenta Graſſii, Placentiae ſapientiſſimus Theologiae Praelector apud Patres Olivetanos: diſſertatione videlicet de diſcordia principii rationis ſufficientis cum libertate, qua didactice, permodeſte, fuſe, nervoſe Graſſii opiniones confutat documentis a ratione, & authoritate copioſiſſima Sanctorum Auguſtini ac Thomae petitis. Perdoctam hanc diſſertationem mſ. in partes quinque tributam perlubenter quidem, at curſim legimus. Ipſam, audio, auctiorem & correctiorem e typis Cremonenſibus recentiſſime in vulgus emiſſam eſſe. Nec de iis plura.

II. Objectiones hoc loci ſolvendae non aliae occurrunt, quam illae ferme alias depulſae pro phyſica praemotione, delectatione relative victrice, ultimo judicio practico determinante. Quae vero cumulat Graſſius ex Auguſtino ac Thoma, aut nihil in rem ſuam plane probant, aut tanti non ſunt ponderis, ni fallor, ut nullo negotio ab unoquoque mediocris ingenii Lectore Theologo ſolvi nequeant.

(*d*) De notione, dotibus & muniis ſcientiae mediae ac decreti praefinientis plura *ſuperius* ad Tom. II. p. 179. ſqq. & 2 p. 246.

ratione exoritur conſenſus liber, a gratia ſcilicet quatenus ad illud divinitus juvat, & a voluntate quatenus ſub eo juvamine ipſum eligit.

303 Exponitur ulterius ſyſtema in plura capita diſtributum. Nimirum 1. Auxilium, quod nuncupatur efficax, eſt per ſe ſe ac intrinſece efficax quoad moralem praemotionem ad conſenſum liberum: eſt quandoque per ſeſe efficax quoad moralem conſenſus determinationem: eſt ſemper per ſe ſe indifferens, hoc eſt inconnexum cum utrolibet libertatis extremo, quoad phyſicam conſenſus determinationem, ortam videlicet ex potentia phyſica ad conſenſum liberum etiam ſub auxilio, quod adpellatur efficax.

304 Ratio partis primae; quoniam auxilium efficax, immiſſum utique a Deo ex intentione efficaci conſenſus, *multis, miris, & ineffabilibus modis* (*e*) praemovet, excitat, invitat, corroborat, trahit ex nativa ſui energia voluntatem ad conſenſum liberum; quippe quem quammaxime intendit. Ratio ſecundae; quoniam tanta interdum eſt auxiliorum vis, tantumque pondus, ut non niſi ſumme difficulter potis ſit ei reſiſtere voluntas, cui tamen integra manet libertas phyſica indifferentiae ad reſiſtendum: id quod ſatis notum eſt ex mirandis converſionibus Paulli, Magdalenae &c. Ejuſmodi auxilium vocatur moraliter connexum cum conſenſu (*f*). Et in damnatis quidem vi tormentorum, nec raro itidem in viatoribus vi ſuggeſtionis urgentiſſimae eſt procul dubio moralis neceſſitas ad diſſenſum cum phyſica ad conſenſum facultate: quid ergo repugnet vice verſa in propoſito caſu? (*g*) Neque vero major propenſio, quam ea moralis determinatio parit, dogmaticum tollit libertatis aequilibrium, neceſſarium ad actum ſimpliciter liberum; illud enim vires duntaxat importat reſiſtendo pares, aut facultatem phyſicam utrimque ſimpliciter ſufficientem; quae porro tum animo non deeſt. (*h*)

305 Ratio tertiae; quoniam auxilium quodlibet eſt per ſeſe inconnexum cum altero libertatis extremo, atque adeo phyſice cum utrolibet ſociabile per adplicationem voluntatis; quippe cui eſt integrum jus & dominium ad phyſicam ſui determinationem, a qua propterea pendet phyſica efficacia auxilii, huic contingens & extrinſeca.

306 II. Auxilium, quod ſua praemotione conſenſum parit, eſt infallibiliter efficax. Sed haec tamen infallibilitas repetenda eſt a ſcientia media de conſenſu conditionate futuro ſub ejuſmodi auxilio ratione adtemperationis praemiſſae, una cum decreto eundem conſenſum praefiniente. His quippe praehabitis, & non aliter, auxilium alias per ſeſe indifferens ad utrumlibet libertatis extremum, eſt phyſice antecedens conſenſum, cum iſto infallibiliter connexum, &

(*e*) Ex *Aug.* contra duas epiſt. Pelag. l. 2. ac de corrept. & grat. c. 5.

(*f*) Ap. *Suar.* cit. l. 5. c. 1. n. 10.

(*g*) Adeas *Ripal.* cit. t. 2. d. 109. a n. 9. & *Arand.* hic d. 59. n. 26.

(*h*) Plura de hoc aequilibrio *Quadr.* cit. p. 2. pu. 4. §. 5.

ab arbitrio libero consequenter impotens repudiari. Sic enim peraeque impossibile est auxilium non parere consensum, vel a dissensu repudiari, quam sit impossibile Dei scientiam falli, aut decretum efficax frustrari. Ex hac itaque scientia & ex isto decreto adsciscit auxilium quamdam infallibilitatis habitudinem ad consensum, sibi propterea extrinsecam & adventitiam. Heinc

307 III. Auxilium qua efficax, est ac jure dicitur *congruum* ex celebri *Aug.* effato (*i*) *quamvis multi uno modo vocati sint, tamen quia non omnes uno modo adfecti sunt, illi soli sequuntur vocationem, qui ei capiendae reperiuntur idonei* ... subinde misericors Deus *cujus miseretur sic eum vocat, quomodo scit ei congruere ut vocantem non respuat*; & rursum ex illo (*k*) *non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, qui hoc modo vocavit, quomodo aptum erat eis, qui sequuti sunt vocationem*; tum ex *Chrysost.* scribente (*l*) Matthaeum a Domino tum vocatum esse, quum vidit Christus eum non repudiaturum vocationem; idemque penitus de vocatis ad vineam (*m*). Et sub eodem quidem sensu audit *vocatio congrua*; animo videlicet immissa coelitus sub iis loci, temporis &c. adjunctis congruis & opportunis, ac sub ea vocationis adtemperatione cum voluntate, in quibus vocatio praevidetur scientia media, & praefinitione decernitur sortitura boni operis fructum.

308 IV. Auxilium efficax coëfficit physice & proxime cum voluntate consensum in genere causae effectricis (*n*). Quoniam gratia contra Pelagium definita, est effectrix & cooperatrix in humanis cordibus bonae voluntatis ex *Aug.* (*o*) & ex *CC. Aransic. Milev. Trid.* saepe laudatis, vires animo subministrat ad consensum, ejusque imbecillitatem juvat ut recte agere possit, & re ipsa agat. Viden' ejus vim, energiam, efficaciam?

309 V. Et vero ratio potissima, quam formalem dicunt, cur consensum efficiat, in electione ac determinatione voluntatis consentientis ex integro sita est. Ac eo quidem collimant ac tandem redeunt cetera, quae praemisimus. Constat manifeste positio haec. Quia enim auxilium per id potissimum aut formaliter fit efficax, per quod formaliter fit reddens fructum boni operis; at hujusmodi fit per determinationem, aut consensum voluntatis, ajente, praeter alios, *Aug.* (*p*) *misericordia praevenit nos, consentire autem voluntati Dei, aut ab ea dissentire, propriae voluntatis est.*

310 Id ipsum mihi haud obscure indicasse videtur Paullus quum haec scriberet ad Corinthios ex 2. *Cor.* 7. *exhortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*, gratiam scilicet praevenientem, de qua est

(*i*) L. 1. ad Simplic. q. 2.
(*k*) De praedest. SS. c. 17.
(*l*) Homil. 31. in Matth. & in comment. sup. c. 9. epist. ad Rom.
(*m*) Hom. 59. in Matth.
(*n*) Consentiunt Doctores plerique, ut puta *Rip.* cit. d. 110. n. 5. *Esp.* ubi de gr. aux. ar. 2. *Marin* t. 1. tr. 8. d. 1. n. 32. cum *Bellarm. Valent.* aliis.
(*o*) De grat. Chr. c. 24.
(*p*) De sp. & lit. c. 34.

eſt quaeſtio, uti heic interpres eſt *Tho.* cum *Aug.* & communi. Jam vero gratiam manere vacuam, eſt fruſtrari effectu boni operis, atque adeo inefficacem; e contrario tamen non manere vacuam eſt ſortiri effectum boni operis, atque adeo eſſe efficacem. Dum itaque Apoſtolus hortatur Corinthios ne gratiam reddant vacuam, aut inefficacem, immo potius fructiferam, aut efficacem, pro certo habet, ac virtute ſaltem adſerit, quod efficacia gratiae huic formaliter adcedat ex conſenſu Corinthiorum.

311 Suffragatur perſpicue *Angelicus* (*q*) qui quum dixiſſet „ praedeſtinatos trahi per internam vocationem, quae nihil eſt aliud „ quam quidam mentis inſtinctus, quo cor hominis movetur a Deo „ ad adſentiendum in iis quae ſunt fidei & virtutis „ ſubjungit illico, *& haec vocatio in praedeſtinatis eſt efficax, quia ejuſmodi vocationi adſentiuntur.* Interpretatione locus non indiget.

312 Huc merito revocare licet perpetuam ejuſdem *S. Doctoris* doctrinam, quod nempe voluntas ſe ſe determinet, ſitque actuum ſuorum domina & electrix, quam porro frequentiſſime inculcat (*r*) ſequutus utique vulgatiſſimum olim *Patrum Graecorum* placitum, cui adhaerens *Anſelm.* (*s*) inclamat, *ſola voluntas determinat ſibi quid ſentiat, nec aliquid facit vis neceſſitatis ubi operatur electio ſola voluntatis.* Exinde vero planum fit, efficaciam potiſſimum aut formaliter non eſſe intrinſecam gratiae, ſed adventitiam, & a determinatione voluntatis conſentientis adceptam. = En itaque, ſingula quae hucuſque diſputavimus brevi complectens, adpoſita gratiae efficacis deſcriptio, *divinum auxilium per ſeſe praemovens, per adcidens congruum.*

COROLLARIA.

313 I. Syſtema hoc, nobis prae ceteris quibuſque unice veri quidem ſimilius, vel partim, vel ex integro praeformatum habes, nec raro quidem ratione, ſive authoritate communitum *ſuperius* (*t*). Et ipſum quidem in illud tandem recidit Molinianum, quod viginti ferme annos acriter oppugnatum, ab aculeis demum adverſariorum in tuto poſitum eſt ac declaratum irreprehenſibile; atque adeo (*u*) ut ipſum Theologiae Profeſſores poſſint publice ſubſtinere copiam jure fecerunt Summi Pontifices Clem. VIII. an. 1598. Paull. V. 1606. Innoc. X. 1654. Alex. VII. 1656.

314 II. Habes in expoſito ſyſtemate univerſam & mirabilem Dei oeconomiam in arcano myſterio de gratia efficaci, ſeu in diſpenſatione gratiae, quae vi ſua liberum voluntatis conſenſum efficit, ac infallibiliter obtinet, libertate voluntatis illaeſa penitus. Facile ita-

 que

(*q*) In c. 8. epiſt. ad Rom. lect. 6.

(*r*) E. c. p. 1. q. 82. a. 1. ad 3. & 1. 2. q. 1. a. 2. O & q. 9. a. 3. ad 1. & a. 6. ad 3. de potent. q. 1. a. 4. ad 3. & 2. ſent. diſt. 25. q. 1. a. 1. O &c.

(*s*) L. de concord. praeſc. & gr. c. 1.

(*t*) Ad Tom. I. p. 34. ſqq. ad Tom. II. p. 182. & 188. ſq. & 317. ſq. ad Tom. III. p. 163. & 184. ſqq. & 203. ſq.

(*u*) *Si Joſ. Carpanum* audias in diſſ. 2. de delect. coeleſti ac terrena ſect. 3. §. 24. p. 250.

que & ſponte ſua inde concluditur optatiſſima omnium votis concordia efficaciae auxiliorum cum libertate hominis iis potenter excitati: ac ſumma quidem cum laude & commendatione omnipotentis Dei, qui ea vi ac ſuavitate auxilii ſui efficaciam libertati creatae adtemperaverit (*x*).

315 III. Praelaudat. *Gazzan.* (*y*) haec ſcribit „ intrinſecam gratiae efficaciam primus, ni fallor, aperto marte Molina impugnavit „ Fallitur tamen, ſi qua fides hiſtorica Calvino, haec differenti (*z*) Deus „ voluntatem movet, non qualiter multis ſeculis traditum & creditum, ut noſtrae poſtea ſit electionis motioni aut obtemperare, aut refragari (en efficaciam gratiae extrinſecam multis retro ſeculis traditam & creditam) ſed illam efficaciter adficiendo „ nempe gratia intrinſece aut vi ſua efficaci, qualem nempe pſeudoreformator Haereſiarcha nove cudere videri voluit, atque amplecti. Ut mittam, eundem nominis *gratiae per ſe & ab intrinſeco efficacis* primum nonnullis inventorem credi: quod mihi nondum exploratum.

OBJECTIONES.

316 Obj. *primo*. Auxilium, quod eſt efficax, non eſt per ſe ſe indifferens modo expoſito. Nam 1.° admiſſis cunctis omnino auxiliis per ſeſe indifferentibus, poſſet creatura aliqua cunctis diſſentire; adeoque poſſet eſſe impraedeſtinabilis per merita: quod repugnat Omnipotentiae, in cujus theſauro ſunt modi innumeri, nobis ignoti, quibus fortiter, & ſuaviter faciat creaturam libere conſentire ſuis praedeterminationibus. 2.° auxilium per ſe indifferens eſt gratia *verſatilis*, illi ſimilis, quam ſtruxit Pelagius, & opugnavit Aug. itemque *pediſſequa* liberi arbitrii, ipſique *ſubjecta*, a quo quippe pendet efficacia gratiae, quo nihil abſurdum magis. 3.° heinc fieret, quod gratia efficax non eſſet entitate diverſa ab inefficaci, ſeu pure ſufficienti: quod falſum eſt; nam efficax per ſe ſpectata eſt intrinſece potentior, quam inefficax; Deus enim per efficacem dat homini vires efficaciſſimas ad faciendum, ipſumque facere, & velle, ex D. Aug. (*a*), non ita vero per inefficacem.

317 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: creatura, quae praevideretur cunctis auxiliis poſſibilibus diſſenſura, ſolum eſſet impraedeſtinanda (*b*). Non omnes quidem novimus modos, quibus Deus trahere poteſt creaturam ad conſenſum liberum, uti novimus modum praedeterminationis thomiſticae cum libertate pugnantem. Ad 2. *N. A.* in ſenſu hoſtium verae gratiae, a quibus, ut ipſam impugnarent, illi invidioſi termini nuper conficti ſunt, ac deinceps Graveſonio, Serryo, Madalenae, aliis adoptati ad conflandam invidiam ſyſtemati de gratia per ſe ſe indifferen-

(*x*) Conferri poſſunt *Moli.* in concor. q. 14. art. 13. d. 40. *Suar.* de grat. l. 5. c. 25. 28. 31. 52. ſq. & opuſc. de auxil. l. 5. c. 14. *Leſſ.* opuſc. de grat. efficac. c. 10. *Aran.* in ſchola ſc. med. l. 13. diſp. 64. ſect. 3. §. 1.

(*y*) Diſſ. 6. c. 2. n. 71.

(*z*) Inſt. l. 2. c. 3. ſect. 10.

(*a*) De correp. & grat. c. 11. 12. 13. 14. & alibi.

(*b*) Recole Tom. II. p. 317. an. 557.

ferenti (c) Gratia non eſt per ſe *verſatilis*, quia id ſonat, verſari, & flecti poſſe in partes oppoſitas, in bonum & malum, in rem & rei carentiam; quum tamen gratia de ſe ſit ſolum virtus ad bonum. Nuſquam Pelagius impugnatus eſt ab Aug. quod admiſerit gratiam per ſe indifferentem, ſed quod gratiae neceſſitatem ad opera ſalutaria denegarit. Nec unquam inter eos pugna fuit circa gratiam efficacem, ſed modo circa ſufficientem.

318 Non eſt inſuper *pediſſequa* liberi arbitrii, quia id ſonat, gratiam ſupponere actum aliquem ex ſolis naturae viribus productum, ut docebant Semipelagiani; quum tamen voluntas ſit pediſſequa gratiae, quippe quae ad omnem actum ſalutarem illi neceſſario praeit in genere cauſſae efficientis & moralis. Non eſt demum *ſubjecta* libero arbitrio; quia id ſonat eam adeſſe, & abeſſe ad nutum arbitrii, quum tamen adſit modo, & abſit ad nutum Dei etiam dum efficax eſt, nec enim talis eſſet independenter a libertate homini a Deo conceſſa, & a Dei praefinitione de ejuſmodi efficacia. Ad 3: gratia efficax, & inefficax ſolum differunt penes obliquum, aut connotatum, uti excitans, & cooperans; quatenus nempe una conjungitur cum effectu, non alia: eadem utrique ineſt virtus intrinſeca praemovendi moraliter, neutri phyſice praedeterminandi (d).

319 Obj. *ſecundo*. Conſenſus liber non conſtituit gratiam efficacem. Nam 1.° conſenſus oritur ex gratia re ipſa efficaci; at non oritur a ſe ipſo: ergo. 2.° gratia efficax in eo differt a ſufficiente, quod per iſtam Deus dat ſolum poſſe, ac per illam dat ulterius ipſum agere; at ſi ejus efficacia ſita ſit in cooperatione conſenſus, hoc agere non nobis daretur a Deo potius per gratiam efficacem, quam per ſufficientem, eo quod ex efficacia, & determinatione noſtra poneretur. 3.° nequit creatura reſiſtere efficaci Dei propoſito, ſeu decreto, a quo procedit auxilium efficax: ergo nequit facere, quod iſtud non ſit efficax. 4°. in homine initium fidei, converſio, finalis perſeverantia non ſunt ab homine, ſed a Deo; in cujus propterea voluntatem debent ultimo reſolvi, non in voluntatem creatam; at non ita, ſi efficacia auxiliorum pro iis actibus conſiſtat in ſolo creaturae conſenſu.

320 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Ma.* a gratia efficaci qua tali & ſecundum totum, quod dicit in concreto, *N.* a gratia ſecundum ſe ſumta, & ſecundum rectum ejus concreti, ad eum modum, quo actio dicitur oriri a cauſſa re ipſa efficiente & cauſſante, *C.* &c. Ad 2. *N. Mi.* Agere ponitur ex determinatione voluntatis, ut adjutae per gratiam praecuntem, praeviſam congruam, quae propterea dat ipſum agere, quatenus ad iſtud juvat, & concurrit in genere cauſſae efficientis, quod non praeſtat gratia mere ſufficiens.

321 Ad 3: poteſt creatura reſiſtere efficaci Dei decreto, quatenus

(c) Lege *Quadr.* in caduc. t. 1. par. 1. pu. 4. n. 26.

(d) Conf. *Suar.* cit. l. 5. c. 18. & 21. a n. 15. *Leſ.* cit. c. 10. *Quadr.* cit. p. 2. pu. 9. a n. 220.

nus potuit antecedenter illud impedire per dissensum : potest item resistere auxilio efficaci secundum se adcepto, non qua tali ; sic enim jam importat consensum , aut saltem connexionem aliquam posteriorem cum consensu. Ad 4.: collatio auxilii congrui qua talis pro illis actibus est a Deo, actuum determinatio est ab homine cum adjutorio Dei, conferentis libertatem, & concursum ad eam determinationem , quae propterea ex hoc titulo etiam a Deo est, cui subinde duntaxat prima illorum actuum radix, & ultima resolutio adtribuenda est ; siquidem ideo homo actus illos liberos determinat , quia congrue vocatur a Deo, ajente Aug. (e) *& si quis sibi tribuat quod vocatus veniat, non tamen quod vocatus sit.*

322 Obj. *tertio* . Ex doctrina nostri systematis multa deducuntur absurda . Nam fieret exinde 1.° , quod si Deus conferat auxilium efficax , quia tale praevisum est , verae sint istae causales , *quia homo operatur , Deus operatur: quia homo vult consentire , Deus auxiliatur: quia homo vult converti , gratia excitans transit in cooperantem* : & falsa haec : *quia Deus dat auxilium efficax, homo consentit* ; unde & Dei concursus est postdeterminatio, & consensus est pro priori natura ad gratiam , & ipse consensus partim a gratia, partim a creatura profluit: quae Semipelagianismum redolent. 2.° quod potissimum in nostra cooperatione possimus aeternae vitae spem collocare: quod & derogat dignitati gratiae, & superbiam nostram nimis confovet . 3.° quod quum ponatur Deus perfectissimus cognitor earum hypothesium, in quibus sit bene usura nostra voluntas, rogandus erit, ut tamquam *sagacissimus* & *industrius* nobis opportune provideat, non vero ut tamquam *Omnipotens Dominus, & Author gratiae* nostras rebelles voluntates devincat ; contra id , quod tamquam a PP. commendatum , rogant cum Ecclesia sui filii . 4.° quod dum nimium libero arbitrio concedimus, & nimium gratiae viribus detrahimus.

323 R. *N. Ads.* Ad 1. prob: si tres priores causales solum insinuent conditionem nostri consensus & libertatis, verae sunt ; falsae, si designent veram praecessionem nostrae causalitatis ad divinam, quum eadem sit actio indivisibilis Dei, gratiae, & voluntatis. Quarta causalis vera est, quia gratia efficax collata cum praescientia, & praefinitione congruitatis, causat consensum, ad eum excitans, pulsans, inclinans. Quid autem sententiae catholicae magis consonum? Ubinam divini concursus *postdeterminatio* ab Alvarez conficta?

324 Ad 2: possumus spem reponere in nostris meritis ex gratia factis (f) at potissimum reponere debemus in gratia congrua , quae consensum pariat infallibiliter ex divina dispensatione ; perpetuo subtimentes, ne illa desit, & nostra corruat imbecillitas. Ad 3: utroque modo rogandus est Deus, ex mente PP., & Ecclesiae, ut nobis scilicet potenter & sapienter provideat, illis nimirum mediis, qui-

(e) L. 83. qq. quaest. 68. (f) Ex disputandis ubi de merito theol.

quibus non deſtruat ipſe quod fecerat, videlicet hominis libertatem cum merito theologico.

325 Ad 4: plurimum conſulit hoc ſyſtema libero arbitrio, plurimumque praedeterminans auxilio efficaci. At in tanta Myſterii obſcuritate, dummodo perſpicue non innoteſcit modus ille mirabilis, quo gratia per ſe efficax independenter a libero arbitrio, conſenſum liberum praedeterminat, clarius, & facilius videtur hoc ſyſtema conciliare liberum arbitrium cum dignitate gratiae per ſe indifferentis, quam conciliet praedeterminans, & quodcumque aliud connectens intrinſece antecedenter gratiam cum conſenſu libero, dignitatem gratiae per ſe efficacis cum libero arbitrio (*g*).

326 Adpoſite heic *Anton. Genuenſis*, & cordatiſſime quidem in haec verba (*h*) „ Utrum vero gratia divina ſit intime infinite efficax, an vero denominetur efficax ex effectu, id in controverſia poſitum eſt. Qui adſirmant & qui negant, utrique ab Eccleſia tolerantur. Nobis poſterior placuit doctrina, quod credamus, eam conformiorem eſſe divinis Scripturis, & oeconomiae Dei cum hominibus; conformiorem quoque naturae noſtrae. Sed contra ſentientibus nihil derogatum volumus: diſſentimus ab illis, non tanquam ab hoſtibus, ſed tanquam a fratribus. Utrique ejuſdem matris Eccleſiae filii ſumus: indignum autem eſt Eccleſiae catholicae filios cum ira & odio diſputare.„ Haec ille nuperrime, nobiſcum ſentiens; haec & nos.

§. V.

Gratia Sufficiens aut inefficax.

327 QUAESTIO I. Quid generatim illa ſit, & quotuplex? ADSERO 1. Deſcribi poteſt, *divinum auxilium per ſe praemovens, & per adcidens incongruum*. Sumitur enim heic pro vera gratia auxiliante, attamen mere ſufficienti, ſeu inefficaci, aut inconnexa cum opere ſalutari, ad quod praemovet, & quidem quantum in ſe eſt, efficaciter, ac bonum opus intendens (*i*). Differt ergo ab efficaci praeciſe quoad obliquum, ſeu quoad incongruitatem, aut privationem effectus, ad quem ſufficiens vi ſua praemovet voluntatem, quin eum obtineat.

328 II. Partiri ſolet in proxime, & remote ſufficientem. Illa confert potentiam proximam, & expeditam ad obſervandum praeceptum re ipſa obligans: iſta ad hoc obſervandum dat potentiam remotam, quatenus dat potentiam proximam ad actum aliquem, e. g. ad pium deſiderium, orationem &c. quo adquiratur auxilium pro-

(*g*) Adi ſis *Suar.* cit. l. 5. c. 27. *Aran.* cit l. 13. d. 64. an. 130. *Quadr.* cit. p. 2. pu. 9. §. 2. *Leſ.* cit. c. 10. *Cjapodum* tr. de grat. l. 2.

(*h*) In theol. chr. l. 6. c. 4. §. 27. ſub fin.

(*i*) Vulgo *TT.* cum *Suar.* de grat. t. 2. l. 4. c. 1.

proxime ſufficiens. Infertur ex *Trid.*(k) ajente, *Deus impoſſibilia non jubet, ſed jubendo monet & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, & adjuvat, ut poſſis*; itemque ex proſcriptione prop. 1. Janſenii. Et vero auxilio remote ſufficienti congruit adſerta deſcripio, ſi privetur effectu, ad quem proxime praemovet; ſi iſtum vero obtineat, efficax eſt, & quidem cum habitudine ad ulterius auxilium, vel proxime ſufficiens, vel efficax relate ad obſervationem praecepti urgentis.

329 III. His addi poteſt auxilium remotiſſime ſufficiens, quod ſcilicet ex parte Dei homini offertur, & praeparatur ſub aliquo modo, vel conditione, priuſquam ab homine per aliquod ſupernum auxilium inchoatum ſit opus ſalutare; quod nimirum homo adquirere poteſt, ſi velit, ad comparandam perfectam libertatem, qua praeceptum Dei obſervet, aut ne tentationi ingruenti ſuccumbat. Hujus generis eſt concurſus ſimultaneus, quem Deus homini offert, ſi ſe determinet ad conſenſum (*l*).

330 QUAESTIO II. Quae ſingularis, & perfecta notio gratiae ſufficientis? ADSERO. Eſt auxilium, quod effectu, ad quem datur, caret ex culpa, aut imperfectione voluntatis, & ad quem ponendum dat veram, & completam potentiam, ſaltem remotam, etiam relate ad praeſentem difficultatem, tentationem, & concupiſcientiae motum. Dixi 1.° *ex culpa, aut imperfectione voluntatis*, quia quod voluntas reſiſtat auxilio, collato ad exſequendum Dei conſilium, vel opus aliquod ſupererogationis, ei ſolum ad imperfectionem imputatur. Dixi 2.° *etiam relate* &c., quia gratia ſufficiens non modo dat potentiam abſolutam, ſeu quaſi genericam, ſecundum ſe ſpectata, ad ſalutariter operandum, quod omnes catholici tenent; ſed etiam relativam, ſeu relate ad vincendam tentationem, ſeu terrenam delectationem viribus ſuperiorem, in praeſentia titillantem; quod quidem Janſenii diſcipuli (ſimulantes alioqui in cunctis cum catholicis convenire) ardenter negant, & oppugnant.

331 Adſertum nonnullis eſt fide ſanctum (*m*). Illud ſaltem conſtat in primis ex *Scripturis*, quibus objurgantur peccatores, quod interiori vocationi, & voluntati antecedenti, qua Deus vult omnes ſalvos fieri, reſtiterint, e. c. *Prov.* 11. 24. *Iſa.* 65. 12. *Matth.* 23. 37. *Joan.* 15. 22. *Act.* 7. 51. &c. Sed enim gratiae duntaxat ſufficienti reſiſti poteſt, & non niſi ipſa inſtructus poteſt homo ſalutare opus, ſibi injunctum, exſequi. Deinde ex *CC.* quae idem dogma vel ſtatuunt, vel ut certum praemittunt (*n*) Inſuper ex Eccleſiae definitionibus contra Propoſitiones Janſenii (*o*) damnatas in ſenſu Jan-

(k) Seſſ. 6. cap. 11.

(*l*) Conf. *Suar.* cit. ac inſuper c. 2. n. 3. & 11.

(*m*) Ita quidem *Suar.* cit. *Bellar.* l. 2. de grat. *Rhod.* de grat. d. 2. q. 2. ſ. 1. *Aguir.* t. 3. d. 133. & 134. *Deckamps* l. 2. d. 8. a c. 9. *Mun.* de grat. d. 12. n. 3. *Journ.* tr. de grat. q. 4. a. 1 & 2. *Ferrer* t. 3 tr. 3. d. 2. dub. 4. num. 332. *Antoine* t. 4. cap. 4. ar. 1. §. 2.

(*n*) Ut puta *Trid.* proxime cit. ſeſ. 6. c. 1. *Arauſic.* II. can. 250. *Senon.* p. 1. in decr. fid. cap. 15.

(*o*) Videlicet contra I. II. IV.

Janſenii, qui plane in gratia ſufficiente, quam parvam & invalidam vocat, ultro fatetur potentiam abſolutam ad obſervandum praecepta, Deoque adſentiendum, diffitetur vero relativam. Item ex *PP.* in idem dogma conſpirantibus (*p*). Et ratio quidem id ipſum convincit; quia alioqui nec nobis eſſet potentia ad obtinendam ſalutem abſque gratia efficaci; nec nobis imputari poſſet ad culpam violatio praeceptorum, utpote obſervatu impoſſibilium (*q*).

OBJECTIONES.

332 Obj. *primo* cum Janſenio & ejus adſeclis. Gratia ſufficiens nullam dat potentiam relativam, ſeu in ordine ad vincendam delectationem terrenam intenſiorem, in praeſentia prementem. Nam 1.° nonnulla Scripturae loca militant pro ſola gratia efficaci, e. g. Philip. 2. 13. Rom. 9. 19. & 16. 2.° nihil frequentius in Aug. doctrina, quam quod omnis, qui habet internam Chriſti gratiam, hoc ipſo bene operetur (*r*). 3.° ex Coeleſtino (*s*) *lex ſupplicandi ſtatuit legem credendi*; at Eccleſia non orat pro impetranda gratia ſufficiente, ſed efficaci: ergo. 4.° ex Aug. (*t*) *qui vult facere Dei mandatum, & non poteſt, jam quidem habet voluntatem bonam, ſed adhuc parvam, & invalidam; poterit autem quum magnam habuerit, & robuſtam.*

333 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: illa loca, & ſimilia ſolum probant exſiſtentiam gratiae efficacis, uti multo plura probant exſiſtentiam ſufficientis. Ad 2: quoties Aug. gratiam effectui conjungit, agit de gratia efficaci; de illa ſcilicet quae per excellentiam ſola fere gratiae nomen obtinuit, quia eſt gratia electorum propria, apud ipſum *Aug.* (*u*). Sed alibi idem gratiam ſufficientem admittit (*x*). Ad 3: Eccleſia orat pro impetranda gratia, quae in ratione beneficii eſt majus donum; at non proinde reſpuit minus donum, quale eſt gratia ſufficiens. Ad 4: Aug. ibi ſolum intendit, non ſemper adeſſe ex gratia ad opus bonum potentiam proximam, etſi ſemper adſit gratia orationis, quae confert vires, relative quidem, ſed remote tantum pares ad opus. Iſtam ergo gratiam ſufficientem remotam vocat merito voluntatem *parvam, & invalidam*; ſufficientem vero proximam, *magnam & robuſtam*, quoniam haec per ſeſe eſt aeque potens, ac gratia efficax, non item illa.

334 Obj. *ſecundo*. Si gratia ſufficiens det vires relative pares, ac proportionatas concupiſcentiae, ne deſtruatur aequilibrium libertatis, neceſſarium ad meritum; eo major, ac perfectior debet eſſe

(*p*) E. c. *Aug.* l. 83. qq. q. 68. & l. 1. ad Simpl. q. 2. & l. 1. de Geneſ. contra Manich. c. 3. & l. 2. de peccat. merit. c. 17. &c. vulgatus *Proſp.* l. 2. de vocat. gent. c. 5. *Fulgen.* epiſ. 7. ad Venantiam c. 8. *Hieron.* epiſ. ad Cyprian. *Chryſoſt.* hom. 7. in Joan. & ſerm. 19. in Rom. 11. *Greg.* l. 17. moral. c. 9. &c. *D. Th.* 1. p. q. 49. a. 2. & 1. 2. q. 106. a. 2. ad 2. &c.

(*q*) Recole *AA.* citt. & *Rip.* t. 3. d. 23. ſere per tot.

(*r*) Ser. 42. de verb. Dom. & l. 2. ad Bonifac. c. 9. & l. de praedeſt. SS. c. 8. & l. de grat. Chr. c. 13. & 14.

(*s*) Ep. ad Epiſc. Galliae.

(*t*) Lib. de gratia & liber. arbit. cap. 17.

(*u*) L. de grat. Chriſt. c. 13. & l. de bono perſev. c. 23.

(*x*) Ex diſputatis ubi de grat. efficaci.

gratia, quo magis animus erit obduratus; & vice versa eo minor ac debilior, quo sanctior ille erit: quod quis sanae mentis admiserit? *Tertio*. Etsi gratia sufficiens non conferat vires relativas, ipsi tamen proprie resistitur, quoniam concupiscentia semper gratiae repugnat, licet absque victoria, eique resistit, sicut rupes tormento bellico, aut homo cordatus levi rationi. *Quarto*. Haec gratia pure conferens potentiam relativam, monstrosa est, quia nunquam habuit, aut habebit effectum; ac inutilis, quia solum servit, ut possis peccare, ac citra invidiam damnari; tum implicans contradictionem, quia non est sufficiens, nisi quia est insufficiens; illi enim ut pure sufficienti nequeo cooperari, nam alioqui jam esset efficax. *Quinto*. Haec gratia est illud *adjutorium possibilitatis*, a Pelagianis, eorumque reliquiis adsertum, quod veluti Scripturis adversum, rejecit Aug. (y). *Sexto*. Saepe Scripturae, CC. PP. docent, sine gratia efficaci non posse hominem venire ad Christum, credere, converti &c.: ergo nequit illud *posse* tribuere gratia sufficiens, aut si tribuat, erit efficax; adeoque nulla omnino erit gratia sufficiens, sed omnis gratia efficax erit. *Septimo*. Voces *potentiae absolutae*, & *relativae*, utpote novae & antiquis Scholae magistris incognitae, repudiandae sunt.

335 R. Ad *secundum*. *N. Adj.* Solum admittimus aequilibrium *potentiae*, *indifferentiae*, & *electionis*, quo nempe voluntas sub motione gratiae, vel concupiscentiae sufficientem retinet indifferentiam, per quam immunis a necessitate etiam simplici, & relativa, ad quam libuerit partem sese flectere potest. Huic aequilibrio nec intensior, nec remissior gratia, aut concupiscentia nocet. Ad *tertium*. *N. Adj.* Id non sufficit ad resistentiam proprie dictam, alioqui etiam gratiae efficacissimae resisteretur, quia saepe etiam contraria concupiscentia oppugnatur. Jansenius, ad cujus mentem suae quinque propositiones confixae sunt, non negavit hoc sensu resistentiam gratiae. Rupes, quae nec tantillum ab impetu tormenti bellici commoveri potest, huic proprie non resistit, quia cum eo non congreditur, sed duntaxat ab eo inflectitur. Neque vero valet comparatio inter physica, & moralia. Homo cordatus non dicitur resistere rationi, quae eum nequeat prudenter movere; sed potius illam despicere, & floccifacere. Demum Ecclesia non aliter intelligit, gratiae interiori resisti, quam quod eo privatur effectu, quem relative ad praesentem concupiscentiam inimicam ex Dei ordinatione potest habere.

336 Ad *quartum*. *N. Adj.* quoad omnes partes. Gratia sufficiens suapte natura optima est, intendit, & inducit effectum, dispensatur in ordine ad obtinendam salutem, ad quam ex se potens, & plene sufficiens est: unde quod effectu semper privetur, creaturae vitio, & resistentiae tribui debet. Ad *quintum*. *N. A.* Adjutorium possibilita-

(y) L. de grat. Christ. per tot.

litatis ad ſenſum Pelagii non dabat poſſe ſimpliciter, ſed ſolum poſſe facilius, & ſitum erat in lege ac doctrina & exemplis Chriſti, exterius, vel etiam interius propoſitis. Quod ſi Pelagius verum poſſibilitatis auxilium, ſeu veram gratiam ſufficientem, dantem facultatem, ſeu poſſibilitatem completam ad actum aliquando admiſit, teſte *Aug.* (z), illud adprobat S. Doctor. (a)

337 Ad *ſextum*. *D. A.* ſine gratia efficaci non poſſe hominem converti &c. ſcilicet conjungendo infallibiliter potentiam cum actu converſionis, *C.* non ita conjungendo, ſed unice praeſtando completam potentiam ad actum converſionis, *N. A.* & *Con.* Ad *ſeptimum*: illis vocibus uti debent Orthodoxi poſt exortam haereſim Janſenianam; hujus quippe Sectatores hac unica utriuſque potentiae aequivocatione ſeſe involventes, cenſuras Eccleſiae eludunt, ac quinque propoſitiones verbo tenus damnant, re ipſa tuentur. Nec aliter ipſi ſubſtinere poſſunt gratiam *parvam* ſui Janſenii, quae, licet operetur quantum poteſt, praeſtans potentiam abſolutam ad aliquos actus imperfectos, nullam tamen praeſtat relativam, ſeu ad vincendam intenſiorem concupiſcentiam ſibi inimicam (b).

338 QUAESTIO III. Num gratia, ut ſit ex integro ſufficiens obtinendo conſenſui, egeat fortiore gratia, e. g. moraliter, aut phyſice praedeterminante? NEGO. Quia ex terminis inſufficiens eſt in ratione gratiae ad actum aliquem id, propter quod requiritur alia gratia, ſine qua actus impoſſibilis eſt: quae autem ſufficientia illa eſt in ordine gratiae, quae ulteriorem expoſcit gratiam, ut ſufficiat proxime, expedite, complete ad actum? quae non complectitur omne id, quod requiritur ex parte principii, ut actus ponatur, quum praedeterminatio ſit ad iſtum ſimpliciter neceſſaria? quae non ſufficit ad hoc, ut quis obſervet praeceptum, cujus actus a Deo injungitur, non vero potentia ad actum?

339 Deinde ex *Trid.* (c), & *Aug.* (d) hominis culpa eſt, quod privetur gratia efficaci ad agendum neceſſaria: at non ita eſſet in ſyſtemtae thomiſtico; quia enim primo peccans lethaliter poſt baptiſmum cum gratia ſufficienti, non privaretur ob culpam aliquam gratia efficaci thomiſtica, neceſſaria ad declinandum peccatum; quod propterea nequiret illi imputari. Quod ſi reſiſtens gratiae ſufficienti, hoc ipſo privetur praedeterminatione; haec jam erit impedibilis, & conferibilis, dependenter a creaturae conſenſu erga gratiam ſufficientem: quod thomiſtico ſyſtemati plane adverſatur. (e)

OBJECTIONES.

340 Obj. Gratia ſufficiens illa eſt, quae ab alia efficaci praede-

(z) De geſtis Pelag. c. 14.
(a) Praeſertim l. de grat. Chriſ. c. 47.
(b) Recole cit. *Rip.* d. 23. ſ. 13. 18. & a ſ. 25. ad 27. ceteroſque pro adſerto noſtro mox laudatos.
(c) Seſ. 6. cap. 13.
(d) L. de pec. mer. & rem. c. 17. n. 26.
(e) Conf. *Suar.* cit. l. 4. c. 6. *Tourn.* t. 2. de grat. Chriſt. q. 7. a. 4. concl. 3. *Quad.* in caduc. p. 2. pu. 6. ſ. 1. & 2.

terminante ſejungitur. Nam 1.° ſufficiens eſt gratia poſſibilitatis, non actionis, & e converſo efficax. 2.° gratia ſufficiens deficiente efficaci, eo praeciſe caret effectu ſecundario, ſcilicet opere ſalutari: at non eſt propterea arida, & omnino ſterilis, quia gaudet ſuo effectu primario, ſcilicet excitandi, licet debiliter, & ſemi-inclinandi ad opus: ergo recte intelligitur ſufficiens, hoc ipſo quod ab efficaci ſejungatur. 3.° ſufficiens ex parte potentiae, ſeu principii habet quidquid opus eſt, ut homo poſſit agere, licet indigeat efficaci, ut actu agat: non ſecus ac potentia videndi eſt ſufficiens principium ad videndum, etſi actualis viſio nunquam fiat, niſi adcedente lumine. 4.° hoc ipſo, quod juſtus gratiae ſufficienti non obtemperat, merito privatur efficaci, ac permanet cum mere ſufficienti; quemadmodum in ſyſtemate oppoſito de gratia per ſe ſe indifferenti, qui gratiae excitanti non adſentitur, privatur adjuvante, neceſſaria ad actum. 5.° gratia ſufficiens dat potentiam antecedentem ad actum, efficax vero potentiam conſequentem: quo rite concipitur notio gratiae ſufficientis ex ſolo efficacis defectu. 6.° hoc ſyſtema longius diſtat a Janſeniano, cum quo oppoſitum omnino convenit, ſaltem pro ſtatu innocentiae.

341 *R. N. Adſ.* Ad 1. prob: ſufficiens eſt gratia poſſibilitatis proximae, & prorſus expeditae, quae thomiſticae ſufficienti minime convenit. Ad 2: gratia ſufficiens hoc ipſo effectu ſecundario caret, quod ei voluntas reſiſtat. Quod excitet, ac ſemi inclinet, tollit ab ea ariditatem, ſed non ei confert plenitudinem virtutis, & expeditionis, ad veram libertatem proximam requiſitam. Ad 3. *N. A.* & paritatem; quia ex *D. Aug.* (*f*) potentia videndi, ſeu oculus *ad videndum lumine ſuo ſibi non ſufficit*, (ſcilicet proxime) *niſi illi extrinſecus adjutorium clari luminis praebeatur*.

342 Ad 4. *N. A.* Ipſe diſſenſus gratiae ſufficienti eſt defectus, aut privatio gratiae efficacis, quia eſt ratio, qua ſufficiens redditur inefficax: unde conſequenter in noſtro ſyſtemate diſſenſum gratiae excitanti ſubſequitur gratiae adjuvantis privatio. Alioqui quum ad conſenſum gratiae ſufficientis praerequiratur efficax thomiſtica, uti praerequiritur apud Adverſarios ad reliquos actus ſalutares, diſſentiens ſufficienti, abſente efficaci, conſentire non poſſet, ac neceſſario diſſentiret.

343 Ad 5. *N. Adſ.* Imperceptibile eſt, quo pacto adpelles potentiam conſequentem illam, quae eſt a gratia per ſe efficaci, & ſe debet habere cum vera prioritate ad actum. Ad 6: nullus tanquam in fide errantem oppugnavit Janſeniſmum, eo quod admittat gratiam intrinſece indifferentem pro ſtatu innocente. Et vero ipſa gratia *parva* Janſeniana potius videtur habere rationem gratiae ſufficientis, quam thomiſtica ſufficiens; haec enim habet ex ſuis intrinſe-

(*f*) L. de geſt. Pelag. c. 3. n. 7.

fecis, quod se sola nequeat effectum ponere, illa vero in se ipsa gradatim crescens usque ad excessum concupiscentiae, illum proderet (g).

344 QUAESTIO IV. Num gratia sit per se sufficiens, seu potius ab extrinseco? ADSERO. Est ab extrinseco ratione dissensus; qui porro subest Dei praescientiae ac permissioni ejusdem dissensus (h). Ratio primae partis; quia auxilium ex se aeque indifferens est ad inefficaciam, ac sit ad efficaciam; fit autem efficax per consensum: ergo & inefficax per dissensum. Deinde nequit auxilium per se inducere ad sui inefficaciam, sitam in dissensu; alioqui hic in Deum refunderetur, tanquam in primam radicem; nec potest ad ipsum ulla creatura voluntatem cogere: ergo a sola voluntate oritur auxilii inefficacia, seu nuda sufficientia, quam sitam ex integro dixeris in dissensu, quippe qui est metaphysica sui connexio cum auxilio, qua inefficaci. Heinc *Aug.* (i) *dum non facit quisquis quod debet, nulla culpa est Conditoris.* Insuper si auxilium sit per se, & ex natura sua inefficax, nullus poterit in eo salutis spem reponere, nullus enim potest prudenter finem aliquem sperare a medio per se inefficaci. Ratio secundae partis, quia physice antecedenter ad inefficaciam, haec per scientiam mediam, & decretum permittens dissensum, fit consequenter infallibilis, & infrustrabilis, evitabiliter tamen a creatura, quae, uti dissentit, consentire posset: ad eum plane modum, quo diximus de efficacia. (k)

OBJECTIONES.

345 Obj. *primo*. Auxilii inefficacia provenit ab intrinseca ejusdem auxilii limitatione. Nam 1.° hoc auxilium ex se, & ut condistinctum ab efficaci, dat solum posse, non agere. 2.° tam invalidum est, ut nullus hucusque eo adjutus bene egerit, aut salutem obtinuerit, nec in posterum aget, aut obtinebit; at causa, quae nunquam infallibiliter adsequitur effectum, merito censetur ad talem effectum ab intrinseco insufficiens. 3.° auxilium sufficiens, nisi aliunde adcipiat efficaciam, hanc non adsequitur: ergo ex se inefficax est.

346 R. *N. Adj.* Ad 1. prob. *N. A.* Dat solum posse, non agere, non ex natura intrinseca auxilii sufficientis, sed ex libertate voluntatis, cui datur auxilium sufficiens, quod propterea non ex se, sed solum ex adcidenti inefficax est. Ad 2: auxilium quodlibet secundum se sumtum est indifferens ad efficaciam, & inefficaciam; qua vero inefficax, tale est, quatenus est in homine, qui illi resistit: unde sola hominis fragilitas est causa libera inefficaciae, seu perpetui defectus actionis, & salutis sub eo auxilio. Et hic quidem defectus jam supponitur quoad nos confuse in iis, quae frequenter adcidunt, & quoad Deum clare in sua praescientia, & permissione.

At

(g) Plura citt. *Suar. Tourn. Quadr.*
(h) Ita *Suar.* cit. l. 4. c. 6. a n. 5.
(i) L. 3. de lib. arb. c. 18.
(k) *Supra* §. IV. q. IV. V. *Suar. Quad.* citt.

At quisnam quaeso jure mirabitur ex causſis liberis, & fragiliſſimis perpetuos ſuboriri diſſenſus vocanti Deo? Ad 3. *D. Conſ.* inefficax eſt negative, ideſt non eſt efficax ex ſe *C.* poſitive, ideſt ex ſe connexum eſt cum inefficacia, *N.* quia iſtam haurit omnino a diſſenſu.

347 Obj. *ſecundo*. Inefficacia auxilii provenit a Deo, in quem ſubinde refunditur. Nam 1.° eodem modo cauſſat Deus ex ſola ſua voluntate auxilium congruum, ſeu efficax, ac incongruum, ſeu inefficax, ſcilicet antecedenter ad voluntatem hominis; hic enim nequit eſſe in cauſſa, quod auxilio congruo, vel incongruo vocetur; at Deus eſt cauſſa principalis independenter a creatura auxilii congrui qua talis: ergo & incongrui. 2.° Deus confert auxilium inefficax, potens efficax conferre, quod inefficaciam praeverteret: ergo eſt cauſſa hujus inefficaciae. 3.° ex Aug. (*l*) *ad alios autem vocatio quidem pervenit, ſed quia talis fuit, qua moveri non poſſent, ut eam capere apti eſſent, vocati quidem dici potuerunt, ſed non electi* &c.: ergo inefficacia ex Deo eſt. 4.° ex eodem (*m*) *cur non omnes docet, ut veniant ad Chriſtum, niſi quia omnes, quos docet, miſericordia docet, quos autem non docet, judicio non docet, quoniam cujus vult miſeretur, & quem vult indurat*: ergo inefficacia habetur ex Deo, negante auxilium internum. 5.° ex ipſo (*n*) *relicti ſunt* (utique Tyrii, & Sydonii in maſſa corruptionis) *qui etiam credere potuiſſent, ſi mira illa Chriſti ſigna vidiſſent; ſed quoniam ut crederent non erat eis datum, etiam unde crederent erat negatum*: ergo ex Deo provenit, quod in non electis vocatio ſit inefficax.

348 R. *N. Adſ.* quod minime quidem cohaeret cum divina voluntate antecedente omnes ſalvandi, quodque facit Deum peccati authorem; quum tamen ex Oſe. 13. *perditio tua Iſraël: tantummodo in me auxilium tuum*. Ad 1. prob. *N. Maj.* Deus confert auxilium congruum qua tale, illud volens, & intendens; incongruum vero qua tale illud modo permittens quoad incongruitatem. Porro licet non ſit in manu hominis vocari auxilio praeviſo congruo, aut incongruo, at in ſua poteſtate eſt, ut quodcumque auxilium, quo vocetur, ſit, aut praevideatur congruum, aut incongruum. Quod autem Deus conferat auxilia non obſtante eorum incongruitate praeviſa, & permiſſa, ſolum arguit in Deo libertatem, juſtitiam, & providentiam in auxiliorum diſtributione ad ſuos fines (*o*).

349 Heinc ad 2. *N. Con.* Sunt auxilia neceſſaria ad liberum uſum voluntatis, & ne ſalutis defectus imputetur Deo, qui propterea non tenetur illa eis denegare, quos praevidet fore abuſuros auxiliis. Ad 3: loquitur Aug. de vocatione incongrua, qua praejacta, & ut a Deo praecognita, vocatus impotentia conſequente nequit moveri ut eam reddat congruam, ipſi cooperando; tametſi ſpectata intrinſe-

(*l*) L. 1. ad Simpl. q. 2.
(*m*) De praedeſt. SS. c. 8.
(*n*) L. de bonor. perſev. c. 14.
(*o*) Recole *ſuperius* dicta ad Tom. II. p. 300. ſqq.

ſeca virtute, ac potentia tum auxilii, tum voluntatis, potuiſſet ſimpliciter vocatus, ſeorſim ab iis adjunctis, illam efficere congruam.

350 Ad 4: ſenſus eſt, quod licet Deus ita omnes doceat, aut vocet per auxilia ſufficientia, ut poſſint omnes ad Chriſtum venire, non ita tamen vocat omnes per efficacia, ut actu veniant. Cur vero multi per inefficacia vocentur, quum aeque poſſint per efficacia vocari, myſterium eſt ad ſola Dei judicia revocandum. Ad 5: eſt ſenſus, quod Tyrios, & Sydonios nec ad ſalutem elegit, nec dedit eis, unde crederent, ſeu auxilium, quo actu crederent; ſcilicet non quod eis negarit potentiam credendi, aut aliquid, ratione cujus non ſint uſi ejuſmodi potentia, nec actu crediderint, ſed eo quod noluerit eis conferre vocationem congruam, qua praeſciebat, eos actu fore credituros (*p*).

COROLLARIA.

351 I. Haec auxilia vel remote, vel proxime ſufficientia diſtribuit Deus creaturis (*q*). Inaequaliter quidem, & prout vult, aliis ſcilicet raro, nimirum quo tempore neceſſaria eſt gratia ad obſervandum praeceptum, ſeu ad tentationem vicendam; aliis vero frequentius, & uberius. Haec autem inaequalitas a Dei voluntate tanquam a prima radice ſemper oritur (*r*); quaelibet enim cujuslibet auxilii diſpenſatio, teſte *Aug.* (*s*) *profundae ordinationis eſt*. Neque ullum liberi arbitrii meritum dici poteſt ejuſmodi diſpenſationis tam variae & inaequalis, ratio proxima & unica, uti cenſent PP. & DD. contra Semipelagianos.

352 II. De Juſtis, fide certum eſt, eis diſpenſari gratiam, qua poſſint praecepta adimplere; non ita de aliis, e. g. de obduratis, infidelibus &c. quia ſolum de Juſtis id definitur in confixione 1. Prop. Janſenii (*t*). III. Si quis ob demerita privetur auxilio, ad non peccandum neceſſario, non peccat actu, nec nova actio, auxilio deſtituta ei ad novam culpam imputatur, tametſi peccaſſet in cauſſa; ſiquidem ubi deficit plena libertas per auxilii defectum, reliqua neceſſario fiunt. Quocirca quandocumque actio ad novam culpam imputatur, adeſt gratia, ad vitandam actu culpam neceſſaria. Quo plane conciliatur arbitrii libertas ad non peccandum cum auxilii neceſſitate ad vitandum peccatum (*u*).

§. VI.

Neceſſitas Gratiae Auxiliantis ad actus ſalutares.

353 QUAESTIO I. Num ad ſingulos actus ſalutares neceſſaria ſit

(*p*) Hanc in rem ſatis difficilem & arcanam plura ſolide ac erudite *Suar.* cit. c. 6. a n. 10.

(*q*) Ex adſertis *ſupra* §. III. a p. 205.

(*r*) *Suar.* cit. c. 19. per tot.

(*s*) L. 83. qq. q. 68.

(*t*) *Tourn. Maſſoulié* &c. ap. & cum *Berti* hoic l. 18. c. 8. prop. 2.

(*u*) Conſulendi *Suar.* cit. c. 20. a n. 4 & *Bellarm.* de grat. & lib. arbitr. l. 2. c. 7.

ſit gratia auxilians ? ADSERO 1. Eſt generatim ad ſingulos neceſſaria (*x*). Quia ex *Arauſ.* II. (*y*) ad omne, quod ſit pertinens ad vitae aeternae ſalutem, neceſſaria eſt illuſtratio, & inſpiratio Spiritus S., quae eſt ipſa gratia auxilians. Unde *Aug.* (*z*) *ſine Deo excitante, & adjuvante nihil poſſumus* (*a*) 11. Eſt neceſſaria, etiam quum voluntas habitibus infuſis inſtructa eſt (*b*). Quia nequit per eos habitus ſuppleri praecipuum gratiae auxiliantis munus, quod eſt praeſtare formaliter, ut potentia adtendat, vigilet, & ſancte adficiatur: unde adppellatur tactus cordis, & vocatio. 111. Id aeque intelligitur pro ſtatu naturae integrae, ac lapſae. Quod jam indicavimus *ſupra* (*c*). Quia enim haec gratiae neceſſitas non eſt quaſi per adcidens propter naturae corruptionem, ſed per ſe propter ejus imbecillitatem, actuumque ſupernorum excellentiam (*d*).

OBJECTIONES.

354 Obj. *primo* contra 1. *Adſ.* Gratia auxilians non eſt generatim neceſſaria ad omnes actus ſupernos. Nam 1. ex Aug. (*e*) *viſorum ſuaſionibus agit Deus ut velimus, & credamus; ſive extrinſecus per evangelicas exhortationes, ſive intrinſecus, ubi nemo habet in poteſtate, quid ei veniat in mentem*: ergo extrinſeca adhortatio ad fidem ſufficit. 2.° peccator fidelis poteſt per habitum fidei ſufficienter moveri ad actus neceſſario converſioni praevios, dicente Trid. (*f*) *diſponuntur autem ad ipſam juſtificationem, dum excitati divina gratia, & adjuti, fidem ex auditu concipientes libere moventur in Deum*. 3.° in noſtra poteſtate eſt in Deum pro libito converti; atqui non eſt in noſtra poteſtate gratia excitans: ergo haec non eſt neceſſaria ad converſionem.

355 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* Heinc ſolum colligitur, quod ſalutaris objecti propoſitio excitatur in nobis a Deo, aliquando ſumta occaſione ex concione evangelica, & rerum aeternarum occurſu; & aliquando pure interne. Ad 2. *N. A.* Qualitas emortua potius excitanda eſt, quam excitet ad actus vitales. Fides actualis excitare poteſt ad multos actus, ipſam fidem ſubſequutos; at quum ipſa ſit ex pia adfectione, praeſupponit ad iſtam ſanctas illuſtrationes. Idque ſatis indicat adductum Trid.

356 Ad 3. *N. Mi.* Quandocumque obligat actu converſio, offertur, paratur, & adeſt gratia ad eam neceſſaria, quippe quae *ſemper in promtu eſt* ex *C. Senon.* (*g*), ne dicamus, per Deum abeſſe, ne fiat converſio a Deo praecepta. Hoc ſenſu eſt gratia in hominis poteſtate, uti & ſua converſio. Obj.

(*x*) *Suar.* de grat. l. 2. per tot. & l. 3 c. 8. & l. 5. c. 2. & *Rip.* l 5. d. 106. per tot. *Mun.* d. 6. n. 40. & 45. cum communiſſ.

(*y*) Can. 7.

(*z*) De peccat. merit. l. 2. c. 18.

(*a*) Recole quae in hanc rem diſputavimus in Tomo III. p. 201. n. 316. ſqq.

(*b*) *Suar.* cit. l. 3. c. 8. *Rip.* cit. a n. 15. cum *D. Th. Mag. Con. Alv.* &c. contra Molinam.

(*c*) Ad p. 199.

(*d*) Legito cit. *Suar.* c. 9.

(*e*) L. de ſp. & lit. c. 34.

(*f*) Seſſ. 6. cap. 6.

(*g*) Cap. 15.

357 Obj. *secundo* contra II. Adſ. Gratia auxilians non eſt neceſſaria ad actus ſupernos, qui a juſto fiunt in praeſentiam gratiae habitualis, & aliorum habituum, qui ei adnexi ſunt. Nam 1.° in ſupernis juſti habitibus eſt virtus, qua & juvetur creata imbecillitas, & hujus actus fiant ſupernaturales, & inclinetur animus ad ſuperne operandum, & oriatur actus ex habitu, tanquam ex fonte, & principio efficiente: ergo ejuſmodi habitus gaudent ratione gratiae praevenientis. 2.° peccator ex ſemine bonae inſpirationis, bonum converſionis producit: ergo potius juſtus ex ſemine gratiae habitualis profert juſtitiae fructum. 3.° potentia naturalis cum ſolo Dei concurſu poteſt ſuum actum elicere: ergo & potentia ſuperna, qualis eſt habitus infuſus, poteſt cum ſolo concurſu generali gratiae ſuum proferre actum.

358 R. *N. Adſ.* Scripturae, PP. CC. & vulgo TT. requirunt gratiam auxiliantem indiſcriminatim ad omnes actus ſupernos juxta illud antiquis pervulgatum carmen,

Quidquid habes meriti, praeventrix gratia donat.

359 Ad 1. prob. *N. A.* Nequit habitus praeſtare formaliter munus auxilii; nec enim habitus dat illum modum actualis, & vitalis inclinationis, quem dat excitatio; nec aliquid efficere poteſt, niſi ipſe excitetur. Ad 2. *N. Con.* Quia ad 1. datur proportio, non ad 2. Adeo univerſim vera eſt *Auguſtini* ſententia, quod nempe *praeparat Deus voluntatem adjuvandam, & adjuvat praeparatam.* Ad 3. *N. Con.* ob ſimilem rationem. (*h*)

360 Obj. *tertio* contra III. Adſ. Ex Aug. (*i*) homo majori quodam auxilio, ſcilicet excitante, indiget in ſtatu naturae lapſae quam in ſtatu integrae; utpote in illo magis neceſſario propter infirmitatem naturae: ergo natura integra excitante gratia non indiguit. R. Etiam ex *Aug.* (*k*) *ſane habuit gratiam primus homo, in qua ſi perſeverare vellet, nunquam eſſet malus, & ſine qua etiam cum libero arbitrio bonus eſſe non poſſet.* Idem docuit de Angelis (*l*) Et (*m*) tenet, in ſtatu integro indiguiſſe hominem divino adjutorio ad fructificandum in operibus juſtitiae. Quare ut ſibi conſtans ſit & videatur S. Doctor, dicendus eſt in locis objectis loqui de dono perſeverantiae, lapſo homini longe difficiliori, quam innocenti.

361 QUAESTIO II. Num ea neceſſitas ſit auxiliorum, non ſolum gratiae illuminantis ex parte mentis, quod pro certo habetur, verum etiam inſpirantis ex parte voluntatis? ADSERO. Ut plurimum requiritur quoque voluntatis adfectio: non ita vero haec ſimpliciter neceſſaria videtur uti mentis illuſtratio. (*n*) Ratio 1. par-

(*h*) Conf. *Suar.* cit. a n. 34. *Rip.* cit. a n. 29. *Ovied.* heic tr. 7. contr. 6. pu. 7. *Rhod.* heic d. 2. q. 1. ſ. 2. §. 2.

(*i*) L. de correp. & grat. c. 11. & 12. & l. de bono perſev. c. 7.

(*k*) L. de correp. & grat. c. 11.

(*l*) L. 12. de civ. c. 9.

(*m*) L. 14. de civ. c. 27. & l. de nat. & grat. c. 26.

(*n*) Favet *Suar.* cit. c. 7. cont. *Rip.* n. 41.

tis, quia CC. & PP. videntur loqui indiscriminatim de necessitate utriusque auxilii, ideſt regulariter loquendo. Ratio 2. quia in naturalibus non ita necessarius est ad deliberatos actus voluntatis praevius motus indeliberatus illius voluntatis, ac praevia mentis cognitio; quum sine ista sint penitus impossibiles, quoniam ignoti nulla cupido; secus vero sine illo: ergo similiter in ordine supernaturali.

OBJECTIONES.

362 Obj. Inspiratio ex parte voluntatis est simpliciter necessaria ad quemlibet actum salutarem. Nam 1.° Scripturae, CC. & PP. peraeque requirunt ad actum salutarem gratiam inspirationis, ac illustrationis contra Pelagium: quocirca Aug. gratiam vocat (o) *luminosissimam caritatem*, seu adfectionem. 2.° ex Aug. (p) *quis animo complectitur aliquid, quod eum non delectat? voluntas ipsa, nisi aliquid occurrerit, quod delectet, aut invitet animum, moveri nullo modo potest.* 3.° ex quavis necessarii boni propositione excitatur necessario adfectio aliqua ipsius, quam arbitrii libertas cohibere nequit. 4.° ad primam fidem, & ad conversionem est simpliciter necessaria gratia inspirationis, quae cor inclinet, ac emolliat: ergo & ad reliquos actus salutares.

363 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: contra Pelagium, sistentem gratiam in doctrina externa, quatenus naturali modo potest mentem excitare, ac instruere, sistimus catholice gratiam in auxilio interno, tum illustrante, tum inspirante; scilicet illustrante simpliciter, ac inspirante ut plurimum secundum praesentem statum naturae lapsae, ac rebellis, quae propterea novo indiget adfectionum illicio, ut ad bonum trahatur. Sub hac differentia debent adcommode intelligi Scrip. CC. & PP.

364 Ad 2: Aug. loquitur secundum id, quod ut plurimum adcidit. Ad 3. *N. A.* quod nullo nititur fundamento. Immo multi cum *Tourn.* pro statu naturae integrae solum admittunt necessarium Angelo, & homini auxilium illustrans, minime inspirans. Nec dissentit *Patel.* (q) Ad 4. *N. A.* Non est cur non possit simpliciter voluntas deliberare, credere & converti, posita cognitione clara, & copiosa, seorsim a quavis socia adfectione indeliberata.

365 QUAESTIO III. Quanta sit haec gratiae auxiliantis necessitas ad salutariter operandum? ADSERO. Est metaphysica, ita ut nullatenus possit suppleri concursus formalis auxilii ad actum salutarem (r). Alioqui siquidem effectus supernus posset fieri ex motione cognitionis, vel adfectionis naturalis, quod simpliciter repugnat. Nec insuper esset ita necessaria gratia ad actus salutares, uti depraedicant CC. & PP. contra Pelagium: unde posset initium salutis esse a nobis, posset quis cum pia adfectione naturali supernam fidem elice-

(o) De grat. Christ. c. 3.
(p) L. 1. ad Simpl. q. 2.
(q) Heic p. 2. c. 6. n. 521.
(r) Nobiscum sunt *Oxea*, *P. Hurt. Al. var. Alvel. Paul. a Concep.* t. 3. tr. 13. d. 2. a. 116. contra Rip. Con. Mun.

cere &c. Quod ſi haec poſſint ſimpliciter fieri, Patrum & CC. erat oſtendere claram, non ambiguam Dei legem, ſtatuentem res aliter fieri, quam tamen nuſpiam deprehenduntur oſtendiſſe.

OBJECTIONES.

366 Obj. Actus naturalis poteſt ſimpliciter juvare, & movere ad actus ſupernos; ad quos propterea neceſſitas divini auxilii metaphyſica non eſt. Nam 1.° ſatis eſt cognitio naturalis objecti, ne voluntas in incognitum feratur; itemque adfectio naturalis, ut voluntas in objectum propendeat: ergo ſi aliunde adſit in juſto habitualis gratia, nihil reliquum eſt quominus voluntas in actum ſupernum non erumpat. 2.° ut cognitio ſit ſufficiens ad illuminandum, & movendum, non eſt tam adtendenda proportio cum adfectu, ad quem movet, quam cum voluntate, quam movet & cui reddit objectum praeſens; at cognitio naturalis eſt ſumme proportionata cum voluntate, eique reddit objectum praeſens, non minus quam ſupernaturalis: ergo.

367 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* de cognitione, & adfectione, ex quibus prodire valeat actus ſupernus; illa enim media, ſeu principia huic producendo ſunt eſſentia ſua improportionata, tum quia repugnat eſſentia ſua naturae elevare voluntatem ad ordinem ſupernum; tum quia natura eſt eſſentia ſua infaecunda gratiae, adeoque impotens producere actionem eſſentia ſua Deo gratam. Et *N. Con.* quia gratia habitualis ſine actuali nihil poteſt in actum ſupernum (*s*). Ad 2. *N. Ma.* Cognitionis proportio metienda praecipue eſt cum adfectu, ad quem faecundat potentiam, ſicuti proportio mediorum cum fine, ad quem ea conferunt. (*t*) (§).

(*s*) Ex dictis *ſupra* n. 358.

(*t*) Plura cit. *Aran.* l. 11. d. 54. n. 61.

OBSERVATIO.

(§) INſtitui vulgo ſolet heic Quaeſtio de neceſſitate gratiae auxiliantis ad dignoſcendas veritates aliquas naturales magnopere cognitu difficiles, & ad exſercenda opera quaedam naturalia moraliter honeſta valde ardua. Sed haec tamen alterius indaginis eſſe videtur, & ſecundum rectam methodum exſorbitans a materia hujus capitis, quae de re ſuperna, ejuſque dotibus & muniis tota eſt. Conſtat autem inter AA. qui hanc agitant Quaeſtionem, ferme duce Th. 1. 2. q. 109. a. 1. O, nihil eſſe re ipſa naturale, quod per media naturalia a Conditore naturae praeſtari nequeat, nec ullum reperiri finem naturalem, cui obtinendo ſuperni ordinis media requirantur.

Inde vero apud eoſdem AA. ut praeindicatae difficultates vincantur ſatis eſt gratia, quam *philoſophicam* dixerunt, ſita in peculiari Conditoris naturae qua talis providentia ſeu protectione, communi cauſſarum naturalium curſui pro caſu aliquo ſingulari indebita, conſentanea tamen exigentiae totius naturae, quatenus haec ſuum quoque Authorem continet, ſingulari concurſu quandoque agentem, prout ipſum atque univerſam naturam ſatis ſuperque condecet. Et hanc quidem doctrinam veri plane ſimilem adoptare non abnuimus pro vincendis arduis difficultatibus in heroico exſercitio illarum actionum, quibus naturam parem phyſice adſeruimus, imparem vero moraliter, ad Tom. III. p. 193. ſqq.

Hanc in rem plura quaerenti dabunt *Suar.* cit. de grat. l. 1 c. 1. & ſaepius, *Aguirre* cit. t. 3. d. 118. *Platel.* theol. par. 2. a. n. 259. *Tournel.* de grat. t. 2. q. 4. art. 1. *Gotti* theol. t. 2. tr. 6. q. 1. dub. 3. reliqui vulgo de Schola *Theologi* ubi pertractant de neceſſitate gratiae auxiliatricis ad actus naturales ſubdifficiles.

368 His jam vero qua dogmatice, qua ſcholaſtice diſputatis ſubcedant denique pro inſtituto noſtro e penu ſacrae vetuſtatis monimenta in ulteriorem ſanctorum, quae expendimus, dogmatum confirmationem.

CLASSIS VI.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Gratia Auxiliante.
E RE MARTYROLOGICA.

1 *Domine Jeſu Chriſte, quia te toto corde confiteor & a te* auxilium *contra inimicum veritatis expeto, in iſta hac die ſuſcipe ſpiritum meum.*

S. ANDEOLUS Subdiac. M. Chriſtum orans ſuper ripam Rhodani fluminis, quum poſt varia tormenta imminentem ſibi exſpectaret mortem juſſu Severi Imp., in territorio Galliae Vivarienſi, an. 207. (ex *Act.* Sancti n. 14. ap. Bolland. ad d. 1. Maii, eidem ſacrum.)

2 *Chriſtianus ego ſum*, Deo ipſo adjuvante. = *Servus quidem Caeſaris ſum, ſed Chriſtianus a Chriſto ipſo libertate donatus, & illius* beneficio *atque* gratia, *ejuſdem ſpei, cujus & iſti* (*) *ſunt, quos vides, particeps factus.*

(*) Chariton & Charitana, qui ſe chriſtianos mox confeſſi ſunt.

SS. CHARITON & EVELPISTUS MM. Ruſtico Praefecto ab eis quaerenti num eſſent chriſtiani, reſpondentes, Romae (ex *Act.* S. Juſtini & Socc. de quib. in cit. Adp. p. 11.)

3 *Tibi ago gratias Domine Jeſu Chriſte, qui mihi hanc* tolerantiam dare dignatus es *ad vincendum nequiſſimum tyrannum.*

S. PETRUS M. ad Chriſtum Dominum; quoniam in tormentis atrociſſimis, quae juſſu Proconſulis Optimi ſubire debuit, non defecit; adeo ut quo vehementius torqueretur, eo fortior adpareret, adſpectu conſtans, & Judicis ſtultitiam ridens. Lampſaci ſub Decio Imp. (ex *Act.* Sancti, quae a Sur. & Bolland. edita ad 12. Mai. Petro ſacrum ap. Latinos, emendata exhibere inquit Ruin. in admon. praevia ad Acta p. 146.)

4 *Ego enim Deum coeli .. colo, qui me de hoc er-*

errore (*) *quo tu detineris infelix, ad legis ſuae notitiam* gratuita bonitate *perduxit = per quem* (**) *non verens tuae jungar iniquitati, ſed Dei juſtitiae, cujus* gratia praeveniente *participare commerui.*

(*) circa Polytheiſmum, quem tecum profitebar.
(**) Chriſtum Dominum

S. ALEXANDER M. Thebanae Legionis Miles Maximianum Imp. adloquens, an. circ. 286. Ploracii non procul a Bergamo (ex *Act.* Sancti n. 5. ap. Bolland. ad d. 26. Aug. illi ſacrum, p. 804.) Nonnihil ſane difficultatis in hiſce occurrit Actis ſuper eorum ſinceritate, quod tamen citt. Bollandiani expedite diſſolvunt. Eos conſule ſis.

Rurſum ibidem pro gratia auxiliante perſpicue faciunt Martyris Adloquutiones ſub eundem num. 5. & 8. quos, ſi vacat, percurras.

5 Ille *nobis* donavit *qui & Sancto Paullo, qui quum eſſet eccleſiarum perſequutor, poſtea* ejus gratia *factus eſt Praedicator.*

S. MARCIANUS M. ex Mago praedicator Chriſti, reſpondens Sabino Proconſuli, eum interroganti, *quis vobis perſuaſit, ut relinquentes venerandos & veros deos, a quibus multa eſtis conſequuti .. ad mortuum & crucifixum vos transferretis, qui nec ſe ipſum ſalvum facere potuit?* (Ex *Act.* SS. Luciani & Marciani, de quibus Adp. p. XLIII.)

6 *Domine Jeſu Chriſte ... gratias tibi ago, quia* donaſti *mihi draconem vincere & caput ejus conterere.*

S. THEODOTUS M. ad Chriſtum Dominum, multis jam ſuperatis ſuppliciis, morti proximus (ex *Act.* Sancti & Socc. indicatis Adp. p. XXVIII.)

7 *Age impie quidquid volueris, habens tecum adverſariae poteſtatis duces. Nihil enim in me proficies, neque tu, neque conſiliarii tui, quoniam habeo* Chriſtum adjuvantem *me.*

S. BASILIUS Ancyra n. Presb. M. ad Proconſulem, vix iſte vehementer ſubiratus Sanctum *adpenſum juſſit fortiter per nervos extendi, donec, inquit, poenam non ſufferens, perſuaſus fuerit ſacrificare* (ex *Act.* laudd. Adp. p. XVIII.)

Jam

Jam vero quam perſpicue, pulcre, ac luculenter documenta haec ſingula ſanctum dogma portendunt, illuſtrantque! Auxiliantis porro gratiae notionem & effecta mirabilia manifeſto reſpiciunt & explicant ejuſmodi ſacroſanctae Adloquutiones; adeo ut theologus vir, qui illa reperire in iſtis amet, nullo indigeat commentario. Quid enim aliud eſt, ſi quae innuimus vera non ſint, expetere a Domino *auxilium* contra inimicum veritatis; Chriſtianiſmum profiteri *adjuvante Deo*, ipſiuſque *beneficio & gratia* ſpei de vita aeterna participem fieri? Rurſum *dediſſe* Chriſtum Jeſum *tolerantiam* ad vincendum tyrannum ſaeviſſime torquentem; *donare* Deum Luciano & Marciano *converſionem*, illi ſimilem, quam donavit & Paullo; tum Theodoto de Satana, una cum exquiſitis tormentis victoriam? Baſilium denique habere *Chriſtum adjuvantem* ſe adverſum omnia quae crudelis vir excogitare poſſet ſupplicia?

Sed & id genus Adloquutionibus abundant Acta Martyrum; quibus nempe Sancti vel gratiae, qua perfundebantur intrinſecus, illuſtrationes, inſpirationes, vim, ſuavitatem, energiam, efficaciam ore pandebant; vel ea gratiae dona ſibi immittenda martyrio ſancte ſubendo exſpectabant a Domino. Et mea quidem ſententia, gratia invictae patientiae ac perſeverantiae in fide Chriſti conceſſa ex alto Martyribus, fuit ut plurimum per ſe ſe moraliter efficax; ea nempe replens fortitudine, ceterarumque virtutum cumulo, ac ſaepe ſaepius inenarrabili dulcedine corda Martyrum, ut iis longe difficilius eſſet ejuſmodi gratiae intrinſecus illuſtranti ac ſuaviſſime compellenti reſiſtere, quam externis ſuppliciis, etiam atrociſſimis, quae in ipſorum Actis admirabundi paſſim legimus.

Ecquis autem prudens dubitet, Martyres, adeo coeleſti lumine perfuſos, ac doctrina Eccleſiae dogmatica probe inſtitutos, ubi eos adloquentes audivimus, de gratia auxiliante ſuperna ex intimo conſcientiae ſenſu ſermonem feciſſe? Praeclare hanc in rem Gelaſius P. quum in C. Romano 70. Epiſcoporum ſub an. 493. Afterio & Praeſidio Coſſ. coacto, varia recenſens SS. Patrum opuſcula, quae poſt ſacros Codices & ſuſcipi & in eccleſia legi permittit, haec inter alia ſubjicit „ Item geſta SS. Martyrum, qui multiplicibus tor„ mentorum cruciatibus & mirabilibus confeſſionum triumphis ir„ radiant. Quis ita eſſe catholicorum dubitet, & majora eos in ago„ nibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis viribus, ſed gratia Dei & adju„ torio toleraſſe?„ &c.

Quod ſi mutire contra haec Deiſta geſtiat ex doctrina noſtra ad Tom. III. p. 198. ſq., eum revocamus ad dicta *ſuperius* in hoc Tomo p. 129. ubi ejuſmodi cavillationem ſatis revinximus.

E R E L I T U R G I C A

8 *Vere dignum. Quia cum omne opus bonum a te inchoari conſtet, & perfici hanc ipſam, quam*

no-

nobis tribuis perſeverantiam ſupplicandi, certi ſumus impetrare nos poſſe quae poſcimus. Per.

E CODICE VULGO LEONIANO IN PRAEFATIONE MISSAE XXII. PRO MENSE JULIO (ap. *Joſ. Blanchin.* t. 4. de Anaſt. Bibl. in prolegomen. p. XXX.)

9 .... *Qui fragilitatem noſtram miſeratus intendens, & mentem nobis tribuis deprecandi, & tua ſupplicibus dona largiris, Per.*

EX EODEM CODICE IN PRAEFATIONE MISSAE SUBSEQUENTIS XXIII. (ap. laud. *Blanchin.*)

Perſpicue quidem hac in bina Praefatione ſe ſe prodit pervetuſta Eccleſiae in auxilia divinae gratiae praevenientis, cooperantis, ſubſequentis doctrina. Quid vero? Heinc porro, nullo animadvertente, diſcimus, apud priſcos Patres olim certo conſtare, quodlibet opus bonum aeternam ſalutem ſpectans, ab uno Deo tanquam Authore initium ducere, progreſſum & complementum: tum nobis ipſum Authorem ingerere divinitus mentem ſeu cogitationem eundem deprecandi, adeo ut vel eadem prima noſtra ad Deum deprecatio ſuperna non niſi a ſuperno Deo repetere originem dicenda ſit: item eundem Authorem ſuo auxilio perficere perſeverantem in deprecando voluntatem; qua tandem poſita, idoneos nos eſſe, utpote coelitus inſtructos, qui coeleſtia quae poſcimus impetremus a Domino. En tibi ſyſtema de divina gratia, ſignanter prima, ſeu praeveniente, itidemque de ipſius ad quodvis ſalutare opus neceſſitate, quod quidem Liturgici Codices, praeſertim latini, paſſim ingeminant adverſum Semipelagianiſmum.

10 *Superant omnem ſermonis facultatem & omnem vim mentis divitiae munerum tuorum, Domine....mitte nobis gratiam Spiritus tui ſancti & dignos effice ſalutandi invicem in oſculo ſancto, ut non incedentes in judicium, percipiamus donum tuum immortale & coeleſte....*

E LITURGIA COPTICA S. BASILII IN ORATIONE ALIA OSCULI PACIS ANTE ANAPHORAM (ap. laud. *Renaud.* ejuſdem Liturgiae latinum Interpretem, t. 1. p. 12. 13.)

Sermonem heic habes de ſupernis generatim gratiae donis, ſcilicet & auxiliantis & ſanctificantis; dona ſiquidem utriuſque gratiae, & ab utraque itidem profecta, ſuperna porro ſunt, & a ſancto Spiritu nobis infuſa. Iis quidem, nec ſecus, inſtructi, digni efficimur, ut judicium vitemus damnationis, ac uberrimas ex Euchariſti-

ca

ca Synaxi fructus percipiamus. En tibi utriusque gratiae ad superna opera necessitatem.

Rursum, ut vides, in praesentiarum occurrit Osculum pacis, de quo *supra* nonnihil praelibavimus in Tom. IV. Classe IX. p. 465. ubi de re liturgica, adnotatis priscis Patribus, qui ejus meminerunt, ac Liturgiographis nonnullis, qui de eodem pertractarunt. Quod autem osculum ori impressum olim vulgo etiam apud ethnicas gentes signum fuerit benevolentiae, caritatis symbolum, ac tessera reconciliationis, pluribus ostendi potest ex *Petronio* in Satyrico, *Plauto* in paenulo act. 1. sec. 2. v. 192. *Tacito* l. 15. Annal. *Plutarcho* in vita L. Corn. Syllae, *Ammiano Marcell.* l. 29. hist. Lege *Martin. Kempium* in eruditissimo comment. polyhistorico de osculis, diss. 17. §. 3. sqq. Et sub hoc quidem sensu & mystico significatu sacra oscula intra Missarum sollemnia instituta sunt apud Majores nostros jam ab aevo Apostolico, ad sinceram videlicet fraternitatem, qua nihil saepius, ardentiusque praeceptum, Deoque adceptius, contestandam. Conf. *Cyrill.* catech. myst. 5. & *Chrysost.* hom. 30. in 2. Cor. c. 13.

En tibi *Osculum pacis*, quod olim in sacris conventibus, illa adjuncta *Pax tecum* salutatione, adhiberi consuevit, quod nulla pene Liturgia praeterit, quod heic Coptica commemorat, subcinentibus ex ea gente *Ebuassalo*, *Abulbircato*, *Gabriele* Patriarcha, aliisque rituum interpretibus ap. laud. *Renaud.* in comment. ad eam liturg. p. 222. Varius quidem apud Ecclesias exstitit usus sacri osculi, quod *reconciliatorium* dixit, pluribusque confirmavit laud. *Kempius*. Graecis etenim moris fuit illud celebrare statim post lotionem manuum, & ante confectionem Mysteriorum, quod & Coptitis in hacce Liturgia observatum cernimus; tumque Armenis, ut Author est *Cassander* ap. *Goar* in Euchiolog. in notis ad Missam S. Joan. Chrysost. num. 117. p. 134. quemadmodum a primoribus graecanicae gentis Doctoribus eos didicisse nullus dubitet, qui legat vulgatum *Dionys.* de eccl. hier. c. 3. *Pseudo Clem.* l. 8. const. c. 15. *Cyril.* Hieros. catech. myst. 5. *Basil.* & *Chrysost.* in liturgiis, *Athanas.* epist. ad Eustachium. De liturgicis Graecorum salutationibus per verba εἰρήνη πᾶσιν *pax omnibus*, seu *pax vobis*, consulendus *Isaac Habertus* in lib. pontificali ecclesiae graecae, observat. 5. p. 330. sq. Item de sacro osculo, quo Graeci cum presbyteri, tum laici invicem sub Andronico se donabant in die Paschatis, videatur *Pachymeres* in hist. t. 2. l. 1. alias 7. cap. 5. sub. fin.

Verum inter Latinos in communionis usque instantem horam, uti hodieque observamus, plerumque osculi pacis tessera remittebatur: quod liquido eruere mihi videor ex *Tertull.* l. de orat. sub fin. *August.* serm. 83. de diversis, *Liturgia Ambrosiana* ap Pamelium in Liturgic. *Innocent.* P. I. epist. ad Decentium c. 2. *Missali Gothico* & *Gallicano veteri*, *Missa Gregoriana*, *Ordine Romano*. Dixi *plerumque*, nam alius

erat

erat pervetuſtus Hiſpaniae uſus, ut notum eſt ex laud. *Iſid.* l. 1. de off. eccl. c. 15. ubi habemus, quartam pro oſculo pacis orationem dici, quam excipit quinta, quae ex illius textu eſt oblatio & Praefatio Canonis; idemque videre eſt in Miſſali Moz-arabico in Dominica 1. adventus Domini ap. *Leſleum* t. 1. p. 4.

Heic vero, ne quid diſſimulem, adnotandum, orationem, quam relate ad pacis oſculum hodierno ritu recitamus poſt fractionem S. Hoſtiae, *Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis* &c. ſerius, recentiuſque romanae liturgiae illatam eſſe, uti & binas reliquas ipſam ſubſequutas; nullam enim ex his repertam ſcimus ab oculatis Authoribus apud Codices vetuſtiores, ſi exceperis Miſſam ab Illyrico editam, ac Trevirenſe Sacramentarium, ſpectantia Seculum X. in quibus legitur prima illa oratio pro pace ap. *Lebrun* t. 1. par. 5. art. 7. p. 583. qui idem obſervat poſt *Scortiam* de Sacrif. Miſſae l. 4. c. 26. ſub init. Ejus adtamen precationis tanquam ſuis uſitatae Seculis nec Amalarius meminit, nec Strabo, nec Micrologus, nec Durandus. Quid tum vero? Sicut penes Eccleſiam eſt tractu temporis novas in Liturgia rubricas addere, ita & preces ejus dignitati conſentaneas.

Is denique oſculorum pacis uſus ſenſim in Eccleſia latina refriguit, immo in Miſſis privatis penitus abrogatus; in ſollemnibus vero alius ei ſubſtitutus eſt: videlicet dum Presbyter celebrans haec profert, *pax Domini ſit ſemper vobiſcum*, Diaconus aut alius miniſter altaris inſtrumentum cum adfixa Jeſu Chriſti imagine adſtantibus clericis & plebi nonnullis abinde Seculis oſculandum porrigit; quod nempe ap. laud. *Cangium* ex variis ſynodis, aliiſque Scriptoribus adpellatum repereris *Pacem*, *Aſſerem*, *Tabulam pacis*, *Oſculatorium*, *Marmor*, *Lapidem pacis*. Plura de hoc ſacro oſculo praeter hucuſque diligenter adnotatos, diſſerunt *Baron.* an. 45. n. XXIV. ſqq. *Menard.* in adpend. ad l. Sacram. S. Greg. nota 984. in codicem Ratoldi, *Lebrun* cit. s. 2. p. 587. ſqq. cit. *Kempius* diſſ. 8.

11 *Perfice, Domine, benignus in nobis obſervantiae ſanctae ſubſidium: ut quae te authore facienda cognovimus, te operante impleamus. Per.*

E SACRAMENT. GELASIANO IN ORAT. AD MISSAM A QUINQUAG. USQUE QUADRAGES. SUB NUM. XVII. (ap. laud. *Murat.* t. 1. col. 505. ſq.)

En tibi gratiam praevenientem, ſitam in cognitione nobis ab Authore ſuperno coelitus immiſſam; tum efficacem, quae divino auxilio cooperanti, una cum operatione libertatis creatae adſcribenda eſt.

Quinquageſimam vero hoc loci occurrentem quod ſpectat, haec in ſenſu liturgico eſt dies, quae decurrit uſque in diem ſanctum Paſchae, inquit *Ordo Romanus* ap. Hittorp. p. 18. ſub init. exordium vero ſumit a ſequenti hebdomada poſt Sexageſimam & finitur di-

ſancto Paſchae, ut proſequitur *Pſeudo-Alcuin.* de div. offic. ap. Hittorp. p. 39. eaque ſingulari quodam ritu tanquam indice luctus & poenitentiae (quemadmodum & Septuageſima, atque Sexageſima) in Miſſa & officio dudum colitur ab Eccleſia, ut videre eſt in noſtro documento, quod Miſſam ejus ſollemnitatis occupat. De inſtitutione hujus Dominicae apud Latinos, ac de ratione nominis, quo adpellatur, non niſi obſcura omnia; iis praetermiſſis, quae inveſtigatores rituum eccleſiaſticorum myſtico ſub ſenſu ei adtribuunt.

Sunt qui inſtitutionem S. Teleſphoro Papae adſcribunt, immo qui cum *Petro Bleſenſi* ſerm. 13. eam adſerunt antiquiorem Teleſphoro, vita functo ſub an. 136. at nullo tamen ducti argumento ſatis firmo. Revocant alii ad tempora Ambroſio vetuſtiora; quippe qui ſerm. 23. & 7. de Quadrageſima eam nominat, ubi invehitur graviter contra nonnullos, qui *praetermiſſa devotione Quadrageſimae .. Quinquageſimam ſe facere mentiuntur*. Verum hic ſermo apud Eruditos cum Maurinis editoribus operum hujus Sancti Doctoris tom. 2. col. 420. ad ſuppoſititios amandatur, ejuſque author Ambroſio recentior habetur. Porro *Concilium Aurelianenſe* I. an. 511. coactum can. 24. *Quinquageſimam* nominavit, abuſuſque cum ea introductos acriter reprehendit. Jam tum itaque eam quiſpiam authoritate fungens inſtituerat. Anne hic Gelaſius P. cui noſter codex, miſſam pro *Quinquageſima* exhibens, vulgo adſcribitur? Haud nimis abnuo: ſed nec definire auſim. Maneat ergo, ejus inſtitutionis Authorem antiquum quidem eſſe, dubium tamen adhuc latere ac inexploratum.

Venio jam ad etymon nominis; & haec ſtatuam, oportet. Principio Quinquageſima, ſicut & Sexageſima ac Septuageſima nihil aliud ſunt ex ſua inſtitutione, quam praeludia quaedam, praeliminaria & praeparationes ad magnum Quadrageſimae jejunium. Ad hoc autem eximia cum pietate ac poenitentia peragendum, Eccleſia (ſi rem ex hodiernis moribus, ritibuſque colligere liceat) fideles admonere voluit ut animos quibuſcumque editis primordialis poenitentiae ſignis pararent in bina hebdomada, Quadrageſimam praecedente. Heinc deinde ut aliquem fortaſſe innueret ordinem inter eas Dominicas & Quadrageſimam, ſeu quia alia in promtu non ſubcurrerunt nomina, arbitrariis illas vocabulis adpellavit Quinquageſimam, Sexageſimam, Septuageſimam. Nec aliud quidem mihi, rem haud ſegniter diſcutienti, veriſimilius occurrit, quidquid ſe ſe torqueant Authores varii in reperiendo ac divinando ejuſmodi verborum etymo. Legito *Thomaſſin.* de jejunio par. 2. cap. 1. ac de feſt. l. 2. c. 13. tum, qui eum defloravit, *Bailletum* de Sanctis t. 4. col. 3. & 16. ſqq.

Quid vero, reponat quiſpiam, ſi etymon exinde repetamus, quod ab hac Dominica uſque ad ſanctum Paſcha ſpatium 50. dierum intercurrat, quum haec Dominica dies ſit ante Paſcha quinquageſima: ſicuti e converſo, ſub eodem tamen ordine, dies Pentecoſtes

ſtes nuncupatur apud *Liturgicos* cum *Caſſiano* collat. 21. c. 8. *Quinquageſima*, hoc eſt dies quinquageſima poſt feſtum Paſchatis; immo ea notione admiſſa, *Quinquageſima Paſchalis* dicitur *Rabano* de inſtit. cleric. l. 2. c. 41. & *Honor.* Auguſtod. l. 3. c. 148. ad diſcrimen videlicet noſtrae Quinquageſimae, quae Sexageſimam excipit? Verum ut ut ſpecioſa haec ſint, nihil me movent. Nam, eſto noſtra Quinquageſima poſſet eo pacto ad ſanctum Paſcha referri, at neutiquam tamen ad idem relatas dixeris Sexageſimam & Septuageſimam, quae ſimul cum Quinquageſima ſub eiſdem ordine, methodo ac fine inſtituta eſſe videntur. Corruit ergo objectio, nonniſi adparenti conjectura falſo promicans. Ac de iis ſatis pro noſtro inſtituto.

Pro dogmate atque doctrina de divina gratia auxiliante innumera propemodum offerunt Liturgici Codices, praeſertim Miſſales, documenta.

E RE DIPLOMATICA.

12 *Cum petitionibus Sacerdotum juſtis & rationabilibus divini cultus amore favemus & eas cum Dei adjutorio ad effectum perducimus, ſuperna nos gratia muniri non diffidimus....*

Ludovicus Pius Francorum Rex in exordio Chartae IX. ſeu Placiti pro immunitate conceſſa cuidam Sedi Epiſcopali, in honorem Ss. Praecurſoris Chriſti conſtructae (ap. laud. alias *Carpentier.* qui in ſuo alphabeto notis tironianis reddidit p. 26. ex autographo bibliothecae regiae fol. 78. v.° lin. 17.)

13 *Cum petitionibus ſervorum Dei juſtis & rationabilibus divini cultus amore favemus, & eas cum Dei adjutorio ad effectum perducimus, ad futuram beatitudinem adipiſcendam ſuperni muneris donum nobis a Domino pro hac viciſſitudine impertiri confidimus.*

Idem Ludovicus in Charta alia XVIII. ſeu Praecepto pro immunitate coenobii Glonnenſis, vel ſancti Florentii veteris ad Ligerim poſiti apud Pictones in dioeceſi Andegavenſi ex Ord. Bened. (ap. eundem *Carpent.* qui Praeceptum notis etiam tironianis ibid. exhibuit p. 40. ex antographo fol. 72. v.° lin. 21.)

Hoc quidem praeceptum ad preces Arnulfi Abbatis conceſſum, ſi fides chartae, prout eam e notis tironianis exſcripſit interpres *Carpentierius*, innuiſſe videtur parens benedictinorum annalium *Mabillon.* t. 2. annal. l. 27. §. 67. ad an. 808. p. m. 384. ibi quippe poſtquam retulit, Carolum Magnum coenobium illud, Albaldo Abba-

te, multis locupletaſſe donariis, conceſſo etiam toto pago Medalgico, ſubnectit, *quem poſtea Ludovicus ejus filius Arnulfo abbati confirmavit.* Heinc aetas Praecepti tranſgreſſa non eſt annum 825. quo ad plures abiit Arnulfus, uti ex brevi chronico Glonnenſi teſtatur ibidem *Mabillon.* l. 29. §. 74. ad an. 825. p. 426.

Jam vero quod iſtae Praeceptorum periodi penitiora dogmatis arcana contingant, clarius eſt quam ut ulla egeat interpretatione. Quin & alias idem piiſſimus Ludovicus in Chartis a *Carpentierio* editis ac illuſtratis ſanctum dogma commemoravit e. c. in Charta x. ad p. 28. & Charta xxi. ad pag. 46. De hac vero Carpentieriana editione plura ſuperius in Tom. II. p. 101. ſqq.

Iis fortaſſe quiſpiam ſubnectendas duxerit Diplomaticas & Sigillares illas formulas, quarum cenſum praeſtitimus ſupra in Tom. II. p. 29. ſqq. nempe *Dei gratia, divina repropitiante gratia, ordinante divinae Majeſtatis gratia* & ſimiles: quippe quibus videntur Majores noſtri intellexiſſe & commendaſſe ſupernam gratiam, qua Deus O. M. rebus cunctis & negotiis mortalium hominum ex alto proſpicit, auxiliatur & favet. Ceterum mihi nondum compertum eſt, illos in votis habuiſſe invocare hujuſmodi phraſibus gratiam Dei ſupernam ſaluti aeternae unice conferentem, aut immo potius mere naturalem, qua Deus naturae conſulit, ipſamque indeſinente cura ſaepe etiam ſingulariter benevola, moderatur. Idcirco argumenta ex hoc capite, nec plane invitus, praetereo.

CAPUT SECUNDUM
de Gratia Sanctificante.

369 Haec profecto fide certa eſt. Conſtat ex *ſacro Codice*, e. c. ex *Pſ.* 83. 12. *Rom.* 1. 5. 17. *Gal.* 2. 21. Tum ex *PP.* (*u*) quibus adde *Trident.* (*x*) Et ipſa quidem donum quoddam creatum vulgo adſeritur, animo perpetuo inhaerens per modum habitus, etiam quum nihil operatur: in quem plane ſenſum eam laudato *Tridentino* definiri ſatis veri ſimile nonnullis eſt Doctoribus (*y*) Donum ipſam dixeris praeſtantiſſimum inter ea, quae *maxima & pretioſa nobis promiſſa donavit* (Deus) *ut per haec efficiamini divinae conſortes naturae*, ex 2. *Petri* 1. Priuſquam vero de tanto dono Diſſertationem adgredimur, errores in ipſum pro inſtituto noſtro audiamus.

PRO-

(*u*) Ut puta ex *Baſil.* l. 1. de bapt. c. 2. *Nyſſ.* tr. de perfecta hominis forma, *Nazianz.* orat. 40. *Cyr.* Alex. l. 2. theſauri c. 3. & 5. *Aug.* l. de ſp. & lit. c. 9. & tr. 26. in Jo. & alias, *Greg.* M. l. 18. moral. c. 33. *Leone* I. epiſt. 91. c. 1. *Bernard.* ſerm. 4. de dedic. eccl. & ſaepius.

(*x*) Seſſ. 6. cap. 7. & can. 11. ſqq.

(*y*) Conf. *Suar.* de grat. l. 6. c. 1. & *Rip.* de ente ſup. d. ult. n. 26.

PROLUSIO POLEMICA

HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Gratiam, qua justos, qua impios Sanctificantem.

370 EOS huc turmatim complectimur, qui quocumque nomine aut titulo Gratiae homini inhaerentis, ipsumque sanctificantis notionem, indolem, adtributa, vel inscite, vel pervicaciter imperere ausi sunt, ne de ejusmodi Erronibus argumentum in plura necessum sit membra distrahere. Itaque HISTORIA POLEMICA.

Ex variis hominum Classibus

I. *Origenes Adamantius* (z) in eam visus est sententiam concessisse, ut si gratia inhaerens peccato semel amittatur, nequeat rursum per quamlibet poenitentiam recuperari. In eandem ivere sententiam Haeresiarchae illi *Montanus & Novatus*. (a) (*)

II. *Jovinianus* monachus Romanus, quem *Hieronymus* (b) jure dixit *Epicurum christianorum*, adserere contra non dubitavit, gratiam in sacro Baptismate semel receptam non posse postmodum amitti. (c) Haeresiarcham, ejusque conamina pro sua causa ex 1. *Joan.* 3. 9. & 5. 18. deducta egregie diluit, contrivitque, a Romanis Sapientibus rogatus in arenam descendere, laudat. *Hieronymus* (d) Ipsamque insuper Joviniani haeresim pluribus confutavit praeclarus ille Tridentinus Theologus *Andr. Vega*. (e) Hoc duce, tenuerunt postea, remissionis gratiam semel adceptam non posse amplius amitti *Uncti Anglicani*, authore quodam *Writo* ad Sec. XVI. (f) & *Sibrandus Lubbertus* ad Sec. XVII. (g).

III. *Judaei Rabbini* circa Justificationem impii quid senserint, nonnulli satis dubitant, alii vero expedite definiunt. Porro Hebraei divi-

(z) Tom. 35. in Matth.

(a) Ap. *Hieron.* l. 2. adversus Jovinianum non longe ab initio.

ADNOTATIO.

(*) NEc Alloixium, nec Huetium, nec alium ullum video ex defensoribus Adamantii, qui ei naevum hunc abjudicare adgrediatur. Origenem proculdubio compulit, quemadmodum & ceteros ejusdem erroris sectatores, paullinum illud effatum *Hebraeor.* 6. 4. sqq. „ impossibile est eos „ qui semel sunt illuminati, gustaverunt „ etiam donum coeleste & participes facti „ sunt Spiritus sancti . . . & prolapsi sunt, „ rursus renovari ad poenitentiam „ qua licet denuo justificantis gratiae donum animo inhaereat.

Ceterum quantum haec distent ab impio sensu eis adficto a memoratis Novatoribus, invicte diu comprobarunt sacri in eum locum Interpretes, cum veteres, tum recentiores. Consuli praeterea in hanc rem cum fructu possunt *Philastr.* de haeres. c. 82. *Eulog.* ap. Phot. cod. 280. *Sixt. Sen.* bibl. sanc. l. 7. haeresi 8. in dilutione objector. *Joan. Forbes.* instruct. hist. theol. p. 666. & 710. sqq.

(b) L. 1. adverss. Jovinian. sub init.

(c) Ap. *August.* de haers. c. 82. quem, reor, unum sequuti sunt *Guido* Carmel. adverss. haeres. c. 60. *Prateol.* art. *Jovinianus*, ceterique vulgo *Haereseologi*.

(d) L. 2. adv. Jovin.

(e) In comment. de Justificat. l. 12. c. 7. sqq.

(f) Ap. *Sand.* haer. 230.

(g) Ap. *Gault.* ad ipsum sec. in collat. error. c. 7.

divina lege perfrequentibus expiabantur lustrationibus. (*h*) Eisque processu temporis iidem perplurimas nimium superstitiosas adjecerunt in suo Talmude, aliisque Legalibus libris. (*i*) Ejusmodi sane lustrationes nudae ceremoniae externae fuerunt (saltem quas summus Legislator praescripsit) quibus contractae maculae legales expiabantur. (*)

IX. *Pe-*

(*h*) Referuntur in libris *Exodi*, *Levit. Numeror.*

(*i*) Eas complectitur Legum Mischnicarum liber, inscriptus *Ordo puritatum*, quem cum commentariis integris Majemonidis & Bartenorae clarissimorum Rabbinorum, latinitate donatum, notisque illustratum edidit *Guilielm. Surenhusius* Amstelodami an. 1703.

ADNOTATIO.

(*) ANne vero eisdem dogmatice adtribuerint Hebraei justificationem a quavis peccati labe, quemadmodum certa fides erat apud Paganos, qui propterea ut ad sacra deorum digne adcederent frequentissimis expiabantur lotionibus?

Sic autem quantum ad vulgatissimum Paganorum morem perdiscimus ex *Homero* Iliad. 6. v. 266. *Persio* sat. 2. *Eurip.* in Alcestide v. 157. sqq. *Virg.* Aen. 2. & 9. *Ovid.* fast. l. 5. *Apul.* de aur. asino l. 11. sub init. *Sen.* in Herc. furente act. 4. sce. 1. quibus adde pervetustum illum Poëtam quem *Clem.* Alex. adducit in protrept. p. 46. & Strom. l. 2. p. 355. ac l. 4. p. 531.

Jam vero super proposita quaestione adfirmat *Hydeus* in notis ad Bobovii liturgiam Turcarum pag. 1. ap. *Hadr. Relando* de relig. Mohammedica l. 2. §. 11. p. 179. eandem Judaeis ac Mahumedanis adscribens fidem in haec verba „ Lotio fit (apud Mahumedanos) ex lustratorio vase, quod est „ gutturnium lustrale seu aqualis rostratus, „ ex quo membris adfunditur lustralis aqua. „ Hoc creditur conferre ad animae purificationem ab omni immunditia spiritali, „ uti olim apud Judaeos„ Hoc autem praemisso, quis abnuat in censum erronum quos describimus Judaeos esse referendos?

At Hydeus tamen comparate ad Judaeos sine teste loquitur, nec plane hucusque aliquem sibi suffragantem testem reperire licuit. Scio equidem, *Gonzalezium* in manuduct. ad convers. Mahumedan. par. 2. l. 5. c. 36 vehementer exprobrare Mahumedanis lotiones in Alcorano praescripras *ceu desumtas ex vanis & superstitiosis perfidorum Judaeorum purificationibus*, olim a Christo Domino perstrictis *Matth.* 15. 19; quod autem tenuerint Judaei, suis purificationibus spiritales animi maculas emundari, minime adseruit *Gonzalezius*.

Jam si credas *Augusto Pfeiffero* in principiis sublestis Theologiae Judaicae, in epist. nuncupat. n. 6. justificationem hominis coram Deo operibus Judaei generatim adscribunt. Kabbalistae ap. *Berger.* in Kabbalismo detecto c. 3. p. 112. sqq. reponunt perfectam hominis justificationem, vel purgationem a peccatis seu potius media ad eam impetrandam a Domino, in studio bonorum operum, exacta divinae legis meditatione, atque absoluta adimpletione legis: addit *Jac. Basnag.* in hist. Judaeor. t. 1. l. 2. c. 10. n. 18. p. m. 501. in voluntariis adflictationibus corporis, quas dicunt opera supererogatoria. Judaei Karaitae, seu Karaei putarunt vera poenitentia quemvis tolli reatum ap. *Brucker.* hist. phil. t. 2. p. 743. n. 11. qui & dogma ipsum Pharisaeis adtribuit in eodem tomo p. 750. a n. 2. & p. 899. n. 62.

Haec adserunt in suis commentariis de rebus judaicis eruditi Protestantium Doctores. Nec ipsi quidem fallunt. Constant quippe singula ex scriptis celebriorum Rabbinorum: puta ex *R. Moschech Korduero* in tr. de anima c. 10. ubi de corruptione animae & excellentia poenitentium, *R. Iizchak Lorienst* Kabbalista eximio tr. de revolutione animarum c. 11. §. 12. ubi de mediis purgativis animae & alias, *R. Aaron Ben Eliahu* ap. *Schupart.* de secta Karaeor. diss. 1. c. 4. §. 21. & ex aliis pluribus, quos passim, ad ductis eorum sententiis laudant Judaicarum sectarum, dogmatumque interpretes cum *Serario*, *Drusio*, *Triglando*, *VVolfio*, *Lentio*, *Eisenmengero*, *Henr. Moro*.

In eo tamen egregie falluntur Eruditi viri, quod vitio, immanique errori vertant Judaeis dogma de impetratione justificatio-

nis

IV. *Pelagiani* enormia haec paradoxa cooptarunt. 1.° Protoparens Adam ante lapsum nulla ornatus est sanctificante gratia ... 2.° est quidem institutia pro filiis Adae peccatorum remissio; nulla tamen justitiae, seu gratiae permanentis infusio ... 3.° poenitentibus venia non datur secundum gratiam & misericordiam Dei, sed secundum meritum & laborem iis, qui per poenitentiam digni fuerunt misericordia. (*)

V. *Ma-*

nis per veram poenitentiam, bonorum operum interventu. Quid enim certius, ac rationi magis consonum, quam ut Deus peccato graviter offensus exigat ad veniam, congruam & veram de offensione poenitentiam, quam non nisi bona opera constituere possint? Et vero meriti bonorum operum osores, perpetuique post suum Lutherum in dogma istud Errores, eos consequenter omnes Erronibus perperam adcensent, qui humanis operibus divino auxilio suffultis, quod suum est juste adtribuunt. De quo fusior postmodum redibit sermo.

Hunc, quem citati Scriptores vulgo immanem errorem vocant, inquit laud. *Brucker.* t. 2. p. 750. n.4. sequi ex viribus liberi arbitrii, quas naturali hominis conditioni Pharisaei & Rabbanistae tribuunt, nempe ad exactam legis observantiam & ad praestanda opera supererogatoria justitiam legis superantia, eo quod ab ista non exigantur, quo freti dogmate suam justitiam superbissime efferebant & crepabant Pharisaei, propterea non semel objurgati a Christo Domino, & ab Apostolo in epistolis ad Romanos & Galatas invicte perstricti.

Quid tum vero? Plane si veteres illi Pharisaei ac Rabbanitae ita insanierint, ut justificationem impii, quae, superna quum sit, est praecipuum Dei opus, ex integro naturae viribus adjudicarint, errarunt vehementer, atque hujus capitis Erronibus statim adnumerandi. Vereor tamen ne *Brucker.* cum sociis subdole aut plus aequo hunc errorrem exaggerent, ut inde catholicam de libero arbitrio, ac merito bonorum operum doctrinam ardentius exagitent tanquam pharisaicam, stultam & impiam. At esto, a vero sic aberrarint Pharisaei veteres. Sed non inde consequitur posteriores reliquas Judaeorum sectas, puta Pharisaeos, Thalmudicos, Kabbalistas, Karaeos in eundem hucusque impegisse errorem. Nec eum quis ex certis documentis ausit eisdem omnino sectis adfricare.

Conjectaverim denique ex citatis posteriorum Hebraeorum placitis & doctrinis, eos recte sensisse quoad veram poenitentiam pro justificatione impii necessariam; plerumque tamen ignorasse notionem ejus poenitentiae, quod nempe in superna praesertim animi contritione sita sit; tum modum justificationis, quam nempe Deus interventu gratiae sanctificantis mirabiliter operetur. Haec autem potius ad insciitiam quam ad errorem referenda dixeris.

ADNOTATIONES.

(*) I. SAne primus ex notatis erroribus inhaerenti gratiae injuriis Pelagianus est, & liquido fluit ex eo dogmate, quod Pelagius in Synodo Palaestina revocare simulavit ex *August.* de gestis Pelagianor. c. 11. & 33. nempe „ infantes nuper nati in illo statu sunt, in „ quo Adam fuit ante praevaricationem, „ in iis vero infantibus nullam ipsi profecto inhaerentem gratiam confinxerunt. Idipsum *supra* innuimus ex *August.* Tomo III. p. 127.

Heinc Pelagianus ille *Author Anonymus* qq. vet. & novi testam. par. 1. q. 123. t. 3. oper. S. Aug. edit. Maur. in adpend. col. 132. amare queritur de nonnullis e suo grege, qui insciite ac quidem valde inconsequenter donum illud Adamo ante lapsum adfererent, in haec verba „ comperi quosdam ex fratribus nostris non plene discussisse Scripturas, sed simplicitate animi adseverare, quod Adam factus sanctum adcepit Spiritum, quem peccans amisit, „ sicut nunc datur credentibus „

II. Secundum, quem descripsimus, errorem Pelagianis haud pauci cum *Suar.* de grat. l. 7. c. 6. n. 1. *Petav.* de haeres. pelag. & semip. cap. 5. n. 4. *Muniessa* tr. de grat. habit. disp. 13. sect. 1. n. 3. *Thomassino* in memoires sur la grace, adjudicarunt tanquam communi eorum doctrinae valde consonum; quum enim dona quaeque supernatura-

V. *Mahumedani* ſaepe alias in ſcenam producti, paternorum morum tenaciſſimi, perfrequentibus ac valde ſuperſtitioſis utuntur lo-

turalia ſuſtulerint, conſequens eſt & iſtud pariter gratiae donum, quod illorum omnium radix eſt, repudiarint.

Id quod peremtorio comprobant *Auguſtini* teſtimonio, haec ajentis lib. 1. de grat. Chr. c. 30. n. 31. „ iſtam quippe gratiam, qua juſtificamur, ideſt qua gratia „ Dei diffunditur in cordibus noſtris per „ Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, in „ Pelagii & Coeleſtii ſcriptis, quaecumque „ legere potui, nuſquam eos inveni quemadmodum confitenda eſt, confiteri „

Tum ibidem c. 33. n. 36. redarguens effata aliqua, quibus Pelagiani cum duce ſuo fucum incautis facere intendebant, haec eis regerit „ nos autem illam gratiam in eorum confeſſione requirimus, de qua dicit „ Apoſtolus 1. Timot. 1. 7. non enim dedit „ nobis Deus Spiritum timoris, ſed virtutis & caritatis & continentiae „ Eam itaque gratiam juſtificantem, & hunc ſpiritum, qui eam praefert, primaevi illi Pelagianorum duces non noverunt; eſto ipſam deinceps, mutata ſententia, receperint poſteriores Sectae ſurculi ex modo adlegato teſtimonio *Authoris Anonymi*.

Addi poteſt ex eodem *Auguſt.* l. de haereſ. c. 88. Pelagianos ſui temporis infenſiſſimos fuiſſe inimicos „ Dei gratiae, qua „ praedeſtinati ſumus in adoptionem filiorum per Jeſum Chriſtum in ipſum, & „ qua eruimur de poteſtate tenebrarum ut „ in eum credamus, atque in regnum ipſius „ transferamur ... & qua diffunditur caritas „ in cordibus noſtris, ut fides per dilectionem operetur „ Tum quod *S. Doctor* addit in cit. l. 1. de grat. c. 2. n. 2. quod videlicet Pelagius „ gratiam Dei, qua Chriſtus venit in mundum peccatores ſalvos „ facere, in ſola peccatorum remiſſione „ conſtituit „ At gratia tamen noſtra non modo peccata remittit, ſed & hominem reddit adoptivum Dei filium & gloriae heredem.

Alii vero frequentius cum *Janſen.* juniore de haer. pelag. l. 5. c. 22. ſqq & *Nat. Alex.* ad Sec. V. c. 3. art. 3. §. 7. tenent, Pelagianos gratiam ſanctificantem divinitus infuſam agnoviſſe & praedicaſſe; nec ſpernendis quidem quo ad ſpeciem documentis ſuffulti. Omnia ſiquidem effecta tribui ab ipſi videntur gratiae Chriſti, quae in gratiam ſanctificantem revocamus, ex eorumdem ſcriptis aut effatis.

Nimirum 1.° remiſſio peccatorum ex *Pelag.* cap. 5. Rom. 36. 2.° naturae renovatio ſeu inſtauratio ex eodem *Pelag.* epiſt. ad Demedriad. 3.° adoptio ex *Juliano* l. 1. operis imp. 4.° ſanctificatio ex *Pelag.* ap. Auguſt. l. 3. de peccat. mer. c. 6. 5.° juſtificatio ex *Juliano* ap. Aug. l. 2. op. imp. 6.° jus hereditarium, quo nempe juſtus ſit heres regni coeleſtis ex *Pelagianis* ap. Aug. de peccat. mer. l. 1. c. 1. 7.° regeneratio ex *Juliano* ap. Aug. l. 6. cont. Julian. c. 10.

Sed ad haec tamen aliaque paria teſtimonia multo gloſſematum adparatu recitata a Janſenio, & poſtmodum exſcripta a Nat. Alex. facile reſponderi poteſt, quod ſi ejuſmodi dotes gratiae & effecta in ſenſu proprio, qualem intendit Eccleſia, ab Pelagianis intellecta ſint, non ſibi conſtitit eorum doctrina, ab Auguſtino ſuperius demonſtrata, ut vulgo moris eſt in ſyſtematis haereticorum; immo idem Auguſtinus ſi haec ab illis in recto, ſanoque ſenſu dicta & capta eſſe noverit, miſerrime hallucinatus eſſet ac falſus ubi nihilominus eos acriter carpit, ceu gratiae vere ſanctificantis ignaros & inimicos: quod quidem non puto aequo animo tulerit Iprenſis Paeſul.

Reſtat ergo ut Pelagius & Julianus in poſterioribus teſtimoniis ea latiſſime adceperint dona adoptionis, ſanctificationis, juſtificationis, regenerationis; conceſſa videlicet homini ut ſummum intuitu adcepti baptiſmatis per quandam extrinſecam imputationem; ad eum nempe ſenſum, quo dixit *Calvin.* in antid. C. Trid. ſeſſ. 6. c. 7. „ falſum eſſe contendo, ullam juſtitiae partem „ in qualitate ſitam eſſe vel habitu, qui in „ nobis reſideat, ſed gratuita adceptione „ nos eſſe juſtos „ Conf. cit. *Petav.* c. 4 n. 3.

Deſinat ergo *Janſenius* l. 5. hiſt. pelag. c. 27 §. *Una.* petulanter obgannire ac inſultare *Suarezio*, aliiſque hac in re ſibi merito adverſantibus, ceu hallucinatis, ac penitiora Pelagianiſmi primaevi dogmata neſcientibus; vel iis omnium primipilum hallucinatorum ſuum adnumeret Auguſtinum.

III. Error 3.° loco deſcriptus, a Synodo Dioſpolitana confixus an. 415. a Pelagio ſeu ex animo, ſeu ſimulate revocatus eſt in eadem Synodo. At certum eſt ejus nepotes oppoſitam tenuiſſe ſententiam, ajente *Auguſt.* „ dicunt Pelagiani hanc eſſe ſolam

„ non

lotionibus, rati utique ita se justificationem adsequi, cunctasque animi sordes & peccata absque ulla dubitatione quam cito, penitusque extergere. (*)

„ non secundum merita nostra gratiam, qua „ homini peccata dimittuntur, illam vero, „ quae datur in fine, idest aeternam vitam „ meritis nostris praecedentibus reddi,„Haec ille in l. de grat. & lib. arb. c. 6. n. 15. sub init.

Sed & iidem vel alii Pelagiani cum suo parente rursus ipsum errorem innovarunt, renueruntque, ut author idem *August.* est haer. 88. in haec verba „ contendunt (Pelagii adsectae) gratiam Dei, qua liberamur ab impietate, secundum merita nostra dari. Quod quidem Pelagius in Episcopali judicio Palaestino damnari metuens, damnare compulsus est, sed in posterioribus suis scriptis hoc invenitur „ docere „ quo nempe hoc etiam de remissione negotium suo redderet universali consonum dogmati, *gratia secundum merita datur*, in quo haereseos Pelagianae caput & summa consistebat.

Ac inde viderit obiter Jansenius, cujus fuerit indolis ea gratia justificans, seu peccatorum remissio a Pelagianis praedicata; quam nempe naturae vires adquirerent, nullo auxiliantis gratiae praesidio subsultae. Haec videlicet ea gratia habitualis fuit, *cujus proprietatem destruebant Pelagiani eam meritis liberi arbitrii adscribendo*, ut idem inquit *Jansen.* in Indice ad Tom. 2. art. *Gratia.* fere sub fin.

ADNOTATIONES.

(*) I. HAec tradiderunt *Polid. Vergil.* de invent. rer. l. 7. c. 8. ferme sub med. *Barthol. Edessenus* in confutat. Hagaren. *Gabriel Sionita* tr. de urbib. & morib. orientalib. adjecto geographiae Nubiensi cap. 15. *Du Ryer* in compend. relig. Turcicae praemisso gallicae Alcorani versioni, *De St. Olon* in descript. Imperii Marroccani p. m. 48. edit. Amstelodam. 1695. *Hydeus* proxime cit. quibus addendus laud. *Gonzal.* l. 5. c. 36. p. 556.

Hos tamen Authores perstringit Mahumedanorum patronus proxime laudat. *Relandus* l. 2. §. 11. in haec verba. „ Non eo „ usque insaniunt Mohammedani, sed a „ Deo solo ejusque gratia animae suae purificationem & deletionem peccatorum „ petunt. Hinc illae preces, quas jubentur inter ea, quae ex Sonna sunt observanda ad Deum facere postquam totius corporis lotionem, sive *Gusl* perfecerunt (quod „ omnino notandum) *o Deus munda me ex* „ *muuda animam meam* & quae plures passim in scriptis eorum obviae. Si persuasum iis esset lotione corporis animum purgari, frustra loto corpore a Deo peterent, „ velit animum mundare. „

Profert deinde ex MS. quodam mahumedanico apud se adservato verba haec „ purificatio cordis sive animae est quasi intimi nuclei: & haec quidem animi purificatio a sordibas morum pravorum est omnium praecipua „.

Notandum denique jubet pro corollide vindiciarum, jam olim gentes idem dixisse de baptismo Christianorum, credere illos peccata & morbos animi aqua tolli, ut videre est in objectionibus Juliani Augusti ap. Cyrill. contra Julian. l. 7. p. 245. sqq. Ita *Reland.*

Et fatendum quidem in primis, haud raro male describi religiones, ipsisque vel Scriptorum malo dolo, vel imperitia, vel incauta credulitate naevos imponi, quod in aliis Prolusionibus haud semel palam fecimus; & cujus rei prae ceteris luculentissimum praestat exemplum Christiana religio nostra, tot olim falsorum dogmatum calumniis a Paganis impetita, quot literas prodiderunt *Justin.* & *Athenagoras* in apologg. *Tertull.* de praescr. haeret. & alias, *Arnob.* in lib. contra gent. *Clem. Alex.* in Stromat. *Augustin.* in libris XXI. de civ. Dei.

Ultro deinde concedenda Relando quae scite persequitur. Nam saepissime in Alcorano vel inducitur Deus tanquam unicus author indulgentiae, qua possit peccata remittere, vel jubentur Mahumedani eam veniam ab uno sperare ac exposcere Deo, e. g. in Sura 3. num. 133. 135. 147. ap. *Marrac.* in refut. Alcorani p. 129. sq. Sura 61. n. 12. ap. *Pfeiffer.* in theol. mahomed. adpend. 2. p. 385. &c. Ac insuper documentum e MS. depromptum codice satis ostendit apud illos Mahumedanos multo pretiosiorem fuisse internam animi munditiem a peccato praeexterna corporis ab omni labe sensili.

In comperto denique est ex adductis Julia-

VI. *Anonymus Parisiensis* an. circ. 1240. haec adseruit „ qui „ habet meliora naturalia de necessitate habebit majorem gratiam „ & gloliani objectionibus, gentes eam adpinxisse christianis solidam fidem de purgatione sordium animi per solum aquae contactum, cujus nempe *vis*, ut irridens loquitur *Julianus* a Cyrillo inductus, *abstergendi ac purgandi ad animam usque penetrat*. Nescivit enim, aut potius nescire subdole dissimulavit Augustus Apostata, non nudae aquae vim illam adtribuere Christianos, sed Spiritui Dei, qui adjuncta aqua ceu instrumento salutem operatur in renatis ex aqua & Spiritu. Hoc autem exemplo adposite videtur conjectasse Relandus, fieri potuisse ut Authores illi Mahumedanorum ignari rituum crediderint, illos adtribuisse lotionibus corporis purgationem ab sordibus animi, quam contra uni Deo misericorditer indulgenti referebant adceptam.

Adde, laudatos *Marraccium* & *Pfeifferum*, necnon *Nat. Alex.* hist. sec. VII. cap. 2. art. 2. *Cusanum* in cribratione *Alcorani* libris tribus, *Th. a Jesu* de convers. omnium gent. procur. l. 10. & alios nonnullos, cum fere cunctis Haereseologis, *Prateol. Gault. Malvas. Sand.* &c. qui detegendis absurdis Mahumedicae religionis naevis serio incubuerunt, hunc de quo disserimus, errorem (si mea non fallit memoria) omnino praeteriisse. Rursum & ipsum desiderari apud librum de Purificatione Mahumedana, omnia secundum illorum ritus lotionum genera complexum, quem *Aly Ben Mohammed* exaravit an. Hegirae 1090. Christi 1577. ap. *Marracc.* in prodromo par. 4. p. 10. sqq. Haec pro sententia Relandiana.

Ceterum utcumque dicta sint satis verisimilia, nihilosecius reponi possit, quod Relandus loquutus sit de vetustioribus Mahumedanis, alii vero Authores de recentioribus, vel de sectis, diversam ab antiqua fidem profitentibus: notum quippe est, tum apud infideles, tum apud haereticos, sectas in plura membra sub eodem institutoris nomine distributas non modo disciplinae ritus in dies mutare, sed & primaeva fidei dogmata.

Et ii quidem Scriptores de Mahumedanis suorum temporum egisse videntur. Nec facile eredi potest, ut de aliis fileam, citatum *de St. Olon*, legatum regis Galliarum ad Imperatorem Maroccanum, & in ejusdem imperio commorantem, excipientemque perpetua observatione auribus & oculis fidem ac ritus Mahumedanorum, de iis tamen sinistre institutum haec scripsisse, *Caput, pedes, manusque saepius abluunt, & contendunt se hoc modo ab omnibus peccatis mundari*. Idemque omnino dixero de laudato *Gonzalezio*, qui dum seculo XVII. jam exeunte in Boetica & Madriti cum Mahumedanis versabatur, eisque ad veram fidem traducendis operam dabat, haec scripsit, differens de superstitiosis eorum lotionibus & lavacris, *diabolusque miseros Mahumedanos decipit dum eis persuadet, eis ablutionibus animam lavari a maculis peccatorum, quum tamen ad hoc nullam virtutem habeant.*

Praeterea quantumvis antiquiores illi Mahumedani, de quibus videri potest loquutus Relandus, ut morem gererent Alcorano, tenerent ab uno Deo sperari atque expeti posse munditiem animi, tanto pretiosiorem, quam sit corporis puritas; at credi potest, ipsos pariter vulgo tenuisse, Deum illam spiritalem munditiem eis ablutionibus illigasse, quemadmodum illigavit Christiano baptismati, quod & ipsorum primores Magistri quamoptime nescire poterant.

Immo id ipsum effingentem, suosque monentem mihi audire videor *Pseudo-Prophetam* ad Suram 5. n. 7. ap. Marrac. p. 193. ubi praescribens lotionum ritus, haec fatur, & *si neque inveniatis aquam, adcipite ad purificationem pulverem bonum & confricate facies vestras & manus vestras illo. Non vult Deus imponere vobis ullam difficultatem; sed vult purificare vos, & perficere gratiam suam super vos, ut vos gratias illi agatis*.

Disertissime itaque ad sensum impostoris vult Deus spiritaliter purificare utentes praescriptis lotionibus, ac super eos perficere gratiam suam. Vim ergo confinxit inditam a Deo eis lavacris ad quaslibet animi sordes emundandas. Inaudierat proculdubio vaferrimus vir a Severo aliisque primis institutoribus suis mirabilem lavacro christiani baptismatis vim adnexam remittendi peccata, & finiam fecit, novum perpetuumque baptisma suae ingerens sectae. Id ille docuit, idque deinceps sub notione lotionum intelligendum, credendumque ad suos universim sectarios traditione vulgari transmissum est.

Hinc plane tanta Mahumedanorum religio erga suas lotiones, quas *sacras Purificationes* vocant, adductae Surae verbis innixi & quas Moslemi, ut author est *Marracc.* in prodr. par. 4. c. 4. p. 10. praecipuam

„ & gloriam „ Quasi teneatur Deus cum concessis a natura dotibus superna sanctificantis gratiae & gloriae dona commensurare. Hunc tamen stultum errorem eodem anno profligavit Guillielmus Episcopus Parisiensis, & adserendum praescripsit „ secundum quod prae„ ordinatum est & praedestinatum a Deo dabitur gratia & glo„ ria „. (k)

VII. *Guillelmus* quidam, postmodum Constantiensis Episcopus, Parisiis apud aedes FF. Minorum, in concione habita de S. Joanne Baptista in pervigilio SS. Petri & Paulli disertis verbis adfirmavit „ quod qui damnatur nunquam fuit in gratia, sed semper Is„ maël aut Judas fuit, & nunquam Joannes „ Quasi ille olim suscepto baptismate, ac vera de commissis peccatis poenitentia peracta, sanctificante gratia ornatus non fuerit, contra communem & verum Ecclesiae sensum. De hoc vero inaudito paradoxo Guillelmus „ reprehensus publice, in sequenti die Apostolorum Petri & „ Paulli publice retractavit „ (*)

puam religionis suae partem esse contendunt; & optimo quidem jure, eorum sententia, quum illis lavacris peccatorum omnium remissionem obtineant.

Maneat igitur & Mahumedem & ejus generatim sectarios in exposito adversus Justificationem impii errore misere versari, quin deperditae causae ab aliis authoribus sapienter pervulgatae quidquam solide suffragetur *Relandi* patrocinium.

II. Errorem alium in rem praesentem Alcorano adpingit cit. *Pfeiffer.* in praefat. n. 6. & in exercit. 6. thesi 22. p. 295. quod nempe in Sura 99. operibus aut propriis meritis adscribatur Justificatio in haec verba, „ Die illa (Judicii universalis) procedent „ homines turmatim ut videant opera sua. „ Porro qui fecerit quantum est pondus u„ nius formiculae bonum, videbit illud. „ Qui vero fecerit quantum est pondus unius „ formiculae malum, videbit illud. „

Quid autem hoc de Justificatione nudis operibus adscripta? Hallucinatus est, immo potius suum errorem prodidit Luthericus homo, qui nempe cum suo grege nullum agnoscit in humanis operibus meritum praemiandum, aut puniendum demeritum; nec ullam insuper congruam dispositionem ad supernam Justificationem obtinendam. Haec autem si naturae lumine noverit Alcorani author, Pfeiffero hac in re oculatior fuit.

(k) Lege *Bibl. PP. Lugdun.* t. 25. p. 329. & *Bulaeum* hist. univ. Paris. t. 3. p. 178.

ADNOTATIONES.

(*) I. ITa rem ferunt cit. *Bibl. PP. Lugd.* t. 15. p. 329. col. 2. *Bulae.* cit. t. 3. p. 180. *D' argentr.* in collect. judic. de nov. error. t. 1. p. 173. col. 2. ex Codicib. MSS. Sorbonicis 395. & 591. *Parisienses Articuli*, editi olim ad calcem libri IV. Sententiarum fol. m. 222. col. 2. edit. Venetae 1514.

Occurrit tamen difficultas super anno, quo res contigit. Nam in citatis *Articulis* & *Bibl.* ita casus enarratur. „ Item eodem „ anno, quo cantabatur *laetare Jerusalem*, „ millesimo ducentesimo septuagesimo, „ Guillelmus, postmodum Constantiensis „ Episcopus „ &c. & concluditur. „ Pax „ & gratia omnibus adserentibus hanc veri„ tatem. Data fuit haec sententia Parisius „ an. Domini millesimo ducentesimo qua„ dragesimo, in Octavis Epiphaniae „ Vides nullo monente rationem dubitandi.

At facile nodum solveris, si dixeris, rem quidem contigisse an. 1270. sub Stephano Parisiensi Episcopo: eam vero extremam clausulam „ Pax & gratia „ &c. perperam narrationi adsutam fuisse; quippe quae pertinet ad finem proxime antecedentem Adsertionum oppositarum decem erroribus, quos damnaverat proxime laudatus Guillelmus Episcopus. Ita fere *D' argentr.* cui lubenter adsentior. Et miror quidem haec non animadvertiss. Biblioth. Lugdun. Editores.

Neque vero audiendum putamus *Bu-*

lae-

VIII. *Beguardi* sic adserebant „ Tam parvulis, quam adultis in „ Baptismo non conferuntur informans gratia & virtutes „ ( )

IX. *Lutherus* hanc de gratia justificante doctrinam tradidit. 1.° novae legis Sacramenta minime gratiam conferunt iis qui non ponunt

Iverum, ubi videtur, nullo tamen documento suffultus; factum istud ad annum 1243. revocare.

II. Idem *Bulaeus* omnium primus, ut suspicor, Guillelmum illum dixit Minoritam. Optarem vero aliquod pro adserto suo adtuliset documentum; ejus quippe, ni fallor, nulla habetur mentio apud Annales Minoritarum, praesertim apud castigatiores *Wadinghi*, quos adcurate locupletavit *Jos. Mar. Fonseca ab Ebora*.

Optarem insuper documentum pro Episcopatu Constantiensi in Gallia, ut credi fas est, sub Archiepiscopatu Rotomagensi, quo Guillelmus, quem in serie Episcoporum illius ecclesiae reperio, nobilis Normannus est Roberto II. subfectus an. 1315. & fato functus 1347. ap. Galliam sacr. *PP. Maurinorum* l. 2. ubi de eccl. Constant. (etsi perperam, reor, heic dicatur *Guillelmus* II. quoniam alium *primum* in tota praecedenti serie non repereris). Nec ibi Minorita, seu concionator indicatur.

Sed & alii numerantur, aut olim numerati sunt Episcopatus Constantienses, puta in Germania ad Rhenum, in Thracia, in Numidia, in provincia Calabriae, uti discere licet ex *Carolo a S. Paulo*, *Miraeo*, *Jo. Alb. Fabricio* & aliis, qui generales orbis christiani Episcopatuum syllabos contexuere. Anne Guillelmus noster in aliquo ex iis sederit? Eruditionis studiosis, quibus otium sit, discutiendum relinquimus.

ADNOTATIO.

(*) HAnc Sectae opinionem, quam *Eymericus* in direct. inquis. par. 2. q. 7. p. 249. inter haereses liberaliter reposuit, reprobasse videtur Synodus Viennensis, relata in *Clementina* 1. de fide catholica, in haec verba. „ Quia quantum ad „ effectum baptismi in parvulis reperiuntur „ Doctores quidam Theologi opiniones „ contrarias habuisse: quibusdam ex ipsis „ dicentibus per virtutem baptismi parvulis „ quidem culpam remitti, sed gratiam non „ conferri; aliis e contra adserentibus, „ quod & culpa eisdem in baptismo remittitur, & virtutes ac informans gratia infunduntur quoad habitum, etsi non pro „ illo tempore quoad usum. Nos autem adtendentes generalem efficaciam mortis „ Christi (quae per baptismum adplicatur patiter omnibus baptizatis) opinionem secundam, quae dicit tam parvulis quam „ adultis conferri in baptismo informantem „ gratiam & virtutes, tanquam probabiliorem & dictis Sanctorum ac Doctorum „ modernorum Theologiae magis consonam & concordem, sacro adprobante „ Concilio, duximus eligendam „ Haec suo & Concilii nomine *Clemens* P. v.

Inde vero ad mentem Concilii, Beguardorum opinio, negans gratiam informantem seu justificantem in Baptismo conferri, falsa non erat, nec improbabilis, sed duntaxat prae opposita minus probabilis aut verisimilis. Undenam ergo Eymerico citato *quinta haeresis* fuit? Hunc authorem in eodem judicio sequutus est *Guido* Perpinian. qui ipsam opinionem Petro Joanni ejusque sequacibus adtributam haereseos nota inurit ubi de Petro Joanne in tr. de haeres. c. 1. p. n.° 175. poster. edit. Colon. 1631. itemque nuper *Perrimez* in tr. de baptismo t. 6. diff. 334. p. 294. col. 2.

Quid vero nobis modo statuendum circa praefatam opinionem? Verbo dixerim. Quoad infusionem virtutum in baptismo nihil ulterius video hucusque definitum ab Ecclesia; quoad infusionem vero gratiae (quod in praesentia nostrum institutum spectat) hoc certa adparet constituta a *Tridentino*, agente circa omnia generatim sacramenta in sess. 7. can. 7. „ si quis dixerit non dari gratiam „ per hujusmodi Sacramenta semper & omnibus quantum est ex parte Dei ... anathema sit „ & can. 8. „ Si quis dixerit „ per ipsa novae legis Sacramenta ex opere „ operato non conferri gratiam ... anathema „ sit „. Quod ergo probabilius dixit Viennense, nova adhibita in Scripturas & Patrum traditionem inquisitione, statuit Tridentinum esse fide sanctum, seu divinitus revelatum. Conf. cit *Guidonem* & *Castr.* de haeres. art. *Baptismus*. sub init. atque thesim illam Beguardorum, quod spectat gratiae collationem, certo haereticam dicito.

nunt obicem. (*l*) Eundem errorem docuit *Zvinglius*, teste *Nat. Alex.* (*m*) ... 2.° peccata non sunt ulli remissa, nisi remittente Sacerdote, credat, sibi remitti. (*n*) ... 3.° nullo modo confidas absolvi propter tuam contritionem, sed propter verbum Christi, *quodcumque solveris* &c. (*o*) ... 4.° si per impossibile confessus non esset contritus, aut Sacerdos non serio, sed joco absolveret, si tamen credat se absolutum, verissime est absolutus, seu justificatus. (*p*)

Tum 5.° sicut Adam uno peccato omnes ex se natos facit eodem suo peccato proprio, illis jam alieno, reos, & dat quod habet; ita Christus sua justitia omnes ex se natos facit eadem sua justitia, illis aliena & immerita, justos & salvos. (*q*) Videlicet non alia est nostra gratia, seu justitia, quam Christi justitia nobis imputata ... 6.° per fidem in Christum fit justitia Christi nostra justitia (*r*) Et haec fides in sensu lutherico est fides justificans .. 7.° qui operatur exsistens in statu gratiae debet certo ac infallibiliter credere, se Deo placere; alioqui perdit vitam suam totam, quia non ex fide, neque in fide agit (*s*) ... 8.° justificatur quidem homo fide coram Deo (*t*) ... 9.° sola fides justificat sine operibus nostris; ac fide propter Christum nos justi reputamur (*u*) ... 10.° vel ne quidem heroicae virtutes quidquam valent in religione seu justificatione coram Deo (*x*) ... 11.° opera gratiae sunt, quae ex fide fiunt, Spiritu S. movente & regenerante voluntatem hominis. (*y*)

Haec saepe saepius alias ingeminat & fusius exponit *Germanicus propheta*, qualem dixerunt Lutherum *Magdeburgenses* (*z*) & *electum organum Dei*, qualem ipsum nuncupavit *Nicol. Amsdorfius*. (*a*) Et hoc quidem de Justificatione systema unum est ex praecipuis suae doctrinae capitibus, quod Haeresiarches in christianum orbem primus invexit. Siliit nimirum justificationem impii in ipsa Christi justitia vel sanctitate impio extrinseca & aliena, sed imputata, quasi suamet esset, interventu certae fidei seu fiduciae in Christum de remissione peccati, & seorsim a qualibet hominis dispositione, qua ullo pacto donum illud mereatur: inde vero aperte subintulit justificationem prorsus gratuitam, & omnia eliminavit justitiae ac bonorum operum merita ratione obtinendae justificationis ac vitae aeternae; quum nullus justus sit nisi per solam peccatorum remissionem & imputatam Christi justitiam, propter quam reputat Deus pec-

(*l*) Ex *Leone* P. X in Bulla contra errores Martini Lutheri & sequacium, quae incipit *Exsurge Domine* §. 1.

(*m*) Ad sec. XVI. cap. 2. art. 10. ubi de errorib. Zvinglii.

(*n*) Ex cit. *Leone* § 10.

(*o*) In eadem Bulla §. 11.

(*p*) *Ibidem* §. 12

(*q*) *Luther.* in t. 1. oper. edit. Jenen. 1612. concione de triplici justitia fol. 151. art. *Quinto*.

(*r*) *Idem* ibid in conc. de duplici justitia sub init. p. 152.

(*s*) *Ibidem* in conc. de triplici justitia fol. verso 151.

(*t*) *Ibidem* in disput. 3. de justificat. hominis n. 4. fol. 449.

(*u*) *Ibidem* nn. 29. 33.

(*x*) *Ibid.* in disput. de operib. legis & gratiae n. 6. fol. verso 450.

(*y*) *Ibid.* n. 8.

(*z*) Centur. 2. in praefat. prope fin.

(*a*) Praefat. in cit. tom. 1. Lutheri §. *Omitto*.

peccatores ceu juſtos, quamvis in ſe ipſis juſti non ſint; ac Deus non niſi propter iſtam imputationem, minime intuitu cujuſquam boni operis aeternam conferat vitam. Quo quidem & Evangelio & hucuſque continuatae traditioni quid adverſum magis? (*b*)

Expoſitum Magiſtri ſyſtema quoad imputatam Chriſti juſtitiam, ſcorſim a quolibet boni operis merito, amplexa eſt, tenuitque conſtanter, ut video, ſchola Lutherana univerſa. (*c*) *Juſtificationem*, ajebat an. 1749. *Canzius* (*d*) *quae ſola fide, Chriſti ſanguine nixa, continetur, praeclariſſimum religionis proteſtantium palladium eſſe, toto corde profitemur omnes*. Quanta vero in explicando ac defendendo Patroni ſyſtemate fuerit diſcipulorum diſſenſio, nequit paucis exponi. Eam indicavit jam inter primaevos Lutheranos ſatis cognitam *Salmeronius* (*e*) necnon *Petrus Canſius*. (*f*) Immo & idem *Oſiander*. (*g*) Sed ejus tamen doctrinae ſummam ceu erroneam, ſacriſque orthodoxae dogmatis fidei adverſam pluribus profligarunt *Tridentini Patres* (*h*) quos turmatim poſtmodum *Polemici Theologi* ab perpetuis Lutheranorum hoſtium ictibus egregie vindicarunt, cum *Driedone*, *Latomo*, *Roffenſi*, *Tappero*, *Turriano*, *Vega*, *Valentia*, *Bellarm.* *Walenburch*. *Pichlero* &c. (*)

X. *Zvin-*

(*b*) Conf. *VValenburchii* fratres de controver. fidei tom. 2. tr. de juſtificat. cap. 2. & 3.

(*c*) Cum *Auctoribus* Confeſſionis Auguſtanae in articulis fidei praecipuis art. 4. & 20. *Magdeburgenſ.* centur. 2. hiſt. eccleſ. c. 4. de doctrina juſtificationis, ubi illud contendunt jam erui ex Patribus II. Seculi, col. m. 46. tum cent. 3. & 4. ubique c. 4. *Melanchthon* in propoſitionibus editis 1543. prop. 17. 21. & alias, *Chemnit.* in exam. decret. C. Trident. de juſtificat. *Gerhard.* in confeſ. l. 2. par. 2. fol. 685. *Buddeo* inſtit. theol. dogmat. l. 4. c. 4. per tot. &c.

(*d*) De uſu Philoſ. Leibnitianae & VVolfianae in Theologia cap. 11. §. 1197. p. 914.

(*e*) Tom. 15. in epiſt. ad Galat. diſp. 5. ſub init. p. m. 13.

(*f*) In praefat. ad comment. Andreae Vega de Juſtificat.

(*g*) In confut. Melanch.

(*h*) Seſſ. 6. in percelebri decreto de Juſtificat.

ADNOTATIO.

(*) STudioſiſſime quidem adlaborarunt Patres Tridentini ut doctrinam dogmaticam de Juſtificatione quamadcuratiſſime limatam traderent ac definirent. Et Synodi porro Praeſides, & reliqui Patres, & Theologi univerſi nihil intentatum reliquerunt, ut materiam hujuſce dogmatis digererent, excuterent, diſputarent, controverterent, quo rem ad umbilicum felicisſime pro votis perducerent.

Eo maxime, quod haec prima omnium Synodorum hanc ſibi provinciam ſuſcipiendam crederet, ita exigentibus luthericis ejus Seculi haereſibus, quibus praeſertim debellandis coactam ſe Synodus agnoſcebat, nec ſemel profeſſa eſt; tum quod perrara in hanc rem Patrum, & veterum Scholaſticorum traditio documenta miniſtraret. Heinc perplurimis, prolixiſque habitis conventibus, cum privatis Theologorum, tum generalibus Patrum ſumma cura res agitata eſt; depromti ex ſcriptis recentium Heterodoxorum 25. articuli, qui prae ceteris cenſuram exigere videbantur, in praeſentia diſcutiendi; reſolvendae theſes utrinque acerrime conrroverſae; propoſita quae tradenda eſſent decreta, expenſa, mutata, correcta, ex amuſſim limatiſſima; donec poſt habita ferme perpetua examina toto octo menſium fluxu, in ſeſſione 6. die 13. Januarii 1547. *univerſaliter ab omnibus Patribus uno conſenſu* (uti pronuntavit in eadem ſeſſione primus praeſes Cardinalis de Monte, ex miſſ. *Maſſarelli*, Synodi a ſecretis ap. *Raynald.* an. 1547. n. 19. adſeruitque eadem Synodus proxime in ſeſſ. 7. ſub init.) decre-

tum

X. *Zvingliani* Scriptores aliqui haec inter alia de gratia sanctificante literis commendarunt. 1.° soli electi & praedestinati vere justi-

tum de Justificatione una cum canonibus 33. ex integro promulgatum est, adprobatum, ac fide certa tenendum, definitum. Lege *Pallavicin.* hist. C. Trid. t. 1. l. 8. c. 2. §qq. *Rainald.* an. 1546. a §. 118. & an. 1547. a §. 5. ad 19. *Fleury* an. 1546. a §. 42. ad tom. 29. l. 143. & an. 1547. a §. 76. sub fin. *Nat. Alex.* ad Secul. XVI. diss. 12. art. 4. & si licet, *Paull. Sarpi* hist. C. Trid. ad an. 1546. a §. 73.

Hoc itaque decreto dogmatico, tot, tantarumque discussionum laboribus, praeceteris quibusque a Synodo elicitis sanctionibus, adcuratissime parto & e sacris literis saniore sensu intellectis feliciter depromto, praecipua lutheranae haereseos capita funditus everterunt Patres; ecquis enim sanae mentis sapientissimi Senatus hac in re judicium unius Lutheri apostatae opinioni mille nominibus praeferendum non duxerit?

Illud nihilo secius acerbissime carpere non dubitarunt *Calvinus* in acta Synodi Trid. cum antidoto, in sessionem 6. & *Chemnit.* in exam. C. Trid. ad sess. 6. &, quod mireris, *Paull. Sarpius* aliorum nomine in hist. C. Trid. ad an. 1547. §. 83. post med. & sparsim etiam in reliqua historia sessionis 6. in editione gallica Courayeri 1736. t. 1. Eximium tamen Concilii decretum ab iis aliisque hostibus satis superque vindicarunt plurimi cum cit. *Pallav.* l. 8. c. 19.

Quid vero, inquis, de *Courayero*? nonne cum suo Sarpio consentit penitus? At minime gentium. Immo potius in suis notis ad citatum locum Sarpii, hunc frequenter deserit, ac Pallavicini responsis plaudit. Vellem tamen hujus adtendisset solutionem ad objectam a Sarpio nimiam Concilii definitionum multitudinem, quas idem 135. numerat, contra morem omnium praeteritarum Synodorum. Huic quippe, ut optime purpuratus Author, caussam dedit multitudo haeresum, qua grandiorem, immanioremque in perniciem Christiani populi e praeteritis Seculis nullum viderat.

Eidem porro *Courayero* in capita & canones Tridentini decreti suos adjicere commentarios placuit. Nullum quidem mordere audet aut oppugnare, rarius tamen eos cum dogmatis Protestantium pugnare contendit; haec quippe mirum in modum emollit, ac perbenigne interpretatur, ut inde liquido subinferre valeat, non re sed in modo loquendi, ac usurpandi verborum significatum a Tridentinis canonibus discrepare.

Haec vero, me judice, favere possunt posterioribus quibusdam Protestantium placitis, quae citt. *VValenburchii* in tr. de justif. sparsim commemorant, aut aliorum recentiorum, quos *Courayerus* idem audierit, minime placitis Lutheri, aut primaevorum ejus comitum, quae unice configere ac exterminare intendit Tridentinum. Quod enim ii omnes suas in sensu haeretico effutierint theses, e diametro illis oppositas, quas definiit Concilium certa fide tenendas, clarius liquet eorumdem commentarios conferenti, quam ut ulla egeat probatione. (Vide, si liceat, opera Lutheri, Confessionis Augustanae, Melanchonis, Magdeburgensium, quae simul cum scriptis aliquot Zvvinglianorum, pluriumque illius aevi haereticorum evolvere ac discutere licuit Tridentinis Patribus ante diem definitionis decreti.)

Notam subinde inurit Synodo, quod profiteatur nullam velle percellere orthodoxae Scholae opinionem, sed eas duntaxat, quas haereticos tradidisse constet. Quid autem, reponit, si utrobique eadem sint erroris principia, vel idem quoque error, e. c. quod in opere salutari homo mere patiens est, minime agens, quod & haeretici docuerunt cum Luthero, & Schola quoque Thomistica una cum Jansenistica adoptavit?

Ceterum & a vero, & a mente Concilii nimium heic turpiter aberrat Courayeri observatio. Abs re quidem Synodi erat in examen adducere Scholae orthodoxae opiniones, de quibus nulla ratione constabat, aut dubitari poterat cum sancta fide pugnare, quemadmodum ad evidentiam constabat de pluribus, quas Lutherus, sibique similes tum temporis cum scandalo Christiani orbis prodiderant.

Neque vero licuit aut decuit ea praesertim quae apud Scholas vulgo obtinebant placita tanquam a fide aliena vellicare, quum satis notum esset Patribus, nullum unquam id genus placitum eas fovisse, aut tolerasse; quippe quae ex quo antiquiores Patres abierunt, sacrae traditionis depositum Ecclesiae illibatum servare intelliguntur, uti observavimus *supra* in Tom. I. p. 49. sq.

Porro si oculatissimi Censores Tridentini eadem apud nostras & haereticorum scho-

justificati sunt & dicuntur.. 2.° qui justificati sunt, certa fide credere tenentur, se Praedestinatorum numero adcenseri, ac nunquam amissuros gratiam, vel si eam amiserint, certo recuperaturos .. 3.° qui praedestinati non sunt, gratiam nunquam receperunt. (*)

XI. *Joan. Calvinus* propositum systema luthericum de justificatione prorsus gratuita per imputatam nobis fide adprehensam Christi justitiam, seclusis quibusque bonorum operum meritis, ambabus ulnis amplexus est. Ex virulentissimo Concilii Tridentini antidoto ad sessionem VI. ubi omni vituperio major ille hiatrio venerandos Synodi Patres ac Theologos sparsim adpellitare non dubitat *nebulones*, *porcos*, *asinos cornutos*, *crassulos & deliros monachos*; ex eo inquam impudentissimo schediasmate satis adparet, ipsum fere omnes profiteri errores, quos in canonibus proscripsit Synodus ad eam ses-

scholas vidissent errorum principia, vel eosdem errores, utrasque proculdubio ceu pariter a fide desciscentes profligassent: at nullam tamen in Schola sententiam novis erroribus consonam, quam pari fulmine ferirent, animadverterant. Nec illam iidem Protestantes animadverterunt; alias enim in sui patrocinium regerere non dubitassent adversus Concilium.

Quod vero Schola Thomistica praefatum adoptarit errorem, mera calumnia est, ut palam constat ex ejus dogmatis, scriptisque ejusdem Interpretum; quidquid fuerit de Janseniana, quam non curamus.

Carpit praeterea Patres, quod in capite 7. decreti ad res fidei explicandas ac definiendas usi fuerint notionibus ab Schola petitis, proponendo causas illas quinque Justificationis. Haec, ait, abhorrent a more antiquorum Conciliorum, & Aristotelicam philosophiam, plusquam Scripturae ac Patrum Theologiam sapiunt; nulla denique fidelibus utilitas ex iisce arbitrariis causarum divisionibus ad intelligendum, credendumque Justificationis articulum.

Sed ludit heic cum suo Sarpio *Couayerus*. Notum quippe omnibus est, Ephesinum & Chalcedonense Concilia in decretis usurpasse loquendi formulas e Philosophia petitas, quibus substantiae, naturae, hypostasis, personae discrimen satis subtiliter explicarunt. Plane Theologiae & fidei Philosophia quaelibet famulatur. Utilis demum est ea causarum divisio, quoniam & totam ferme rei materiam quasi compendio proponit, & articulo explicando, addiscendoque perspicuitatem adfert non modicam.

ADNOTATIO.

(*) HOs articulos tanquam excerptos cum perpaucis aliis e commentariis Zvvinglianorum, tum excussos & proscriptos per Patres Tridentinos in capitibus & canonibus laudati decreti de Justificatione, proponit nobis in sua hist. proxime cit. *Sarpius* in edit. Couray. t. 1. p. 376. Eosdemque ceu Zvvinglianorum dogmata in suam retulit historiam *Fleur.* l. 143. ad ann. 1546. n. 70.

Optarem tamen, unus vel alter documentum adferret; hanc quippe historiae particulam ceteri, quos viderim, de hac Tridentini sessione agentes, omnino praetereunt; puta *Rainald. Spondan. Nat Alex. Pallavic.*

Nec isti deinde articuli Zvinglii doctrinam sapiunt, sed VVicleffi, ejusque discipulorum. Et quidem inter Haereseologos minime illi adtribuuntur Zvinglio vel ejus sectatoribus. Nos, duce *Th. Valdens.* fere omnes adscripsimus VVicleffo, ejusque adseclis *supra* in Tom. II. ubi de Deo providente p. 311. & clarus ille Tridentinus Theologus *Andreas de Vega* in comment. de Justific. l. 12. c. 14. & alias eosdem Joviniano, & VVicleffo adpingit, quin Zvinglium aut ullum ejus sectatorem commemoret.

Putaverim ergo, Patres excerpsisse errores in praedestinationem & gratiam e commentariis Hieronymi adversus Jovinianum, & Valdensis contra VVicleffum; subinde erraste Sarpium & Fleuryum ubi eos enarrant a Patribus depromtos ex operibus Zvinglianorum, quippe quae erroribus in Praedestinationem, quos Patres excutere, ac propter connexionem rerum, confodere adgrediebantur, pluribus scaterent.

ſeſſionem ; omnes quippe canones (ſi excipias 1. 2. 3. 19. quibus ridicule adjecto *Amen* adſtipulari denotat hic rabula) poſt oppugnata fere ſingula decreti capita , tanquam errores foediſſimos propudioſa ferula corripit , ac diſcerpit . Non ita quidem inciviliter ac inverecunde Patres exagitavit Lutheranus *Chemnitius* in exam. decret. C. Trid. de juſtificat. , etſi praefervide contra ipſos ſuam egerit cauſſam . Quin etiam eandem peſtiferam doctrinam , a ſana fide toto coelo aberrantem pluribus praeterea illuſtrare , ſeu potius obſcurare nititur in ſuis Inſtitutionibus , praeſertim lib. 3. cap. 3. 4. 9. ſqq. tum in ſuo Catechiſmo Genevenſi , ubi de fide , ad illum ſymboli articulum *credo remiſſionem peccatorum* . (*i*)

Quantum vero & quam frequenter Calvinus in ſuis adſertis de hac materia a ſe ipſo diſtet ac diſcordet , ſatis ſuperque noſtrates oſtenderunt cum *Romaeo* (*k*) & *Gaultero* (*l*) ut mittam *Polemicos* tanto plures , qui inverecundi , impiique hominis theſes ac impudentias data opera perſtrinxerunt .

Sed & Haerſiarchae veſtigiis quoad indicatum ſyſtema de imputata Chriſti juſtitia , ſecluſis operibus , ſatis avide , conſtanterque vulgo inſtitit univerſus Calviniſticus grex . (*m*) Id ipſum ſentire ſollemniter profeſſae olim ſunt complures cum e Lutheranis , tum e Calviniſticis partibus eccleſiae , ſeu ſynagogae , vel conciliabula in ſuis editis *Confeſſionibus fidei* . (*) Quibus & ex aliis ſectis ſubſcrip-

(*i*) Exſtat inter opera Calvini t. 8. a p. m. 12. edit. 1667.

(*k*) In effigie Calvini, diſcordia 5. de Juſtificat. a p. 381. & in Calviniſmo ſibi diſcolore ἀείσατο 3. 4. 6. a p. 649. & in confeſſione Calvini in equuleo, art. 16. a p. 745. & alias .

(*l*) In anatome Calviniſmi ſparſim .

(*m*) Cum *Theod. Beza* in volumine tractation. theologicar. in quadam confeſſione fidei cap. 4. §. 8. p. 7. & in abſterſione calumniarum Tilemanni Heshuſii , ad calumniam quintam p. 331. ſq. *Ameſio* contra Bellarmin. ad tract. de Juſtificat. *Turretino* in inſtitutione Theol. elencticae par. 2. loco 16. q. 2. ſqq. a p. 695. *Sam. Mareſio* in ſyſtem. theol. loco 11. a §. 46. p. m. 633. ſqq. *Jacobo Picenino* in apologetico pro praetenſis Reformatoribus , praetenſaque religione reformata cap. 16. art. 6.

ADNOTATIO.

(*) EJuſmodi decantatas *Confeſſiones* exhibet corpus & ſyntagma quoddam confeſſionum fidei , denuo Genevae typis editum 1654. Earum notitia ad polemicam hiſtoriam plurimum confert , uti probe obſervat *Matth. Pfaffius* in inſtit. hiſt. eccl. ad Secul. XVII. cap. 3. Ergo in gratiam ſtudioſorum eruditionis polemicae paucis eas damus , adnotatis locis , in quibus expoſitum Lutheri & Calvini ſyſtema ceu dogma fidei admittitur .

Itaque dogma iſtud amplexa & profeſſa eſt *generalis quaedam Confeſſio & expoſitio ſimplex orthoxae fidei* cap. 15. Edita eſt Tiguri 1651. Ei concorditer ſubſcripſiſſe dicuntur ,, Eccleſiae Chriſti miniſtri, qui ſunt ,, in Helvetia , Tiguri , Bernae , Glaro- ,, nae , Baſileae , Scaphuſi , Abbatiſcel- ,, lae , Sangalli , Curiae Rhaetorum , & ,, apud Confoederatos , Mylufii item & ,, Biennae : quibus adjunxerunt ſe Gene- ,, venſes , & Neocomenſis Eccleſiae Mini- ,, ſtri , una cum aliis Evangelii praeconi- ,, bus in Polonia , Hungaria , Scotia . ,,

Confeſſio Helvetica ſummaria & generalis §. 13. Compoſita eſt Baſileae 1536. latine excuſa 1581.

Confeſſio Baſilienſis vel *Mylhuſiana* §. 3. ſcripta germanice 1532. latine 1561. & 1581.

Con-

ſiſſe feruntur *Semi Oſiandrini* (*n*) & *Spangebergici*. (*o*)

XII *Michaël Servetus*, alias notatus „ de peccato ac juſtifica-
„ tio-

(*n*) Ap. Prateol. in Semi-Oſiandrinis. (*o*) Ap. *Deturre* in Spangebergicis.

Confeſſio Gallica Gallicarum Eccleſiarum § 18. Ab ſuo authore *Theod. Beza* tradita eſt Carolo IX. Francorum Regi an. 1561. Latio donata 1566. Eam acriter confutavit etiam ſingillatim quoad hunc §. 18. *Fev Ardentius* in theomachia Calviniſtica l. 15. a n. 118. p. 240. ſq.

Confeſſio Anglicana § *Quamvis*. Edita eſt 1562. Exſtare dicitur in apologia eccleſiae gallicanae inter opera Joan. Ivelli Epiſc. Sarisburienſis.

Confeſſio altera *Anglicana* §. 11. Pervulgata in Synodo Londinenſi 1562. „ ad tol-
„ lendam opinionum diſſenſionem & ad con-
„ ſenſum in vera religione firmandum „ Ac praeponitur „ de quibus articulis inter Archiepiſcopos & Epiſcopos utriuſque provinciae, & Clerum univerſum „. Confirmati dicuntur articuli, adſenſu, & conſenſu ſereniſſimae Reginae Elizabethae, in Convocatione 1571. Haec in noſtro Syntagmate. Paullo tamen aliter, fuſiuſque rem enarrat *Wilkius* in CC. Magnae Britann. t. 4. ad ann. 1562. p. 236. ſqq.

Confeſſio Scotica §. 15. Edita dicitur ab Ordinibus Regni Scotiae, omnibuſque in illo Regno profitentibus Jeſum Chriſtum, ſanctumque ejus Evangelium.

Confeſſio alia *Scotica generalis* paullo poſt initium. Dicitur facta „ ſecundum Dei
„ verbum & acta noſtrorum Parlamento-
„ rum, cui regia Majeſtas, ejuſque familia,
„ aliique varii ad Dei gloriam, bonumque
„ omnium exemplum ſubſcripſerunt apud
„ Edimburgum 28. Januar. 1581. annoque
„ regni Majeſtatis regiae 14. „

Confeſſio Belgica art. 22. Recognita dicitur & adprobata a vulgatiſſima Calviniana Synodo nationali Dordrechtana.

Confeſſio Argentineſis cap. 3. Exhibita eſt Carolo v. in Comitiis Auguſtae 1530. per Legatos civitatum Argentorati, Conſtantiae, Memmingae, Lindaviae. Excuſa Argentorati 1531. menſe Septemb.

Confeſſio Auguſtana Lutheranica in articulis praecipuis fidei, art. 5. 6. & inſuper ubi de fide, Authore *Melanchthone*. In eiſdem Comitiis tradita eſt per Lutheranos ipſi Caeſari. Excuſa Vitebergae 1540 ac Lipſiae 1565. Eadem recognita rurſum exhibita Ferdinando Caeſari in Comitiis Imperii 1558. & 1561. Sed & ejuſdem Confeſſionis Apologiam edidit idem *Melanchthon* diligenter recognitam 1541. pluribuſque inter alia de Juſtificatione placita erronea confirmare contendit a p. m. 67. De hac Confeſſione inſtitutum habes perdoctum ac eruditum examen polemicum a *Pichlero* in adpend. ad theol. polem.

Confeſſio Saxonica in cap. de remiſſione peccatorum & juſtificatione. Scripta eſt in Synodo Vitebergae, ubi Saxonicarum & Miſnicarum eccleſiarum Paſtores & Academiarum Doctores convenerant. Eam ipſi probarunt, tum Principes Brandeburgici, Comites a Mansfelt, Argentinenſes Miniſtri, Doctores eccleſiarum Pomeraniae, eccleſiae Polonicae. Tridentinae Synodo oblata eſt 1551. Haec Syntagma noſtrum.

Confeſſio Virtembergica in cap. de juſtificatione. Excuſa Francofurti 1561. ac nomine Principis Chriſtophori, Ducis Virtembergenſis Synodo Tridentinae propoſita 1552. 24. Januar. per Legatos ejus.

Obſervandum vero, quod utraque haec Confeſſio eodem die 24. Jan. 1552. tradita ſit a Legatis Synodo, haec nempe matutino tempore, illa veſpertino. At merito neutra exaudita eſt. In hanc rem conſulendi *Rainaud* an. 1552. a num. 11. ad 18. *Sarpius* in hiſt. C. Trid. l. 4. an. 1552. n. 36. ſq. & n. 40. cum notis Courayeti, *Pallavic.* hiſt. C. Trid. l. 12. c. 15. *Fleury* an. 1552. l. 148. §. 25. ſqq.

Confeſſio Palatini Comitis Friderici, ſacri J. Electoris §. *Ac quoniam*. Ubi adſerit ſe profiteri articulos Confeſſionis Auguſtanae Carolo v. exhibitae; in illa vero adfirmatur idem de Juſtificatione luthericus articulus. Typis excuſa eſt, & ex germanico in latinum ſermonem translata 1577. 25. Febr. Deſumta eſt de verbo ad verbum ex teſtamento ipſius Electoris, fato perfuncti Bavariae 1576. 26. Oct.

Confeſſio Bohemica art. 6. Oblata dicitur nomine Baronum ac nobilium Regni Bohemiae Romanorum, Bohemiae &c. Regi Ferdinando Viennae Auſtriae ſub an. 1535. Typis edita 1558. Nuncupatur itidem *Waldenſium Confeſſio*, ex confeſſionibus longe vetuſtio-

„ tione non nisi philosophice ac pharisaice loquebatur „ (*)

XIII. *Andreas Osiander* in Marchionatu Brandeburgico natus,

stioribus conflata. Eam adprobarunt Lutherus & Melanchthon 1532. ac dein Academia VVittembergensis.

Confessio Polonica, alias *Poloniae consensus* in Torunienſi Synodo generali 1595. mense Augusto, §. *Dein.* ubi inter alia amplectitur tres fidei Confessiones, Augustanam, Bohemicam & Helveticam in primariis doctrinae capitibus de justificatione per Christum.

Confessio Basileensis art. 9. Propugnata est ejus orthodoxia in schola theologica Academiae Basileensis, praesidibus Theod. Zvingero, Sebast. Beckio, Joan. Buxtorfio 1647.

Confessio Dordrechtanae Synodi cap. 5. art. 11. Habita est haec Synodus nationalis reformatarum ecclesiarum Belgicarum Dordrechti 1618. & 1619.

Confessio Orientalis Ecclesiae a Cyrillo 1. Lucares Patr. Constantinopolitano descripta 1631., cap. 13.

Sed haec tamen Confessio, quidquid frustra obganniant ac deblaterent Calviniani gregales cum *Hottingero* ac *Henr. Hilario*, minime Orientalis, seu Constantinopolitanae, seu Graecae fuit ecclesiae, sed illius duntaxat perfidi Cyrilli, qui suae ecclesiae catholicam fidem prodere non erubuit; quod pluribus confirmare liceret ex *Synodo Hierosolymit.* de an. 1672. ap. *Harduin.* t. 11. a col. 171. *Allat.* de consens. l. 3. c. 3. & 11. *Spond.* ad an. 1627. n. 9. *De Moni* in hist. crit. de relig. & mor. Oriental. a p. 52. *Bolland.* t. 1. Augus. in hist. Patr. Constantinopolit. p. 239. sqq. *De Cruce* de statu hodierno gentium & ecclesiar. graecarum &c. l. 1. c. 6.

Confessio alia *generalis Polonica* ecclesiarum reformatarum in eo regno, magno Ducatu Lithuaniae, adnexisque Regni provinciis, proposita in Conventu Thorunienſi 1645., in sess. 3. §. *Ceterum*, ubi admittuntur generatim articuli fidei, definiti olim in Confessionibus Augustana & Bohemica, complectentibus erronea de Justificatione capita. Acta hujus conventus typis excusa sunt 1646.

Confessio generalis, seu *Orthodoxus consensus* artic. 5. & in corollario de certitudine remissionis peccatorum, quod insequenti articulo 6. subnectitur.

Hic *Orthodoxus consensus*, qui perpetuo cursu permultis sacrae paginae ac SS. Patrum testimoniis probari intenditur, nullam habet in Syntagmate Protestanticam ecclesiam, ad quam pertineat. Ominari liceat, hoc opusculum ad calcem Syntagmatis rejectum esse in demonstrationem consensus praefatarum omnium ecclesiarum in eadem dogmata, tot ducomentis (in speciem) comprobata: quo evincant ipsorum dogmatum orthodoxiam. Verum misere falluntur ii homines; nullus enim ille consensus est, qui a sensu dogmatico & catholico Romanae Ecclesiae, quae sola Christi vera Ecclesia & Sponsa est, e diametro exsorbitat.

Confessio Calviniana §. *Interim.* iis addenda, quam videlicet edidit Calvinus in eorum gratiam, qui religionis Christianae compendium in promtu habere cuperent. Exstat inter opera Calvini t. 3. a p. m. 90. edit. Amstelodam. 1667. Habes ergo in Confessionibus indicatis certa (ut opinor) documenta, unde errores veros, minime suppositicios utriusque sectae Luthericae & Calvinisticae possis elicere, una cum errore, de quo heic agimus, in dogma de Justificatione.

ADNOTATIO.

(*) HAec Haereseologus *Gaulterus* ad sec. XVI. in collat. error. cap. 18. n. 4. post *Praetol.* in Servetianis n. 2. Haud equidem dubito, quominus hic impius Haeresiarcha, in Lutheri Schola primum educatus, Magistri adversus justificationem placita biberit ac eructaverit. Optarem tamen, ii Scriptores nobis indicassent documenta, quae particulatim philosophicas ac pharisaicas illas a Serveto adsertas theses ostenderent. Nec eas quidem ceteri, quos viderim, Haereseologi ubi errores Serveti memorant vel leviuscule innuunt.

Porro eum dixeris philosophice loqui de justificatione, qui ad sensum philosophorum ethnicorum emundationem a peccatis ex lotionibus, aliisve similibus viribus superstitiosis repeteret; eum vero pharisaice, qui ad palatum superbissimorum Pharisaeorum, propriis naturae viribus integram, supernamque a culpis purgationem adscriberet, ex iis, quae nuper de utroque Erronum genere diximus. Enim vero nullum iis deliriis consonum reperio in syllabo errorum Serveti, quem e commentariis Servetanis excerptum tradidit *Calvinus* nomine Ministro-

qui audiri coepit an. 1551. poſtquam Lutheranum aliquamdiu egit, in eam adreptus eſt ſententiam, ut doceret, juſtificari hominem, non per fidem, ut ſuus ajebat Lutherus, ſed per eſſentialem Dei juſtitiam; formalemque noſtrae juſtificationis cauſſam eſſe illam ipſam juſtitiam, qua Deus eſſentia ſua juſtus eſt. (p) Palmarem hunc errorem praeter alios confutarunt e noſtris *Hoſius* Cardin. (q) & *Sanda* (r) ex heterodoxis vero *Calvinus* (s) & *Schluſſelburgius* (t) De Oſiandro plura *Chytraeus*. (u) Oſiandri paradoxon ſequuti ſunt *Schvvenkfeldiani*, duce *Gaſpare Schvvenkfeldio*. (x)

XIV. *Jo. Henric. Bullingerus*, Tigurinae eccleſiae, ut ipſe vocat, Miniſter ſub an. 1556. (y) ſuae eccleſiae fidem circa juſtificationem ad ſenſum luthericum explicat in haec verba „ Retinemus „ autem doctrinam illam de juſtificatione veterem, quam habuimus „ ab initio, ac didicimus ex ſanctis Chriſti Domini Apoſtolis, & „ ex continuo tenore doctrinae eccleſiaſticae, ab Antichriſto ali„ quamdiu interpolatae atque interruptae. Docemus autem ſimpli„ citer, hominem peccatorem gratia Dei juſtificari in Chriſto Jeſu „ per ſolam fidem, ex qua deinceps conſequantur opera juſtitiae, ad „ quae praeparavit nos Deus ut in eis ambularemus. Quum autem „ dicimus gratia Dei nos juſtificari, excludimus merita hominis, „ juſtificationemque referimus ad ſolum Deum ejuſque miſericor„ diam & benevolentiam „

Si excipias inſolentiam hominis, Romanum Pontificem Antichriſti doctrinae eccleſiaſticae interpolatoris, interruptoriſque nomine donantis, hoc idem anti-dogma rurſum alias, ac ſub eiſdem ferme verbis profeſſus eſt *Bullingerus*. (z)

XV. *Fautorum* eccleſiae Genevenſis ap. ipſum *Calvin.* in refutat. errorum Serveti, inter ejus opera edit. 1667. tom. 8. a p. m. 523. nec in altero perſimili deinceps excuſo a *P. Athanaſio* in hiſt. Socinianiſmi par. 2. c. 3. a p. 221.

Fortaſſis tanquam ethnicus & phariſaeus de juſtificatione diſſeruit impiiſſimus vir in ſuis commentariis *de fide & juſtitia Regis Chriſti, legis juſtitiam ſuperantis & de caritate*, ubi praeter alia agit de natura fidei, de juſtitificatione & Regno Chriſti, de juſtitia fidei; aut in libro de myſteriis regenerationis, praeſertim in lib. 4. de regeneratione, ubi paradoxa plura haec excipiunt verba, „ regenitos aliam habere animam „ quam ante propter ſubſtantiam innova„ tam, & novam Deitatem adjunctam. „

Ceterum quum ad haec reſpondit idem *Servetus* ap. cit. Calvin. p. 528. nihil adverſum juſtificationem adferit. Itaque quum ejuſmodi commentarii ad manus non pervenerint noſtras, rem inexploratam & dubiam relinquamus oportet.

(p) Haec *Beza* in abſterſione calumniarum Tilemani Heshuſii, ad quintam calumniam, in qua diſſeritur de errore Oſiandri p. m. 330. ſq. *Bullingerus* in epiſtola ad Polonos miſſa menſe Januario 1556. §. 6. ap. Fueslinum in epiſtolis reformatarum, centur. 1. epiſt. 82. p. 372. & vulgo *Haereſeologi* ubi de Oſiandro.

(q) De haereſib. noſtri temporis lib. 1.

(r) In lex. pol. in Oſiandrinis.

(s) Ap. Heshuſium, referente *Beza* proxime cit.

(t) Intr. contra Oſiand. ubi ejus argumenta copioſe convellit.

(u) In ſua Saxonia ad ann. 1551. l. 17.

(x) Conf. *Prateol.* in Schvvenkfeldianis, *Florim* l. 2. c. 16. n. 8. *Sander.* haer. 191. & 216.

(y) In epiſtola praememorata ad Polonos.

(z) In epiſtola ad ſuos con-proteſtantes perſequutionem ſubſtinentes in Italia, ſub an. 1561. 6. Januar. conſcripta, §. 4. ap. cit. *Eueslin.* epiſt. 94. p. 452.

XV. *Fauſtus Socinus*, in ſcenam erronum ſaepe productus, circa juſtificationem impii haec edocuit. 1.° „ Juſtificatio noſtra coram Deo, ut uno verbo dicam, nihil aliud eſt, quam a Deo pro juſtis haberi„ (*a*)... 2.° virtute juſtificationis peccatum amovetur & amici Dei conſtituimur. Duplici autem ratione amovetur peccatum: vel quia non imputatur, & perinde habetur ac ſi nunquam fuiſſet; vel quia peccatum ipſum re ipſa aufertur, nec amplius peccatur. Utraque haec amovendi peccati ratio in juſtificatione coram Deo noſtra conſpicitur (*b*)... 3.° „ Deus ex pura ſua gratia & miſericordia nos juſtificat, id eſt juſtos pronuntiat, & peccatorum remiſſione, vitaque aeterna donat. Prius tamen quam haec reipſa fiant, omnino a nobis requirit, ut credamus in Jeſum Chriſtum, hoc eſt illi confidamus atque obediamus... quae obedientia ſunt illa opera, ex quibus nos juſtificari Jacobus Apoſtolus adfirmat„. (*c*)

Tum 4.° „ fides qua juſtificamur, venit ex promiſſionibus, quas adeo veras eſſe credimus, ut nullo modo ea quae a Domino Jeſu praecepta ſunt facere dubitemus, ad obtinendum peccatorum veniam, Spiritum ſanctum & vitam aeternam„ (*d*)... 5.° „ fiducia in ipſo Deo collocanda juſtificamur „ (*e*) ... 6.° „ certum enim eſſe debet, quod ſive ſub vetere, ſive ſub novo Teſtamento, illi omnes juſtificati fuerunt & juſtificantur, qui in ipſum Deum credunt; & ſic ſtatuendum eſt, quod adtinet ad rei ſubſtantiam, nihil differre modum, quo juſtificati ſunt veteres illi ab eo, quo nos juſtificamur; utrobique enim per fidem in Deum contingit juſtificatio„ (*f*) ... 7.° „ fides qua veteres Judaei juſtificabantur non continebat in ſe fidem in Chriſtum, quum eis haec fides nuſquam praecepta fuerit, immo nec indicata. (*g*)

Item 8.° „ in juſtificationis ſuae ratione eatenus non differunt veteres illi a nobis, quatenus & nos non aliter quam per fidem in ipſum Deum juſtificamur 1. Petr. 1. 21. per Chriſtum enim in Deum creditur, & qui in Chriſtum credit, non in ipſum Chriſtum credit, ſed in eum qui illum miſit, id eſt in Deum Joan. 12. 44. „ (*h*)... 9.° „ Evangelici (Calviniani, qui ſe Evangelicos dicunt) adverſus Pontificios recte diſputarunt ac concluſerunt, ſola in Chriſtum fide nos juſtificari, ac praeterea merito contra eorundem Pontificiorum ſententiam ſtatuerunt, fidem illam eſſe fiduciam, non autem, ut plerique illorum exiſtimant, „ ipſum

(*a*) Sic idem *Fauſtus* in ſynopſi altera juſtificationis noſtrae coram Deo ap. Biblioth. fratrum Polonorum, Irenopoli editam poſt an. 1656. tom. 1. p. 602. col. 2.

(*b*) Ibidem p. 603. col. 1.

(*c*) In theſibus de juſtificatione ibid. p. 603. col. 2.

(*d*) In dialogo de juſtificat. ibid. p. 605. col. 2.

(*e*) In notis in ipſum dialogum n. 16. p. 610. col. 2.

(*f*) In fragmentis de juſtificat. ibid. p. 619. col. 2.

(*g*) Ibidem. p. 620. col. 1.

(*h*) In fragmento Catechiſmi prioris ejuſdem Fauſti, qui periit, ibid. p. 677. col. 1.

„ ipſum credere, ſeu quae dicuntur, vera eſſe adſentiri; atque in„ terim quae & qualis ſit iſta in Chriſtum fiducia non nove„ runt „ (*i*) (*)

XVI. *Michaël Bajus*, ut vulgo fertur, ſunm de juſtificante gratia ſenſum in haec verba declarat. 1.° „ juſtitia qua juſtificatur per „ fidem impius conſiſtit formaliter in obedientia mandatorum, quae „ eſt operum juſtitia, non autem in gratia aliqua animae infuſa, „ qua adoptatur homo in filium Dei, & ſecundum hominem inte„ riorem renovatur, ac divinae naturae conſors efficitur, ut ſic per „ Spiritum ſanctum renovatus deinceps bene vivere & mandatis Dei „ obedire poſſit „ (*k*) ... 2.° „ juſtificatio impii fit formaliter per „ legis obedientiam, non autem per occultam communicationem „ & in-

(*i*) In apologia contra Evangelicos regni Poloniae & magni Ducatus Lithuaniae cap. 2. §. *Explicandus*. in eodem tom. p. 696. col. 1. ubi & graviſſime invehitur, & merito quidem, in eorum de juſtificatione ſyſtema.

ADNOTATIO.

(*) HAec infauſtus Haereſiarcha, quae & in locis citatis, & aliis interdum pluribus explicare ac ſuadere contendit. Heinc antem mirari ſubit, *Nat. Alexandrum* ad Sec. XVI. cap. 2. art. 13. §. 4. n. 19. ejuſque exſcriptorem *Athanaſium* in hiſt. Socinan. par. 2. c. 33. p. 389. in recenſione errorum Fauſti adverſus Juſtificationem unius meminerint erroris, nobis ſeptimo loco poſiti, eum nempe incuſantes, quod docuerit „ juſtos veteris Teſtamenti fide in „ Chriſtum non fuiſſe juſtificatos „ ecquid autem palmares alios nuper deſcriptos praeterierint? Ut mittam tralatitios & vulgares illos Haereſeologos, qui Erronum placita raro ex propriis eorundem ſcriptis depromſerunt.

Porro graviore nota noſtratibus inurenda erant haec placita Socini, quorum pleraque ſanctum de Juſtificatione dogma ſatis graviter impetunt; tota enim haec doctrina, eſto nonnullis intermixta veris, eo collineat, ut impii juſtificationem in fiducia peccatoris in Deum miſericordem fere omnino ſiſtat. Ut taceam tanquam alio ſpectantem impiiſſimum illum errorem, in poſtremis, quos adnotavimus, e Fauſto articulis latentem, quod nempe Chriſtus Dominus vere Deus non ſit, quamobrem nec veteres Judaei, nec nos item juſti efficiamur per fidem aut fiduciam in Chriſtum, ſed in Deum, a Chriſto re ipſa diverſum. Quo plane praecipuum juſtificationis fundamentum in merito ac ſatisfactione Hominis-Dei ſitum omnino ſubvertit.

Iis porro Fauſtus peſſimos Laelii patruî conatus ad amuſſim promovit. Hic nimirum haud ſatis impias ducens Proteſtantium ſui temporis religiones, quod eorum Authores nonnulla adhuc confoventes praejudicia a Romana religione non ſatis diſceſſerint, enorme illud ſyſtema edere moliebatur, quod unò ictu Sanctae Triados, Divinitatis Chriſti Domini, peccati originis, ac divinae gratiae Myſteria penitus exterminaret.

Latet me quidem an monſtroſus hic foetus Laelii nomine in lucem aliquam prodierit in ſuis commentariis pervulgatis ante obitum, qui ei 37. annos nato obtigit 1562. exploratum tamen omnibus eſt, Fauſtum nepotem Laelii ſcriptorum & doctrinae heredem inſtitutum eſſe. Ex editis autem a Fauſto nimium liquet, eum patrui votis ſatis ſuperque feciſſe. Legito ipſum *Fauſt. Socin.* in diſſ. contra Eutropium c. 4. *Rich. Simon.* hiſt. crit. vet. teſt. l. 3. c. 16. p. m. 449 cit. *Athanaſ.* hiſt. Socinianis. par. 2. c. 5. ubi de Lael. Socino.

Num vero praefata Fauſti doctrina de juſtificatione vulgo deinceps adcepta fuerit in Schola Sociniana, quemadmodum illa perniciosiſſima, Sanctae Triadi, Deitati Chriſti Jeſu, peccato originis, & auxilianti gratiae, adſtrmare non auſim. Immo potius in partem negantem feror. Quandoquidem laudatus *Athanaſ.* ubi Socinianorum errores ſingillatim recitat, nulli eorum, ni fallor, eum, de quo heic quaeritur, adpingit.

(*k*) Eſt Propoſitio XLII. ex damnatis a Pio P. V.

„ & inſpirationem gratiae, quae per eam juſtificatos faciat implere „ legem „ (*l*) ... 3.° „ in hominibus poenitentibus ante ſacramen- „ tum abſolutionis, & in catechumenis ante baptiſmum eſt vera ju- „ ſtificatio, ſeparata tamen a remiſſione peccatorum „ (*m*)

Tum 4.° „ operibus pleriſque quae a fidelibus fiunt ut manda- „ tis Dei pareant; cujuſmodi ſunt obedire parentibus, depoſitum „ reddere, ab homicidio, a furto, a fornicatione abſtinere, juſti- „ ficantur quidem homines, quia ſunt legis obedientiae & verae legis „ juſtitiae, non tamen iis obtinent incrementa virtutum „ (*n*) ... 5.° „ il- „ la diſtinctio duplicis juſtitiae, alterius quae fit per ſpiritum ca- „ ritatis inhabitantem, alterius quae fit ex inſpiratione quidem Spi- „ ritus ſancti cor ad poenitentiam excitantis, ſed nondum cor in- „ habitantis, & in eo caritatem diffundentis, qua divinae legis ju- „ ſtificatio impleatur, odioſiſſima rejicitur „ (*o*)

Item 6.° „ illa etiam diſtinctio duplicis vivificationis; alterius „ qua vivificatur peccator, dum ei poenitentia & vitae novae pro- „ poſitum & inchoatio per Dei gratiam inſpiratur; alterius qua vi- „ vificatur qui vere juſtificatur & palmes vivus in vite Chriſto „ efficitur, commentitia judicatur & Scripturis minime congru- „ ens „ (*p*) ... 7.° Poteſt homo juſtificari abſque reſpectu ullo ad „ merita Chriſti Domini. (*q*) ... 8.° non datur gratia niſi reluctan- „ ti, proinde nec prima juſtificatio, quia juſtificatio eſt fides, fides „ enim eſt qua ex impio quis fit juſtus „ (*r*) (*)

XVII. *Ba-*

(*l*) Eſt Prop. lxix.

(*m*) Eſt Prop. xliii.

(*n*) Eſt Prop xliv.

(*o*) Eſt Prop. lxiii.

(*p*) Eſt Prop. lxiv.

(*q*) In apologia, quam pro ſuis opi- nionibus miſit *Bajus* ad Gregorium P. xiii. ap. *Ducheſn.* in hiſt. Bajaniſmi l. 2. §. 52. ad an. 1582. p. 169.

(*r*) Eſt Prop. xiv. quam Pariſ. Academia profligavit ex Bajanis p. 6.

ADNOTATIONES.

(*) I. ANti-bajanus *Ripalda* in comment. adverſus iſtos articulos diſp. 1. ſect. 9. cap. 8. quinque priores ex recitatis poſitionibus Bajo incunctanter adpingit, ſtatuitque excerptas eſſe xlii. ex ejus lib. de juſtitia c. 5; lxix. ex eodem capite; xliii. ex eodem lib. c. 7. ; xliv. ex ipſo lib. c. 5; lxiii. ex lib. de caritate c. 7. quantum ad ſenſum. Denique de lxiv. fatetur non haberi in ejus libris. Et primum quidem ipſe animadverterat ſect. 10. ſub fin. apud ſe exſtare Baji opuſcula Lovanii edita partim 1565. & partim 1566. ap. Joan. Bogardum.

Verum ſi conferas apologiam Baji ad Pium v. in Bajanis a p. 80. ipſoſque Baji citatos a Ripalda libros ex eiſdem typis Jo. Bogardi an. 1556., aliter tantiſper rem ſe habere forſan deprehenderis. Siquidem principio in cit. l. de juſtitia ad c. 5. & 7. nulla vel quoad verba, vel quoad proprium ſenſum exſtat ex adductis poſitionibus, uti ea capita legenti ad evidentiam conſtabit. Et Bajus quidem in apol. p. 102. ſqq. jure queritur, prop. xliii. injuria ſibi adpingi, & xliii. male collectam & adulteratam fuiſſe ex iis quae diſſerit in c. 7. ejus libri & in cap. 7. libri de caritate. Prop. autem xliv. fertur, non in l. de juſtitia, ſed de juſtificatione cap. 3. p. m. 98. queritur vero Bajus p. 103. eam quoad ſenſum haud ſincere fuiſſe Pontifici propoſitam. Demum prop. lxiii. in citato cap. 7. de caritate plane deſideratur, & nuſquam illam, ſicut nec lxiv. protuliſſe adſerit Bajus p. 115.

Ex iis vero id ſaltem, quod alias adnotavimus, porro conficitur, videlicet non omnes quae in Bulla Piana damnantur theſes in

XVII. *Bajani*, doctrinae Michaëlis Baji defensores acerrimi, duce *Jacobo Janſonio*, in Lovanienſi Academia Theologiae Doctore, nec incelebri Profeſſore, ſuoque Praeceptori Bajo quamaddictiſſimo, etiam poſt Lutheraniſmum profligatum, adſerere non dubitarunt, „ dolorem, quo quis de peccatis ex timore poenarum infernalium „ dolet, eaque deteſtatur, ſufficientem non eſſe diſpoſitionem ad „ juſtificationem in ſacramento Poenitentiae recipiendam „ (*s*)

XVIII. *Ar-*

in doctrina & adſertis Baji damnatas eſſe.

II. Poſitionem 7.° loco adjectam una cum aliis octo Bajo adſcriptam graviſſimis inuſſerunt cenſuris celebriores tum Hiſpanae Academiae *Complutenſis* & *Salmanticenſis* ex *Bajanis* p. 40. 45. 48. curante *Jodoco Raveſteyn*, uti perſpicere eſt ap. ejus epiſtolam ad Laurent. Villavincent. conſcriptam, ibid. p. 37. ſq.

Ceterum Bajanorum collector & interpres *Gerberonius* ibi p. 37. & 216. eos IX. articulos perperam Bajo ab adverſariis eſſe ſuppoſitos adſeverat. Et hic quidem noſter articulus ordine VI. falſo dicitur in eodem articulo & ap. *Ducheſn.* proxime cit. adſertus a Bajo in apologia Gregorio XIII. oblata, quum haec nulla fuerit, nec uſpiam appareat: id quod, miror, non animadverſiſſe Ducheſnium, in lectione Bajanorum verſatiſſimum.

Quod ſi is, qui exaravit articulum memoria lapſus pro apologia Gregorio oblata veram aliam intellexerit Pio V. ſcriptam; ediſcere ab eodem cuperem ubinam haec praefatum errorem praeferat: mihi enim illum in prolixo ſatis opuſculo cubantem reperire nondum licuit.

III. Theſim 8.° loco relatam, num. XIV. inter octodecim delatas a Petro de Quercu, & Aegidio de Querceto Guardianis Minoritis ad Facultatem Theologicam Pariſienſem, cenſuram ſubituras, ſic cenſuit, confixitque ea Facultas an. 1560. 27. Jun. „ hujus propoſitionis duae partes ſunt haereticae & tertia eſt falſa. „

Sed hanc itidem theſim, ſicut & alias XVII. delatas perperam Bajo adtributas inclamitat *Gerberon.* in Bajanis p. 3. in titulo ejuſdem omnium articulorum cenſurae. At de vera iſtorum adtributione Bajo dubitare non videntur alii qui rem enarrant, puta *Pallavic.* hiſt. Trid. l. 15. c. 7. ubi addit, eam cenſuram in MS. codice Seripandi reperiri, *Dupin* ad ſec. XVI. in Bajo p. m. 482. cit. *Ducheſn.* l. 1. c. 16. *Rainald.* an. 1561. n. 4. ſub fin. inquiens Bajum & Heſſelium a Theologis Pariſienſibus damnatos eſſe, *Dechamps* de haereſi Janſen. l. 2. diſp. 1. cap. 4. *Petav.* de opif. ſex dier. l. 5. c. 13. qui hunc fert titulum „ cenſurae in propoſitiones „ quaſdam Joannis de Lovanio, alias Heſſels, & Michaëlis Baji „ praenotatque, ipſum cenſurae integrae, quam recitat, nactum fuiſſe apographum, poſtea quam cum actis, quae in ejuſdem Pariſienſis Facultatis tabulario ſervabantur, diligenter conferri curaſſet.

E quibus porro ii ſaltem revincuntur e junioribus Janſeniſtis, qui ejuſmodi cenſuram ſuppoſitionis, ſubreptioniſque temere incuſant ap. cit. *Ducheſn.* Quin immo ex *Petaviano* teſtimonio liquido ſubinfertur, *Bajum* & Heſſelium earum propoſitionum authores incuſatos fuiſſe. Anne vero iis, aut Bajo adſcripti articuli? Negat cit. Gerberon, at ſine ratione aut documento. Conſentire videntur ceteri, at ſine examine.

Porro plerique ex illis articulis, ii praeſertim, qui liberum hominis arbitrium concernunt, cum doctrina vere Bajana nimium cohaerent, eoſque Bajus in ſua apologia ap. citata *Bajana* p. 10. ſqq. a Pariſienſi cenſura plerumque ſatis ardenter vindicare nititur. Inde vero quis eos eſſe ſuos aut ſuae factionis haud temere non ſuſpicetur?

Quod vero noſtram ſpectat theſim; quantum ad primam juſtificationem non niſi reluctanti datam, ut manifeſte erroneam Bajus p. 24. rejicit, ſibique vel ſuae doctrinae ſyſtemati a delatoribus calumnioſe imputatam pronuntiat: ac fortaſſe vere; nec enim video, eam poſitionis partem cum aliqua ex damnatis in Bajo theſibus conſentire.

IV. Conſulto heic mittimus quae in eadem Bulla merito confixa ſunt de gratia juſtificante primo homini in ſtatu naturae integrae debita; haec enim in diſputatione de homine innocente tanquam in ſede propria adlata jam ſunt.

(*s*) Adſertum iſtud ex editis Bajanorum ſcriptis excerpſit eorum Malleus *Ripalda* proxime cit. diſput. 3. ſect. 4. num. XXIX. pag. 29.

XVIII. *Arminiani* apud & cum *Philip. Limborchio* ſectae primipilo, vita functo 1711. 30. April. aetat. 78; Juſtificationem impii ſic explicant. 1.° Non importat infuſionem gratiae habitualis animo inhaerentis, eſt quippe actus Dei judicialis. Nimirum miſericors & gratioſa actio Dei, quae peccatorem vere reſipiſcentem & credentem per & propter Jeſum Chriſtum vera fide adprehenſum plene ab omni reatu abſolvit, ſive gratis peccata propter fidem in Jeſum Chriſtum remittit, ipſamque fidem in juſtitiam imputat. Verbo: Deum juſtificare impium nihil aliud eſt quam eum pronuntiare juſtum, ſeu abſolvere, atque ut juſtum tractare. Heinc 2.° Juſtificationis cauſſa formalis nulla eſt, quippe quae eſt actus mentis divinae purus putus, quo Deus nos habet pro juſtis. (*t*)

XIX. *Paſchaſius Queſnellus* ubi de gratia ſanctificante differit, haec ſibi ſtatuenda duxit. 1.° „ prima gratia, quam Deus concedit peccatori, eſt peccatorum remiſſio „ (*u*) ... 2.° „ differentia eſſentialis „ inter gratiam Adami & ſtatum innocentiae ac gratiam chriſtianam eſt, quod primam unuſquiſque in propria perſona recepiſſet, „ iſta vero non recipitur niſi in perſona Jeſu Chriſti reſuſcitati, „ cui nos uniti ſumus „ (*x*) ... 3.° „ gratia Adami ſanctificando illum in ſe met ipſo erat illi proportionata: gratia chriſtiana nos „ ſanctificando in Jeſu Chriſto eſt omnipotens & digna filio „ Dei „ (*y*) (*) Hiſce theſibus Erronum agmen claudit Queſnellus,

(*t*) Totidem fere verbis *Limborchius* in theol. chriſt. l. 6. c. 4. §. 3. a p. 701. & §. 6 & 31. edit. Amſtelod. 1730.

(*u*) Eſt Prop. XXVIII. inter queſnellianas, proſcriptas a Clemente XI. in Conſt. *Unigenitus*, ex animadverſionib. Queſnel. in Marc. 11. 25. ad tom. 1. p. 529. edit. Pariſ. 1693. excerpta, Eam cum ſuis agnoſcit & propugnat Queſnell. in Hexaplis tom. 4. par. 9. a p. m. 308.

(*x*) Eſt Prop. XXXVI. ex obſervat. in epiſt. ad Roman. 7. 4. ad tom. 3. p. 327 ejuſdem edit. 1694. Eam quoque *Queſnell.* ut ſuam recipit in Hexapl. tom. 3. par. 8. a p. m. 672.

(*y*) Eſt Prop. XXXVII. ex obſervat. in epiſt. ad Epheſ. 1. 6. ad tom. 4. p. 3. Et ipſam quoque ut ſuam cognoſcit, defenditque cum ſuo grege *Queſnell.* in Hexapl. loc. cit. a p. m. 704.

ADNOTATIONES.

(*) I. QUod ſpectat queſnellianum articulum 1.° loco deſcriptum, eum tanquam nihil abſurdi & heterodoxi ſenſus continentem adprobare viſus eſt *Joan. Frickius* Lutheranus Ulmenſis in ſua inclementia Clementis examinata. Pluribus tamen confutavit oculatiſſimus *Lafontenius* ceu adverſum Scripturis ſacris, Conciliis, ſummorum Pontificum definitionibus, traditioni Patrum, ſanioriſque Theologiae; quibus deinceps nonnulla documenta adjecit *Biſſyus* in eandem rem.

Porro eum, ni fallor, *Queſnellus* vel ne leviter quidem commemoravit in ſua proteſtatione de ann. 1718. illum tamen ut certum & Scripturis, Patribuſque conſentaneum propugnandum ſuſcepit primum in Hexaplis brevioribus de an. 1715. ſuſiuſque in amplioribus de an. 1721. mox cit. Sed actutum Hexapla refellerunt praelaudati *Lafont.* & *Biſſyus* una cum ſtrenuo & adcuratiſſimo Pugile *Deſirantio*.

Pro eo ſerius interpellavit, pugnavitque *Serryus* in Theologia ſupplici coram Clemente P. XII. cap. 9. §. 1. p. 113. edit. Colon. 1736. Sed eum tamen illico convellit conſodalis alter *Pius Vandendyck* in Theologia ſupplici refutata cap. 6. §. 2. a p. 255. edit. Rom. 1738. Et hic idem ferme exſercitationum curſus adſeri atque intelligi poteſt circa reliquas propoſitiones, quas Conſtitutio complectitur.

Jam

patronos nactus gregales ſuos, ac Proteſtantes duos parum notos; hoſtes vero e Catholicis Doctores, reor, omnes; ſi unum, de fuligine queſnelliana ſatis ſuſpectum exceperis. Haec

Jam vero Theologi *Interpretes Oppugnatores* ejuſmodi theſium articulum noſtrum prout jacet plerumque carpunt & damnant tanquam *turpiter diſcordantem* a proxima Queſnelli theſi XXVII. *Fides eſt prima gratia & fons omnium aliarum*. Et diſcordantia quidem, ſi opportuniſſimus non adcedat commentarius, obvia eſt, ac nimis aperte ſe prodit. Niſi fortaſſe majori abſurdo intellexerit utriuſque theſeos author, fidem eſſe ipſam peccatorum remiſſionem.

Tanquam *falſum*; quippe in negotio juſtificationis, fides, ſpes, & aliae ad ipſam praeviae diſpoſitiones gratiae quidem ſunt, ſeu ſuperna dona peccatori a Deo erogata, quae criminis remiſſionem praecedunt.

Tanquam *erroneum* in ſenſu Queſnelli; qui nempe, uti conſtat ex ejus doctrina, tenet, remiſſionem culpae, fidem, ceteraſque gratias ſupernas abſque caritate dominante haudquaquam poſſe conſiſtere, immo nec illas ab ipſa caritate ullo pacto ſejungi.

Tanquam *haereticum*; pugnat ſiquidem aperte cum *Trident.* docente ſeſſ. 6. fide certa tenendum eſſe, plures diſpoſitiones ſupernas ad remiſſionem peccatorum praerequiri.

Reponat aliquis cum *Queſnello* in utriſque Hexaplis mox memoratis; non heic intelligi remiſſionem gratiam ſimpliciter primam, quoniam & author ſaepe numero in ſuis obſervationibus alias gratias ſupernas remiſſionem praecedentes ab Tridentino deſcriptas ultro admittit, atque identidem inculcat, e. c. in Marc. 10. 47. in Luc. 7. 10. in Joan. 4. 15. ſed intelligi tamen primam in ordine peculiari ad praeſentem juſtificationem adtinente: quemadmodum contra ipſe fidem dixit primam gratiam in ordine generali ejuſdem juſtificationis.

Ceterum ut ut ſit de iis interpretationibus, quae alium quemvis probatae orthodoxiae Scriptorem erroris penitus excuſarent; Queſnellus vero tot haereſum, thecnarum, cavillorum reus, haud facile exauditur; immo dum ejus effata duplicem valent ſubſtinere ſenſum, bonum aut pravum; in iſtum ſaepius inclinat animus, ab homine fraudulento fucum, dolumque ſuſpicatus. Et merito quidem.

Norunt quippe eruditi viri in obſervationibus, aliiſque Queſnelli commentatiunculis verſati, in iis ſparſim ab eo artifice ſubdole propinari errores, jam olim in VVicleffo, Huſſo, Bajo, Janſenio, Sancyrano, Richerio, aliiſque novatoribus diris anathematis proſcriptos. Quidni ergo Queſnello ſub ambiguo ſenſu loquenti pravum illico adtribuas, nec ei deinceps pro ſe agenti ullatenus adquieſcas? Huc advoca perpetuas *S. Auguſtini* ſuſpiciones adverſum ſententias quoad ſpeciem ſinceriores Pelagii & Coeleſtii, quas idem paſſim prodit in lib. de grat. Chr. cont. Pelag. & Coeleſt.

II. Articulus alter gratiam ſanctificantem reſpicit, eodem interprete Queſnello in cit. obſervat. & in Hexaplis brevior. a p. 368. ibi ſiquidem ſermonem inſtituit de renovatione veteris Adami in novum hominem, ac de intima noſtri unione cum Chriſto: quae plane propria effecta ſunt juſtificantis gratiae, minime auxiliatricis.

Sententiam hanc in ſenſum catholicum exponit Author in proteſt. p. 174. ſq. & pluribus intorquere pergit in utriſque Hexaplis, ſcilicet in brevioribus loco mox cit. & in poſterioribus tom. 3. par. 2. a p. 672. Quin etiam damnati rei conſtans patronus *Serryus* in Theol. ſuppl. a p. 158. heic eum benigniſſime interpretari conititur.

Merito tamen genuini queſnellianae anti-theologiae Interpretes cum *Lafonten. Deſirant. Viva, Sellerio, Vanden dyckio, Andruzzio, Brunio, Biſſyo, Anonymo* gallo, aliiſque in articulo prout jacet innovatum intendunt errorem XLII. inter vulgo bajanos proſcriptum, & proteſtanticam de gratia per meram imputationem juſtis adceptam. Quod & alias nobis viſum innuimus ubi de gratia Adami ad Tom. III. p. 137.

Subinde eum prout jacet, & quatenus aliis queſnellianis erratis mire conſonat, facto agmine ex Scripturis, Patribus, ſaniorique Theologia reprobant, convelluntque ceu *falſum*, *temerarium*, *erroneum*, *haereticum*. Conf. cit. *AA.* in hanc theſim.

III. Poſtremus e deſcriptis articulis perobſcurus eſt, eo quippe confuſe ſermonem inſtituit Author de utraque gratia, & ſanctificante & auxiliatrice; uti perſpicue idem explicat *Queſnell.* in proteſt. §. 8. de grat. Adami a p. 175. & in Hexapl. brev. p. 375. ſqq. ac in amplior. t. 3. par. 2. a p. 704.

In omnibus hiſce locis theſim conatur author exponere ſeu detorquere in ſenſum verum, aut ſaltem non acatholicum, pro ſe advocatis Athanaſio & Auguſtino. Ipſi-

que

Haec de erroribus omnino exsecrandis & fugiendis. Ad discutienda sanae Theologiae placita jam progredimur.

que suppetias ferunt ejus vindices e Protestantibus *Joan. Frickius* & *Gottlob Frider. Jenichius* ap. Desirantium in hanc prop. ac e nostratibus cit. *Serryus* c. 11. §. 3. p. 161. sq.

Et vero nec Quesnello, authorem agenti vel sui met interpretem, vel alicui ex suis vindicibus adquiescunt Anti-Quesnelliste nostri, sed penitus refragantur, jureque productum articulum prout jacet eisdem explodunt censuris, quibus praecedentem confixerant. Ex iis, si vacat, prae ceteris consulendi *Lafont.* & *Desirant.*

§. I.

Gratiae Sanctificantis notio, indoles, dotes.

371 QUAESTIO I. Quenam ejus notio & indoles? ADSERO I. Ea est donum supernum permanens pene divinum, quod animum, cui inhaeret, reddit intrinsecus divinae consortem naturae, hoc est mire deificat. (z) Est quidem donum *permanens*, quod manifesto eruas ex *Scripturis*, ubi habetur eam esse *semen Dei* ex 1. Jo. 3. *pignus hereditatis* ex Ephes. 1. *signaculum Spiritus sancti* ex Ephes 4. quibus adde illud ex Joan. 14. *ad eum veniemus & mansionem apud ipsum faciemus*: tum ex *Patribus* docentibus (a) eos esse perfectos, qui Spiritum in se perseverantem habent. RURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

372 II. Est in ordine supernaturali quasi natura vel radix cujusque supernaturalitatis, seu origo & fundamentum habituum, actuumque supernorum. Est quippe quid eximium, suapte praestantia sibi innectens & vendicans omnia supernaturalia; adeo, ut ea absente, nullum sit meritum aeternae vitae condignum. Haec autem quatenus primum peccatori coelitus confertur, est prima gratia, & venit nomine justificationis, regenerationis, renovationis, absolutionis, remissionis peccati: quatenus deinceps fluxu temporis subsistit in justo, vel augetur, est gratia secunda, venitque nomine augmenti, seu incrementi gratiae: utraque praeterea sub nomine gratiae sanctificantis univoce comprehenditur, ac vulgo innotescit. (b)

373 QUAESTIO II. Quae ejus dotes? ADSERO. En tibi ex pene innumeris praecipuas. 1. Est physica naturae divinae participatio. (c) Quippe ex mox disputatis est *semen Dei*; at semen est participatio non modo ethica, sed physica naturae generantis. Deinde justus per gratiam elevatur physice supra naturam suam ad actus aeternae vitae condignos, quemadmodum ferrum ignitum elevatur ad producendos ignis effectus; hoc autem non ita elevatur, nisi quatenus physice ac re participat ignis naturam: pariter ergo. Justus insuper ordinatur per eam ad Deum beate videndum & amandum;

(z) Haec *superius* p. 252. n. 369. innuimus ex *Script. PP.* C. *Trid.* & pluribus illustrant *TT.* cum *Rip.* cit. d. ult. n. 26. *Rhod.* de grat. d. 3. q. 1. *Mun.* cit. d. 19. *Paul. a Concept.* tr. 13. d. 2. a n. 2.

(a) Cum *Iren.* l. 5. c. 6. & *Basil.* l. de Sp. S. c. 26.

(b) Lege *Rip.* cit. n. 78. & *Vivam* in theol. d. 4. q. 1. n. 2.

(c) Favet cit. *Viva* q. 2. n. 2. cum pluribus, reste *Gazzan.* qui idem sentit in diss. 1. de grat. hab. c. 1. n. 8.

quod quidem ſoli naturae divinae connaturaliter convenit : ergo. Fere dixerim, hanc gratiam eſſe radium Divinitatis, ex eo fonte luminum animo immiſſum.

374 II. Eſt ſanctitas, aut puritas cujuſque peccati lethalis expers, atque remiſſio peccati; quocum nempe haudquaquam conſiſtere poteſt, (*d*) Quae ſiquidem eſſe poteſt lucis cum tenebris, juſtitiae cum iniquitate participatio? Quo pacto idem ſit homo ſimul juſtus & injuſtus, mundus & immundus, Spiritus ſancti templum & Satanae membrum, filius Dei & filius Belial, amicus & hoſtis Dei? In hoc quidem ſenſu dictum eſt. 1. *Joan.* 3. 9. *qui natus eſt* (per gratiam ſanctificantem) *ex Deo ... nec poteſt peccare*, hoc eſt nullatenus poteſt, conjungendo videlicet gratiam cum peccato gravi, quo filii ſumus diaboli ex *Joan.* 8. 44.

375 III. Eſt rectitudo, ſeu juſtitia univerſalis, hoc eſt in omni virtutum genere. Hanc etenim permanenter exſequitur per infuſos ſingularum virtutum habitus; quorum nempe ſinguli peculiarem virtutis ſuae rectitudinem reſpiciunt, & a gratia tanquam a capite univerſali originem ducunt ſuam. (*e*) IV. Eſt amicitia juſti permanens cum Deo; quatenus, juſtitia univerſalis quum ſit, eſt amor permanens erga Deum, & cum dignitate ut redametur a Deo; propter dotes videlicet eximias, quibus caritas, ſibi comes individua, praefulget. Siquidem ex *Pſ.* 145. *Dominus diligit juſtos*, & ex laud. *Trid.* (*f*) *homo per gratiam de inimico fit amicus Dei*.

376 V. Eſt filietas Dei adoptatitia, non per aliquam profecto denominationem extrinſecam & favorem Dei, quemadmodum in humanis adoptio extranei fieri conſuevit; ſed per ineffabilem quamdam, intimam, & ſubſtantialem adſiſtentiam & unionem Perſonae Spiritus ſancti, interventu gratiae, quae ſit rudis quaedam imitatio luminis gluriae, quo ſe ſe Deus beato communicat, & unionis hypoſtaticae, qua Verbum naturae humanae Chriſti mire conjungitur. Quia enim Spiritus ſanctus juſto re ipſa donatur per gratiam, ſeu caritatem ex *Rom.* 5. 5. eum ſignat ex *Epheſ.* 1. 13. atque regenerat ex *Joan.* 3. 5.

377 Ex iis autem, pluribuſque luculentis id genus e ſacro Codice teſtimoniis praeclare in rem noſtram differuerunt PP. Sic enim *Cyrill.* (*g*) *Spiritus S. per ſe ipſum in nobis operatur, vere ſanctificans & uniens nos ſibimet ipſi, dum nos ſecum copulat, ac divinae naturae participes reddens*. Sic item *Athanas.* (*h*) *Spiritus unguentum & ſigillum eſt, quo ungit omnia, ſignatque Verbum ... hunc in modum ſignati divinae naturae participes efficimur*. Sic praeterea *Auguſt.* (*i*) ajebat, S. Spiritum in juſtis habitare, *non per gratiam viſitationis & operationis, ſed per ipſam praeſentiam Majeſtatis*. Nec abſimiliter quidem alii

(*d*) Adſtipulantur plurimi cum *Vazq.* & *Paul. a Concept.* tr. 14. d. 1. n. 58. contra Suar. Rip. alios.

(*e*) Adeundus cit. *Man.* d. 10. n. 6.

(*f*) Seſſ. 6. c. 7.

(*g*) L. 34. theſauri.

(*h*) Epiſt. ad Serapion.

(*i*) Serm. 1. in fer. 2. Pentec.

alii loquuti ſunt. (*k*) Idemque, me judice, intendiſſe putandi ſunt illi plures, qui gratiam dixerunt animi Deificationem. (*l*)

378 VI. Eſt hereditas, vel jus ad gloriam, quatenus eſt connexio metaphyſica cum gloria, qua hereditas eſt, conferenda ſcilicet vi gratiae, titulo filietatis adoptatitiae. (*m*) Quippe gratia eſt per ſe ſe velut ipſa Dei promiſſio de conferenda beatitate decedenti cum ornamento gtatiae, immo divinum ſigillum aut ſignaculum beatitatis conferendae; at repugnat ſimpliciter, ejuſmodi ſigillum a Deo inſculptum animo fallere aut falli, non ſecus ac idem repugnat cuilibet actui noſtro ſuperno: ergo. Quocirca voluntas Dei conferendi gratiam eſt quoque voluntas remittendi peccatum, ſimulque ordinandi hominem juſtum ad beatitudinem, aliquando media gratia jure ſuo obtinendam.

OBJECTIONES.

379 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Gratia eſt participatio duntaxat ethica naturae divinae. Nam 1.° ex 2. Petri 1. 4. haec gratiae participatio ſolum refertur ad mores hominis juſti, ad quos Petrus nos hortatur in imitationem morum divinae naturae, cujus conſortes nos eſſe dixerat per gratiam. Eique conſentiunt vulgo PP. (*n*) 2.° gratia ſolum participat naturam divinam qua libera eſt & moralis; quatenus nempe expedit ut homo per gratiam renovetur, reformetur, & in eum redeat moralem dignitatis ſtatum, quem deturpavit peccatum. 3.° juſtus viator non imitatur, aut participat naturam Dei quantum ad viſionem & dilectionem beatam, quae Deo connaturales ſunt: ergo.

380 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: dum Petrus, aliique PP. ſtudioſe promovent in juſto participationem, ſeu imitationem Dei quantum ad virtutes, quam & nos fatemur, non negant participationem phyſicam, cui nempe illa innititur; quod & idem Petrus innuiſſe videtur per priora verba, *ut efficiamini divinae conſortes naturae*; cui praeterea ſubcinere dixeris *Joan.* epiſt. 1. c. 3. 12. ajentem, *omnis qui natus eſt ex Deo* (per gratiam) *peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius* (in gratia ſitum) *in eo manet*; ubi quidem agnoſcit in praemiſſa gratia virtutem reſiſtendi peccato, & exſercendi bona opera ad imitationem Dei.

381 Ad 2. *N. Adſ.* & prob. adj. Haec autem nihilo premit ſaltem quantum ad gratiam ſanctificantem, qua olim dotati ſunt Angeli, Protoparentes, Deipara immaculata, Chriſtus Dominus. Per utramque igitur gratiae participationem evehitur juſtus ad dignitatem

(k) Ut puta *Baſil.* l. 5. contra Eunom. *Epiph.* haer. 74. *Hieron.* in c. 4. ad Epheſ. *Cyparifiota* decade 7. c. 2. ſq.

(l) Perſpicue Adſerto favent noſtro *Leſſius* de ſummo bono l. 2. c. 1. n. 4. *Petav.* de Trin. l. 8. c. 4. ſq. *Rhodes* de grat. hab. d. 3. ſ. 4. §. 3.

(m) Conſentit *Haunold* ap. & cum *Mun.* d. 13. n. 59 contra alios cum Rip.

(n) E. c. vulgat. *Dionyſ.* de eccl. hier. c. 3. *Ambr.* de dignit. hom. c. 3. *Aug.* epiſt. olim 59. ad Macedon. quibus adde *Thom.* 1. 2. q. 110. a. 2. ad 2. & alias.

tem participationis utrique respondentem. Ad 3: justo in via est jus & exigentia ad visionem & dilectionem beatam, complenda in patria, ubi ex 1. *Joan.* 3. 2. *similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est*. Hanc itaque similitudinem, aut participationem naturae divinae physice sumtae, quae ratione gratiae consummatur in patria, importat in viatore gratia ceu principium, radix, jus, exigentia connaturalis illius postremae consummationis. Hoc enim jure ad naturam divinam propius adcedit, sublimiusque ceteras quasque naturas creatas exsuperat. (*o*)

382 Obj. *secundo* contra 11. Adst. Potest gratia cum peccato gravi consistere. Nam 1.° ex Trid. (*p*) justificatio non est sola peccati remissio, sed etiam sanctificatio interioris hominis; neque gratia est solum favor extrinsecus: ergo & remissio vel depulsio peccati est favor distinctus, etsi non unicus, ab interiore sanctificatione per gratiam. 2.° Scripturae nonnullae (*q*) & PP. varii (*r*) loquuntur de remissione peccati & sanctificatione animi ceu de beneficiis re diversis. 3.° expulsio gratiae est poena peccati; atque adeo liberum Deo judici est eam infligere: ergo si eam Deus non infligat, consistet gratia cum peccato.

383 R. *N. Adst.* Ad 1. prob: definit heic Trid. contra Novatores, justificationem esse insimul remissionem peccati & sanctificationem inhaerentem. At ne innuit quidem haec duo in gratia justificante re distingui. Per eandem itaque gratiam *tanquam per unicam causam formalem* justificationis, ex ipso Concilio (*s*) & per mutationem re unicam, tametsi sub morali consideratione duplicem, peccatum expellitur, & animus renovatur. Ille praeterea favor extrinsecus ad justificationem requisitus est voluntas Dei infusionem gratiae, & peccati remissionem intendens ceu unum ac individuum scopum.

384 Ad 2: Scripturae & PP. adducti designant tantum, ea gratiae munia, quae re unum sunt, duo esse virtute, seu in morali aestimatione: quia nempe poterat peccatori mere extrinsece condonari culpa absque ulla gratia intrinsecus sanctificante. Ad 3: depulsio gratiae est poena concomitans, seu a jure, non autem inflicta, sive arbitraria judici: atque adeo licet illa sit antecedenter Deo libera, quatenus liberum ei est peccatum impedire, at hoc tamen commisso, necessaria est propter patentem & immortalem gratiae cum peccato inimicitiam. (*t*)

385 Obj. *tertio* contra v. Adst. Filietas Dei adoptatitia non fit in

(*o*) Conf. *Suar.* de grat. t. 3. l. 7. c. 1. n. 30. & c. 2. n. 5. tum *Gotti* de grat. hab. tr. 6. q. 3. dub. 3. §. 2. sq.

(*p*) Sess. 6. c. 7. & can. 11.

(*q*) E. c. *Rom.* 4. 25. *Colos.* 1. 13. & 1. *Petri* 2. 24.

(*r*) Ut puta *Chrysost.* in 1. Ephes. 1. *Ambr.* lib. 6. in Luc. *Aug.* enchir. c. 52. & alias.

(*s*) Sess. 6. c. 4. & 7.

(*t*) Plura dabunt soluta *Suar.* cit. l. 7. c. 12. a n. 15. *Vazq.* 1. 2. d. 206. c. 1. & 4. *Auria*, de grat. hab. d. 45. a n. 13.

in juſto per unionem Spiritus ſancti in ſubſtantia praeſentis, interventu gratiae. Nam 1.° tota Trinitas habitat in juſto per gratiam, quin uniatur eo modo ineffabili. 2.° ex oppoſito aperte concluditur, quod filietas adoptatitia praecipue ſita ſit in forma externa, nempe in Spiritu S., gratia vero ſit tantummodo vinculum & adplicatio ejus formae extrinſecae & adoptatitiae filietatis. His autem repugnat Trid. definiens (*u*) unicam & eandem formam intrinſecam, gratiam videlicet, & hominem juſtificare & transferre ab ſtatu filii Adae ad ſtatum filii adoptionis Dei.

586 R. *N. Adſ.* Ille quidem ex *Scripturis* filius Dei eſt, cui Spiritus Dei communicatur: filius enim quis conſtituitur, non ex collatione cujuſpiam doni, ſed ex communione naturae ejuſdem ab altero adceptae. Sicut ergo divinum Verbum, quia divinam naturam per generationem aeternam a Patre adcepit; ac homo deinde, qui dicitur Chriſtus, eſt Dei filius, quoniam adcepit naturam divinam per unionem hypoſtaticam, ita & juſtus dicitur filius, quia eandem Spiritus ſancti naturam & perſonam adcepit per gratiam, vices unionis gerentem.

387 Ad 1. prob: tota Trinitas habitat in juſto efficienter & concomitanter; formaliter autem & proxime ſolus unitur ineffabiliter Spiritus, quippe cui ceu proprietas perſonalis convenit eſſe donum Dei, & hominis ſanctificationem. Ad 2. N. *Adſ.* Forma ſiquidem unica filietatis adoptatitiae in juſto intrinſeca eſt, nempe gratia; Spiritus vero ſolum eſt filietatis terminus, qui per gratiam juſto adplicatur & communicatur; eodem fere modo (ſaltem imitatione) quo beato communicatur natura divina per lumen gloriae, & Chriſto filietas Dei per unionem hypoſtaticam. Praemiſſis itaque ut certis eo termino, eaque adplicatione, conſurgit vera quaedam participatio naturae divinae, quae juſtum deificat, redditque ſubinde ineffabiliter Dei filium. Iis autem ſummopere commendari videris praeſtantiam gratiae, & nihil omnino repugnare Tridentinum adductum.

388 Obj. *quarto* contra VI. Adſ. Gratia non eſt per ſe ſe jus connexionis metaphyſicae ad gloriam, quam ſubinde nequeat omnino Deus decedenti in ſtatu gratiae denegare. Nam 1.° Heinc dominio Dei in diſtributione donorum derogatur; quippe vel ne ſeorſim quidem a promiſſione, liber eſſet ad tribuendam, ſeu negandam beatitatem juſto decedenti cum gratia. 2.° juſtus merens non ita fit condignus gloriae, ut non egeat pacto divino extrinſeco ad illam condigne merendam in actu ſecundo: ergo nec juſtus per gratiam ita jus adquirit ad gloriam, ut ſeorſim a promiſſione nequeat illi denegari.

389 R. *N. Adſ.* Sic enim eximie commendatur gratiae dignitas, tot Scripturarum & Patrum praeconiis ſtabilita & illuſtrata. Ad 1. prob.

(*u*) Seſſ. 6. c. 4.

prob. *N. Adſ.* cum prob. adj. Neceſſitas conferendi gloriam decedenti cum gratia eſt Deo conſequens ad liberum ejus decretum infundendi gratiam. Ad 2. *C. A.* ex dicendis ubi de merito theologico. Et *N. Con.* Quia enim gratia eſt per ſe ſe ſigillum, ac tacita, ſeu practica promiſſio gloriae filio, quem conſtituit, conferendae; non ita meritum, quod filium non conſtituit, ſed conſtitutum praemittit. Quin etiam meriti condignitas in juſto penſanda eſt ex morali exaequatione cum gloria. Haec autem exaequatio nulla eſt, ſi Deus, uti poteſt, exigeret a juſto meritum ex aliis titulis, quibus ipſi debetur, quo circa favor extrinſecus adcedat oportet, ut cum gloria coaequetur. Nihil vero ex iis militat pro gratia, quae morale jus meriti ad gloriam non eſt, ſed phyſicum in alio genere.

390 QUAESTIO III. Num gratia ſit re diſtincta ab habitu caritatis? ADFIRMO. (*x*) Quoniam licet ſit quaſi natura & radix virtutum, ac earum omnium chorum exigat, at re tamen ipſa unum eſt & ſimplex donum; ajente *Trid.* (*y*) hominem juſtificari *per voluntariam ſuſceptionem gratiae & donorum*. Haec deinde gratiae a caritate diſtinctio colligi poteſt ex ſacro Codice, e. c. ex *Epheſ.* 6. 24. & 1. *Tim.* 1. 14. tum ex *C. Trid.* (*z*) & *Mogunt.* (*a*) nec non ex vulgato *Dion.* Areop. (*b*) & *Aug.* (*c*). Et conſtat quidem aperte ex manifeſto diſcrimine inter munia gratiae nuper indicata, & munia caritatis, tempore poſtmodum expendenda.

OBJECTIONES.

391 Obj. Gratia eſt idem re caritatis habitus: qui nempe quatenus reddit nos potentes Deum amare, eſt virtus; quatenus vero reddit Deo amabiles eſt gratia ſanctificans. Nam 1.° Scripturae tribuunt caritati munera, quae ſunt propria gratiae: quod patet ex *Joan.* 14. 21. & 1. *Cor.* 13. 4. ſqq. 1. *Petri* 4. 8. & 1. *Joa.* 3. 14. ac 17. & 4. 6. Adcinuntque PP., videlicet apud Aug. (*d*) caritas eſt perfectiſſima juſtitia, cunctiſque Dei donis praeſtantius; & apud Leon. (*e*) eſt omnium ſumma virtutum, totiuſque juſtitiae plenitudo. 2.° gratia a caritate diſtincta, eſſet otioſa: nec illa quippe requiritur titulo operationis, ad quam ſatis elevant habitus alii, uti patet in peccatore, fidei & ſpei habitus retinente; nec titulo alicujus effecti formalis, quae ſiquidem nobis adjudicantur gratiae, ſatis per caritatem praeſtantur.

392 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: adjectae Scripturae ea adſcribunt caritati munera non ratione ſui, ſed gratiae, quam indefinenter comitatur: quo quidem pacto intelligendae veniunt complurimae loquu-

(*x*) Adſtipulantur *Tho.* 1. 2. q. 110. a. 2. *Suar.* de grat. lib. 6. cap. 11. & 13. alii contra Alenſ. Scot. Gandav. Bellarm. Leſſ. alios cum Schola hodierna Auguſtinenſi.
(*y*) Seſſ. 6. c. 7.
(*z*) Seſſ. 6. c. 7. & alias.
(*a*) Cap. 7. de juſtif.
(*b*) De coel. hier. p. 1. c. 2.
(*c*) Lib. de ſp. & lit. c. 32.
(*d*) Tr. 5. in 1. Joan. & l. 15. de Trin. c. 12.
(*e*) Serm. de S. Laurent.

quutiones ſimiles erga fidem ; quod nempe ſit remiſſio peccati, juſtificatio, amicitia cum Deo &c. ex *Joa.* 1. 7. *Act.* 10. 43. & 13. 39. ac 1. *Joa.* 5. 1. *Jacobi* 2. 23., quae tamen, uti fide ſanctum eſt, ei duntaxat competunt tanquam fundamento & radici, ſeu cum gratia ſacrificante inſimul adceptae. Patres inſuper ſaepe indiſcriminatim ſumunt τὸ *caritas* pro caritate habituali & pro gratia, quum χαρὶς, vel χαρίσμα graece idem latine ſit atque *caritas*. Auguſtinus demum alias noſter, & Leo, aliique ſimiliter loquuti, intelligi poſſunt verba facere de caritate in genere actuum, non vero habituum. Ad 2. *N. Adſ.* cum adjj. probb. Gratia quippe cooperatur efficienter ceu radix & principium univerſale ad quoslibet virtutum actus. Nec ullo praeterea jure caritati competit reddere hominem juſtum, ſanctum, Deo amicitiae reciproco titulo amabilem; quippe ratione ſui diſpoſitio duntaxat eſt, qua Deum homo diligat. (*f*)

393 QUAESTIO IV. Num gratia ex meritis Chriſti aliquam vim, aut dignitatem majorem ſibi adſciſcat ad conſtituendum hominem Deo gratum? ADSERO. Habet majorem dignitatem, non phyſicam, ſed moralem. Porro non phyſicam; quia intrinſeca gratiae adtributa nullatenus augeri poſſunt per habitudinem ad extrinſecam gratiam, vel Chriſti merita. Moralem quidem; quia gratia, prout in Chriſto, ejuſque meritis fundatur, eſt principium merendi, ac ſatisfaciendi perfectiore modo, atque impetrandi per orationem efficaciorem, quam ſi daretur nullo habito reſpectu ad Chriſtum; qui proinde nobis fuit neceſſarius, non modo qua Redemtor, ſed etiam qua Sanctificator. Quippe qui reſpectu habito ad ejus dignitatem omnibus numeris abſolutam, reddit gratiam nobiliorem, & gratiorem, ſcilicet non in ordine ad ſuam ſubſtantiam, ſed ad aliquot effecta ſecundaria, & adcidentaria. (*g*)

§. II.

Adulti impii Juſtificatio per gratiam ſanctificantem.

394 QUAESTIO I. Quid ſit haec Juſtificatio? ADERO. Eſt tranſitus in homine ab ſtatu injuſti per peccatum mortale perſonale, ad ſtatum juſti per gratiam, quae eſt juſtitia univerſalis. Ex *Trid.* (*h*). Eruiturque ex *Scripturis*, e. g. *Iſa.* 44. 12 *Pſ.* 50. 9. *Hebr.* 1. 3. *Act.* 22. 16. & 1. *Cor.* 6. 11. Tum ex *PP.* cum *Ambr.* (*i*) & *Hier.* (*k*). Dixi *perſonale*, quo diſtinguitur a juſtificatione parvuli impii ſola originis culpa maculati. Quod autem in hoc mirando divinae clementiae opere unum idemque ſit juſtitiae infuſio & peccati remiſſio, nuper adſertum nobis eſt, pluribuſque confirmarat *Vazq.* (*l*).

(*f*) Adeundus cit. *Rip.* de ente ſup. d. ult. ſ. 3. a n. 54.

(*g*) Pulcre quidem, pie, ac ſolide hanc in rem cit. *Suar.* l. 7. c. 5.

(*h*) Seſſ. 6. c. 4.

(*i*) L. 6. in Luc. c 6.

(*k*) L. 3. contra Pelag. longe a fine.

(*l*) In 1. 2. d. 204. c. 3. ſq. conſentiens *Aureolo*, *Capreolo*, *Ruardo*, *Scoto*, contra Suar. & alios.

395 QUAESTIO II. Num neceſſario praerequirantur aliquae diſpoſitiones ad Juſtificationem? ADSERO. Requiruntur ex lege Dei diſpoſitiones morales, ideſt actus ſuperni liberi, quibus peccator ad juſtificationem adcedat. Haec nos condocent dogmata *Tridentino* praeſcripta (*m*). Dixi autem *ex lege Dei*; quia in alia rerum providentia poſſet fieri Juſtificatio abſque ulla previa diſpoſitione, etiam abſque voluntaria peccati retractatione (*n*). Quippe ſi poſſit homo offenſam ſibi irrogatam remittere, quin ullatenus eam offendens retractet, cur non Deus? Tum ſi peccatum remittit Deus parvulo non retractanti ſaltem in capite, cur nequeat remittere adulto, non retractanti in ſe ipſo? At vero in praeſenti rerum ordine ſunt ſimpliciter neceſſarii peccatoris actus; quibus nempe dicitur ſe ſe juſtificare, ideſt non viribus ſuis, vel merens de condigno, ut ajunt, ſed viribus gratiae auxiliantis, & merens de congruo.

396 II. Has porro diſpoſitiones edocuit *Trid.* (*o*), ubi enumerantur fides, ſpes, caritas, timor, dolor, propoſitum non peccandi de cetero. Ex iis vero ſunt quae requiruntur formaliter, ut fides & dolor; & quae virtute, ut caritas & propoſitum, quae includuntur in dolore: aliae ſemper, ut fides; aliae plerumque, ut ſpes & timor; nonnullae remote, ut fides & adtritio extra Sacramentum; aliae proxime, ut perfecta contritio (*p*).

OBJECTIONES.

397 Obj. In nulla providentia poteſt fieri juſtificatio adulti abſque voluntaria peccati retractatione praevia. Nam 1.° peccatum habituale conſiſtit ſaltem ex parte in non retractatione peccati actualis; hoc enim tamdiu manet per modum habitus, quamdiu peccati actio non libere retractatur per converſionem ad Deum: ad eum modum, quo in humanis contractibus prior voluntas contrahendi manet per modum habitus, quamdiu alia libera voluntate non retractatur; at nequit ullatenus Juſtificatio, aut infuſio gratiae cum peccato habituali conſiſtere. 2.° ex Divo Th. (*q*) impoſſibile eſt, ut alicui remittatur peccatum ſine virtute poenitentiae. 3.° divina condonatio nequit homini reddere involuntarium illud objectum, quod ſemel adprobarat, & nunquam reprobavit: ergo ut ſit involuntarium, & omnino pereat, neceſſaria eſt ejuſdem hominis retractatio. 4.° peccatum habituale includit converſionem inordinatam ad creaturam; at converſio ad aliquem terminum tolli nequit, niſi per averſionem ab ipſo, quae eſt unica forma ſibi contraria. 5.° homo habitualiter volens nequit reddi non habitualiter volens per alienam voluntatem. 6.° actus bonus praeteritus reddit hominem habitualiter bonum, dum non retractatur: ergo & malus malum. 7.° heinc fieret, quod divina voluntas non condonandi eſſet ratio, cur homo perſeveret in peccato habituali: quod quidem pias offendit aures. R. N.

(*m*) Seſſ. 6. ubi de juſtif. impii.

(*n*) Favent *Suar.* l. 7. c. 21. & *Vazq.* hic d. 207. c. 3. quibus adhaeret *Mun.* d. 20. n. 88. cum *Del. Rip. Ovie. Eſp. Gran.*

(*o*) Seſ. 6. c. 6. & can. 7. & 9.

(*p*) Egregiam de iis doctrinam edisſere poſſis ex cit. *Suar.* l. 8. c. 6.

(*q*) P. 3. q. 86. a. 2.

398 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Ma.* Dici poteſt, quod infuſio gratiae reddit hominem virtute, & moraliter retractantem culpam praeteritam, quatenus pugnat cum hujus morali perſeverantia, qua homo erat Dei inimicus; nequit enim talis exſiſtimari, aut haberi diſpoſitus ad volendam culpam praeteritam, qui informatur gratia. Voluntates humanorum contractuum nihil aliud habent oppoſitum, quo retractentur, niſi contrariam voluntatem; at maculae peccati non modo opponitur contraria voluntas, ſed etiam infuſa gratia, aut quoque condonatio divina mere extrinſeca. Ad 2: Thomas loquitur de potentia ordinaria.

399 Ad 3. *D. A.* nequit homini reddere formaliter involuntarium &c. *C.*; quia ad hoc requiritur formalis retractatio: virtute involuntarium, *N.*; quia ad hoc ſufficit gratia, quae eſt tacita quaedam reprobatio cujuſcumque lethalis. Poſita gratia, hoc ipſo perit illud quid morale peccati praeteriti, ſeu ejus permanentia pure exſiſtimata; nullus enim prudenter exſiſtimare poteſt, hominem gratia informatum perdurare maculatum (r).

400 Ad 4. *N. Mi.* Etiam gratia eſt forma ob ſuam virtutem oppoſita illi inordinatae converſioni. Sicut autem actualis converſio ad creaturam tollitur phyſice eo praeciſe quod deſinat, ſic & habitualis; uti evenit in homine habitualiter inimico, cui neſcienti remittitur offenſa. Ad 5. *D. A.* nequit reddi formaliter non volens, *C.* virtute non volens, *N.* Quid? quod moralis perſeverantia peccati praeteriti pendet a jure Dei offenſi, quo jure ſi Deus remittens uti nolit, ejuſmodi perſeverantia deſinit, etſi homo non retractet.

401 Ad 6. *N. Con.* Poteſt homo offenſus cedens juri ſuo, tollere per remiſſionem injuriam ſibi illatam, non ita obſequium: ita & Deus relate ad peccatum, & ad actum bonum, e. g. actum ſpei; quoniam circa malitiam moralem, quia contra ipſum eſt, ineſt Deo duplex poteſtas, ſcilicet & vindicandi, & remittendi, ſeu quovis modo delendi; at circa bonitatem moralem, quia juxta ipſum eſt, unica ineſt poteſtas, nimirum remunerandi, neutiquam deſtruendi. Ad 7. *D. Adſ.* eſſet ratio per modum inducentis ad peccatum, *N*; quia haec ratio tota eſt ab homine, qui peccans ſe ſe reddidit Deo inimicum, & peccato actuali, & habituali, quamdiu a Deo non condonetur: per modum non auferentis, aut condonantis peccatum, *C.* ſed ad iſtam condonationem minime Deus tenetur (s).

402 QUAESTIO III. Quid de fide actuali formali, neceſſaria ad Juſtificationem? ADSERO 1. Eſt fides propria, qua creditur ex divino teſtimonio, vera eſſe, quae Deus revelavit, & ſigillatim Deum eſſe, & Remuneratorem eſſe. Quia ex *Hebr.* 11. *accedentem ad Deum* &c. 11. Haec fides, quae eſt juſtificationis initium, eſt neceſſaria

(r) Recolendi *Suar.* & *Vazq.* proxime laudati.

(s) Conf. *Suar.* & *Vazq.* proxime citt.

ad justificationem impii, cum fidelis, tum infidelis. Quia Paul. loquitur indiscriminatim, & quoque *Trid.* III. Non opus est ut extra Sacramentum coëxsistat physice actuali justificationi; sed satis est ut coëxsistat virtute, e. g. in memoria supernaturali de ipsa. Quia ad justificationem intra Sacramentum sufficit dolor virtuate: ergo & extra Sacramentum fides virtute (*t*).

403 QUAESTIO IV. Quid de spe veniae, ac timore divinae vindictae formalibus? ADSERO. Non sunt simpliciter necessariae. Quia potest quis moveri ad peccati detestationem ex perfecta contritione, vel perfecta dilectione Dei; tunc autem nec est formaliter spes, nec timor. Quid? quod non sunt multiplicandae difficultates ad justificationem, absque urgenti fundamento. Sunt vero moraliter necessariae; quia plerumque praecedunt, ut patet experientia; illis enim saepius, & connaturalius fragilitas nostra juvatur. Idem esto judicium de proposito; quippe quod imbibitur virtute in perfecta contritione, aut dilectione (*u*).

404 QUAESTIO V. Quid de amore Dei, & odio peccati? ADSERO. Sufficit ad justificationem formalis Dei dilectio absque formali contritione peccati, & vicissim contritio formalis peccati absque distincta dilectione Dei. Quia uterque actus alterum virtute includit. Insuper uterque ex his actibus est ex lege Dei proxima, & ultima dispositio ad justificationem. Quod cunctis catholicis in comperto est contra Bajum. At ex natura rei solum habet uterlibet specialem conducentiam moralem, ut utriuslibet intuitu infundat Deus gratiam justificantem. Scripturae quippe & PP. depraedicant justificationem tamquam beneficium moraliter distinctum a suis dispositionibus: ergo cum istis non connectitur ex natura rei. Idem dicito de adtritione intra Sacramentum (*x*).

405 QUAESTIO VI. Quo tandem pacto in adulto jam dispositio fiat justificatio? ADSERO contra Novatores I. Non fit per justitiam Dei, quae in Deo est, nec per imputationem justitiae Christi; qua nempe intercedente peccata tegantur & non imputentur, adeo ut peccator maneat re injustus ac impius, & solum habeatur pro justo & mundo propter alienam justitiam sibi imputatam. II. Nec item fit per fidem; qua quemadmodum pauper manu adprehendit eleemosynam, ita peccator fide adprehendit justitiam Christi, qua subinde indutus coram Deo justus adparet.

406 III. Non fit per specialem aliquam fidem promissionum Dei. Quin immo fides, quae initium justificationis est, ea censeri debet, qua credimus vera esse quaecumque revelaverit Deus, seu historiae sint, seu miracula, seu promissiones.

IV. Fit

(*t*) Recole *Suar.* l. 7. c. 16. sq.
(*u*) Lege cit. *Rip.* n. 476.
(*x*) Conf. *Munies.* cit. d. 20. n. 46.

48.

407 IV. Fit formaliter per juſtitiam Chriſti in peccatorem derivatam, ſibique inhaerentem, hoc eſt per gratiam, de qua diſputamus. Per eam autem lethalia impii crimina ita remittuntur, ut penitus deleantur & auferantur, nec quidquam reliquum ſit, quod culpae lethalis rationem habeat. Haec quidem dogmatica de juſtificatione capita deſumſimus ex *Trid.* (*y*). Ea fuſius exponunt & vindicant Polemici.

408 QUAESTIO VII. Num remiſſio peccati venialis ſpectet ad formalem gratiae juſtificantis effectum, uti ſpectat remiſſio omnium mortalium, quae ſint in peccatore? ADSERO I. Non ſpectat. Quia veniale nullatenus opponitur cum gratia habituali, cum qua poteſt omnino conſiſtere. II. Nunquam remittitur niſi habenti gratiam, & illud retractanti; etſi poſſit in alia providentia abſque ullo peccatoris actu remitti, uti & lethale. III. Reapſe remittitur formaliter per condonationem pure extrinſecam. Quia nihil eſt intrinſecum veniali oppoſitum, per quod formaliter remittatur. Diſpoſitiones vero proximae, quibus haec remiſſio veriſimiliter adnectitur, ſunt contritio, & adtritio, etiam extra Sacramentum, actus heroici, devota Euchariſtiae communio, actus venialibus oppoſiti; congruum quippe eſt, ut iis adliciatur Deus ad venialium remiſſionem (*z*).

OBJECTIONES.

409 Obj. contra III. Adſ. Venialis culpae remiſſio fit per intrinſecam gratiae condonationem. Nam 1.° vel fit per gratiam cum adtritione intra Sacramentum, aut per contritionem extra Sacramentum; ſic enim connaturaliter deletur aliqualis illa averſio a Deo, quam importat veniale. 2.° vel fit per gratiam non utcumque, ſed ut collatam virtute Sacramenti, ſcilicet ut reconciliantem; atque adeo ex intentione remittendi veniale. 3.° vel fit per gratiam, quatenus haec habet gradus aliquos oppoſitos cum morali perſeverantia venialium, virtute Sacramenti productos. 4.° vel fit per gratiam, ex ejuſmodi intentione in Sacramento collatam & productam vi ſpecialis actionis, intrinſece venialibus oppoſitae.

410 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Nec adtritio, nec contritio intra, aut extra Sacramentum pugnant intrinſece cum peccato veniali; uti nec gratia, earum intuitu collata. Deinde per iſtos actus tolluntur peccata mortalia; at vero ex *Trid.* (*a*) *venialia multis aliis modis tolli poſſunt*. Ad 2. *N. A.* In tota illa complexione unice pugnat cum veniali divina intentio remittendi illud, quae quidem eſt peccatori extrinſeca, ipſaque Dei condonatio. Ad 3. *N. A.* Heinc enim fieret, quod habenti mortalia, & venialia, ut iſta quoque delerentur, conferretur virtute Sacramenti gratia perfectior, & purior quam habenti ſolum mortalia: quod videtur abſurdum. Ad 4. *N. A.*

Sic

(*y*) Seſſ. 6. c. 7. ſqq. & in canonib. ſparſim.

(*z*) Conf. cit. *Suar.* l. 7. c. 24. ſq.

(*a*) Seſſ. 14. cap. 5.

Sic enim gratiae productioni gratis tribuitur perfectior effectus formalis, ſcilicet remiſſio, non modo mortalium, ſed etiam venialium, quam ipſi gratiae tribuatur (*b*).

411 QUAESTIO VIII. Num ex alia Dei lege in ſtatu naturae lapſae fieri poſſit juſtificatio, ſeu nuda peccati gravis remiſſio per condonationem pure extrinſecam? ADFIRMO. (*c*) Quia enim poteſt homo condonare ſuam offenſam ex mero libito ſuae voluntatis: ergo & poteſt Deus, ſic nimirum cedendo juri quod habet ad juſtam averſionem, poenamque peccatori infligendam propter peccatum praeteritum; quo ſcilicet homo maneat Deo non inimicus, eſto non maneat revera amicus. Deinde poteſt Deus in ſtatu naturae purae remittere peccatum ſine infuſione gratiae, quae tunc abeſſet, per condonationem pure extrinſecam (*d*) alioqui vel peccatum eſſet tunc irremiſſibile, vel Deus, non remittens, nimis rigidus, & inexorabilis: ergo & poteſt in ſtatu naturae lapſae. Spectat autem ad clementiam, & potentiam principis poſſe aliquod condonare delictum, quin propterea ex delinquente faciat ſibi amicum. Id tandem evincitur ex praeſenti condonatione culpae venialis.

412 Hinc vero poteſt hoc pacto Deus unum lethale condonare, alio non remiſſo. Quia poteſt titulo unius peccati non indignari, & taliter adfici erga peccatorem, quamvis maneret inimicabiliter indignatus titulo alterius. Sic enim (ut vulgari inter homines exemplo rem explicem) conſtrictus ad jejunium ratione praecepti & voti, poteſt, remanente praecepti vinculo, remiſſionem a vinculo voti obtinere (*e*)

OBJECTIONES.

413 Obj. *primo*. Culpa gravis habitualis nequit ullatenus remitti per condonationem extrinſecam. Nam 1.° ex D. Th. (*f*) *non poteſt intelligi remiſſio culpae, ſi non ſit infuſio gratiae*. Et alibi docet, requiri gratiam ad tollendum peccatum, ſicut viſus ad tollendam caecitatem; haec autem nullatenus tolli poteſt abſque poſitione ſuae formae contradictoriae, nempe viſus. 2.° peccatum habituale eſt privatio gratiae; at privatio tolli nequit niſi per formam, qua privatur. 3.° nequit homo per formam pure extrinſecam tranſire de bono in non bonum: ergo neque de malo in non malum. Siquidem contrariorum eadem eſt ratio. 4.° nequit intelligi Deus pacatus, & reconciliatus per condonationem cum peccatore, quin illum redintegret in bonum praecipuum, quo illum privaverat per culpam, ſcilicet in ſui amicitiam, quae recuperari nequit abſque gratia. 5.° implicat contradictionem, quod duo homines ſint aequales

(*b*) Plura cit *Rip.* d. ult. ſect. 21. n. 276.

(*c*) Conſentiunt *Suar.* l. 7. c. 22. & 23. cum *Bonav. Conr. Scot.* &c. *Rip.* cit. n. 274. cum *Bellarm. Zum. Gran. Plat.* cit. n. 630. *Ovie.* tr. 8. cont. 4. pu. 4. n. 77. cum *Alen. Tan.* &c. *Mun.* d. 13. n. 69. cum *Compt* &c. contra Vaz. Val. Amic. Gon. &c.

(*d*) Ex adſertis *ſupra* ad p. 94. n. 218.

(*e*) Favet *Mun.* cit. d. 13. n. 125.

(*f*) Haec q. 113. a. 2. O.

les in bonis, aut malis intrinsecis, & quod amentur inaequaliter a Deo; sed enim hoc eveniret, si Deus pure extrinsece condonaret uni peccatum, non alteri.

414 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: D. Th. utrobique loquitur vel de remissione ad perfectam Dei amicitiam evehente, vel de lege ordinaria. Neque vero ita proxime opponuntur gratia & peccatum, ac caecitas, & visio; haec enim nequeunt simul deficere in subjecto capaci, secus illa. Ad 2. *N. Ma.* Est duntaxat ipsum actuale peccatum moraliter perseverans. In pura natura esset peccatum habituale, quin esset privatio gratiae debitae: nec item a Deo est peccatum habituale, a quo est privatio gratiae. Ut summum peccatum habituale, prout in praesenti rerum providentia, connotat gratiae privationem.

415 Ad 3. *N. A.* Si Deus in alia providentia auferret ab homine gratiam, absque ejus culpa, transiret a bono in non bonum per formam pure extrinsecam, scilicet per decretum Dei excludens bonitatem, aut gratiam. Nec valent haec adagia quoad denominationes morales; nam quis per extrinsecam voti dispensationem transit ab obligato in non obligatum, idemque patet ex sexcentis aliis. Ad 4. *N. A.* Satis Deus ejusmodi intelligitur per depositionem, aut cessionem odii inimicabilis erga peccatorem; uti satis intelligeretur erga peccantem in pura natura, absque infusione gratiae. Ad 5. *N. Mi.* si loquaris de morali aequalitate. Homo cui peccatum non condonetur, est moraliter intrinsece malus, non autem homo, cui condonetur. Neque vero voluntas condonans debet esse amor, sed depositio odii, vel cessio juris ad odium.

416 Obj. *secundo* Rursum repugnat praeadserta condonatio. Nam 1.° Deus ante infusionem gratiae habet profecto voluntatem condonandi peccatum, & cedendi juri ad indignationem contra peccatorem; at haec voluntas sufficit ad condonationem extrinsecam: ergo nec in praesenti lege requiritur gratia intrinseca. Unde opinio nostra satis superque haereticis favet. 2.° per condonationem fit transitus ab uno contradictorio in aliud; nam Deus transit ab habente ad non habentem odio peccatorem, & hic transit de digno in non dignum odii: ergo fit cum aliqua mutatione; non autem in Deo, qui immutabilis est: ergo in homine per gratiae infusionem. 3.° quousque homo caret gratia ob suam culpam, est infectus peccati macula, & reus odii divini; at quousque gratia ipsi non restituitur, caret gratia ob suam culpam: ergo. 4.° nequit Deus sola sua voluntate tollere maculam peccati habitualis: tum quia transacta physice actione criminosa, homo manet maculatus ex sua peccati natura, & non ex sola voluntate Dei imputantis illud: tum quia peccatum habituale non pendet ab influxu Dei.

417 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: nunc habet Deus voluntatem condonandi, & cedendi juri formaliter per gratiam; at pro casu condona-

donationis extrinſecae haberet voluntatem condonandi, & cedendi juri formaliter per ſuam duntaxat voluntatem. Quid haec cum haereticis, negantibus intrinſecam gratiae formam in praeſenti lege? illae haereſes de re exſiſtente ſolum, noſtra opinio de poſſibili decernit. Ad 2: ad illum tranſitum ſufficit mutatio moralis, orta ex ſpeciali modo tendendi in decreto, quo Deus vellet odiſſe peccatorem pro tempore determinato, non vero hoc tempore elapſo; id quod evenit in relaxatione voti, & in praecepto quolibet, obligante pro tempore determinato.

418 Ad 3. *D. Ma.* ob ſuam culpam moraliter perſeverantem, aut non remiſſam, *C:* ob ſuam culpam non moraliter perſeverantem, ſed remiſſam, *N.* Et *D. reſp. Mi.* Et *N. Con.* Ad 4. *N. Adſ.* Ad primam prob: macula eſt culpa praeterita, non utcumque ſed ut moraliter perſeverans, eo quod condonata non ſit: unde per condonationem tolli poteſt; hac enim poſita, deſinit homo denominari peccator habitualis. Ad ſecundam: peccatum habituale non pendet ab infuſione Dei, ſaltem per ſe, quoad actionem criminoſam; ſecus quoad carentiam condonationis, quam poteſt Deus tollere per oppoſitam condonandi voluntatem.

419 Obj. *tertio*. Divina voluntas condonans in nulla providentia poteſt aliud habere objectum, quam gratiae infuſionem. Nam 1.° non eſt ejus objectum ipſa voluntas condonans; ſic enim ſe ipſam reſpiceret, & faceret hunc ſenſum nugatorium, *volo me ipſam*. 2.° non eſt ipſa voluntas prout eſt remiſſio peccati, & ceſſio juris contra peccatorem; quia ſic ſe ſolam adtingeret: at vero quaelibet alia divina voluntas ſe ipſam adtingit, quin ſit condonatio peccati. 3.° non eſt ipſa voluntas, quae extinguat in Deo jus, ac in homine debitum ad odium inimicabile; quia poſtquam homo peccavit, poteſt Deus erga illum habere aliquem benevolum adfectum, & ſimul nolle contra eum indignari inimicabiliter, aut ſibi jus, & in homine debitum ad indignationem relinquendo: ad eum modum, quo poteſt creditor ſuum debitorem diligere, & ab ipſo nunquam repetere debitum, retinendo tamen in ſe jus repetendi, ac in debitore obligationem ſolvendi. 4.° nec eſt peccatum praeteritum, quatenus illud Deus nolit; quoniam Deus ſemper non vult peccatum, quin illud ſemper condonet. Ergo unice eſt gratiae infuſio.

420 R. *N. Adſ.* Haec difficultas ab omnibus ſuperenda eſt in adſignando objecto condonationis extrinſecae apud homines. Itaque divina voluntas condonans ita tenderet: *volo remittere jus meum, quo gaudeo, ad habendum odio inimicabili peccatorem.* Haec autem plura adtingit: nempe peccatum, illud eliminando; peccatorem, cum benevole proſequendo; odium praeteritum, illud deponendo vi peculiaris decreti: & hoc quidem decretum eſſet in ejuſmodi ſyſtemate juris divini remiſſio, & peccati hominis condonatio. Ad 1. prob. *N. Adſ.* Nec repugnat, quod divina voluntas ſe ſe reſpiciat, nec

quod

quod ſe ipſam velit: at vellet tunc ſe ipſam, non utcumque, ſed prout adtingentem odium, quod re ipſa deponit, juſque ad odium, quod remittit pariter. Ad 2. *N. Adſ.* Sic ſe adtingeret, non utcumque, ſed ut condonantem, nempe propter ſpecialem, propriumque tendendi modum, quo haec voluntas ab aliis divinis voluntatibus ſecerneretur.

421 Ad 3. *N. Adſ.* cum adj. prob. Nec tenet paritas; quia voluntas humana ratione ſuae limitationis, etiam dubio procul praemiſſo jure ad repetitionem debiti, ad hoc repetendum non cogitur; at voluntas divina ratione ſuae infinitae perfectionis cogitur ad exigendum debitum ad odium inimicabile, quandocumque praemittitur, debitum in peccato praeterito fundatum exſiſtere. Heinc ex quo nolit Deus indignari inimicabiliter contra hominem, tacite remittit peccatum, ſimulque ſibi jus, & homini debitum ad indignationem. Ad 4. *N. Adſ.* Condonatio ex ſuo modo tendendi eſt tale decretum nolens peccatum, qualis non eſt ulla alia divina voluntas, quae peccatum utcumque nolit, ſeu odio habeat, iſtud tamen non condonando. (*g*)

§. III.

Reliqua gratiam ſanctificantem ſpectantia.

422 QUAESTIO I. Quae ejus Cauſſa? ADSERO. Multiplex adſignatur. Nimirum finalis eſt Dei gloria & vita aeterna: efficiens Altiſſimus Dominus: merens Chriſtus Servator: inſtrumentalis Sacramenta, prae primis Baptiſmus. Haec dogmatice *Tridentini PP.* (*h*) Quae in haſce cauſſarum partitiones mutire olim auſus eſt *Courayerus*, diluimus *ſuperius*. (*i*)

423 QUAESTIO II. Num & quo pacto augetur vel intenditur gratia? ADSERO. Augetur re ipſa. Quoniam juſtificati, cooperante fide bonis operibus, creſcunt & magis juſtificantur. Fide ſanctum ex *Trid.* (*k*) Nec deſunt quidem e ſacro Codice teſtimonia pro ſancto dogmate. Sic enim habemus ex *Prov.* 4. *juſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſque ad perfectum diem*: ex 2. *Cor.* 9. *augebit incrementa frugum juſtitiae veſtrae*: ex *Apoc.* 22. *qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc; & qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc*. E quibus merito concludas cum *Auguſt.* (*l*) *juſtificati ſumus, ſed ipſa juſtitia dum proficimus, creſcit*. Ac rurſum exinde contra Doctores Lutheranos, docentes per virtutes minime augeri juſtitiam, quod una eademque Chriſti juſtitia per fidem adprehenſa, & a Deo imputata omnes aeque juſtificet, liquido ſubinferas cum eodem *Aug.* (*m*) *induti ſunt ſancti juſtitia, alius magis, alius minus*; itemque (*n*) *ipſi*

(*g*) Plura Authores pro Adſerto noſtro proxime laudati.
(*h*) Seſſ. 6. c. 7.
(*i*) Ad p. 264. in Adnotat.
(*k*) Seſſ. 6. cap. 10. can. 24.
(*l*) Serm. 16. de verb. Apoſt.
(*m*) Epiſt. 172. alias 29.
(*n*) Tract. 6. in Joan.

Spiritales ſancti in Eccleſia ſunt alii aliis ſanctiores. (o)

424 QUAESTIO III. Num amitti poſſit gratia, & reviviſcere? ADFIRMO utrumque. *Primum* videlicet tanquam fide certum ex *Trident.* (p) Et eruitur quidem apertiſſime ex *ſacris Literis*, e. c. ex *Prov.* 4. 11. *Ezech.* 18. 21. & 24. *Matth.* 26. 41. & 1. *Cor.* 6. 15. & 10. 12. Quibus adcinunt *PP.* cum *Hieron.* confutante errorem oppoſitum Joviniani (q) & cum *Cypr. Chryſ. Ambr.* propugnantibus contra Novatianos, peccata poſt baptiſmum commiſſa Sacramento poenitentiae deleri. Adde *Aug.* pro dogmate differentem. (r) Mitto abſurda rationi ſatis obvia comparate ad plenam morum ſubverſionem, quae conſequuntur ex calviniano errore dogmati adverſo. *Secundum* inſuper. Gratia quippe ſemel amiſſa reſtauratur ſine dubio divinitus cum in Sacramento poenitentiae, tum ſeorſim ab ipſo quandocumque peccator ſe ſe prout oportet, diſponit. Conſtat ex reviviſcentia meriti theologici poſtmodum definienda. (s)

OBJECTIONES.

425 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Gratia eſt inamiſſibilis ex ſacris Literis. Nam 1.° ex Prov. 17. *omni tempore diligit qui amicus eſt.* 2.° ex Pſ. 36. juſtus *quum ceciderit, non collidetur.* 3.° ex Joan. 4. *qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in aeternum*, ubi Dominus nomine aquae gratiam & caritatem intelligit. 4.° ex 1. Cor. 13. *caritas nunquam excidit.* 5.° ex Matth. 8. *non poteſt arbor bona malos fructus facere.* 6.° ex Joan. 5. *ſcimus quia omnis, qui natus eſt ex Deo non peccat, ſed generatio Dei conſervat eum & maliguus non tangit eum.*

426 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: ibi ſolum innuitur, veram amicitiam futuram eſſe perpetuam, nec infortuniis ingruentibus diſſolvendam. Ad 2: eſt ſermo de tribulationibus hujus vitae, quibus juſti animus non frangitur; ſubjungitur enim, *Dominus ſupponit manum ſuam.* Ad 3: ea intelligenda ſunt ſub conditione, ſi nempe juſtus fontem aquae vivae non deſerat, quia enim ex *Ierem.* 17. *dereliquerunt fontem aquarum viventium.* Ad 4: ex contextu abunde colligitur eſſe ſermonem de caritate, quae in patria permanebit, quantumvis dona fidei & ſpei non perdurent. Ad 5. & 6: iis duntaxat intelligi datur, juſtos non prolabi in peccatum in ſenſu compoſito, hoc eſt quandocumque in ſtatu gratiae, quae cum ſtatu peccati omnino pugnat, perſeverant. Alioqui ſiquidem, uti jure ajebat *Hieron.* (t) *ſi omnis, qui natus eſt ex Deo non peccat, & a diabolo tentari non poteſt, quomodo praecepit* (Chriſtus) *ut cavcant ne tententur?*

Obj.

(o) Recole quae *ſupra* indicavimus ad p. 171. n. 193.

(p) Seſſ. 6. cap. 15. & can. 23.

(q) L. 2. adv. Jovinianum.

(r) Civ. l. 21. c. 25. & l. de corrept. & grat. cap. 6. & 13. ac de dono perſever. cap. 9.

(s) Conferre interea juverit *Suar.* cit. l. 11. c. 1. ſqq.

(t) L. 2. adv. Jovinianum.

427 Obj. *ſecundo*. Inamiſſibilis eſt quoque gratia ex Patribus. Nam 1.° ex Aug. (*u*) *radicata caritas eſt, ſecurus eſto, nihil mali procedere poteſt*. 2.° ex Hieron. (*x*) *amicitia, quae deſinere poteſt, vera nunquam fuit*. 3.° ex Greg. M. (*y*) *qui enim ſeduci quandoque non reverſuri poſſunt, quaſi habitam ſanctitatem ante oculos hominum videntur amittere; ſed eam ante oculos Dei nunquam habuerunt*: ſanctificantem itaque gratiam amittere nequeunt qui ſunt vere juſti. 4.° ex Bern. (*z*) *Petrus quum peccavit, caritatem non amiſit ... ſic & David quum peccavit, caritatem non perdidit*.

428 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: loquitur Aug. de fructibus verae caritatis, qui nunquam pravi ſunt, quemadmodum qui tanquam ex radice vitiata, a falſa caritate procedunt. Alias quo pacto dixeris ſibi conſtare Auguſtinum toties pro dogmate loquutum, uti mox indicavimus? Ad 2: oratorio more loquitur Hieron. quaſi intendens, amicitiam veram futuram eſſe ſempiternam. Quis autem dixerit, nullam ex amicitiis inter homines violatis veram fuiſſe? Ad 3: de iis verba facit Greg. qui apud homines, quum injuſti ſint, juſti videntur, quin tamen diſerte ferat, non poſſe juſtos a gratia deficere. Ad 4: Bernardum in bonum ſenſum utcumque interpretari adgreſſus eſt Thom. (*a*) alii vero locum illum ex libro ſuppoſititio depromtum eſſe arbitrantur. Plura Polemici.

429 QUAESTIO IV. Num gratia generatim influat efficienter phyſice in actus quoſlibet virtutum infuſarum, qui nempe ad praeſentiam gratiae animo inhaerentis a ſingulis emittuntur virtutibus? ADFIRMO. Sic enim illa clarius & dignius concipitur & praedicatur juſtitia univerſalis. Neque vero influxus gratiae ſuperfluit ubi agit virtutum influxus. (*b*) Immo potius quam maxime congruum eſt, ut concauſſae plurimae principio univerſaliori, dignioriquę ſubſerviant ad peculiares operationum ſpecies.

430 QUAESTIO V. Anne ſpeciatim influit pariter in actum eliciendum, quum urget in praeſentia adimpletio praecepti, illaeſa animi libertate? Magna olim animorum contentione Quaeſtio haec agitata eſt, utpote concernens intima creatae libertatis principia, tot hucuſque, tantiſque diſputationibus apud Scholas controverſa. Ajebant nonnulli (*c*) quoniam ſi gratia in alios actus influat, quum maxima urget neceſſitas, cur non influat? Eo praeſertim quod gratia ſic influens non eſt principium conſtituens libertatem, tametſi principium ſit cum actu connexum ex determinatione voluntatis,

(*u*) Tr. 8. in Joan.
(*x*) Epiſt. ad Rufinum.
(*y*) Mor. l. 34. c. 13.
(*z*) L. 2. de amore Dei c. 6.
(*a*) P. 2. 2. q. 24. a. 12. ad 2.
(*b*) Eum cum *Tho.* & copioſa Doctorum cohorte jure adprobavimus *ſupra* ad p. 171. num. 195.
(*c*) Cum cit. *Munieſſa* d. 18. qui tamen immerito adlegat pro ſe *Ripaldam* ad d. 123. hic enim ibi n. 22. & 28 aperte negat influxum gratiae, quae ſit principium non indifferens ſed repugnans omiſſioni actus praecepti.

ceteroqui per alia principia liberrimae : quocirca ejuſdem influxus proximus & connexio cum actu praecepto & cum non omiſſione ejuſdem actus evertere nequit voluntatis libertatem, quae alias omnino conſtituta praemittitur, & quae gratiae influxum in actum praeceptum determinat. Haec illi.

431 Alii vero mordicus negabant. (*d*) Quia enim quidquid influit proxime in actum liberum, conſtituit libertatem, ſeu, quod eodem recidit, facultatem completam & proximam ad actum liberum; atqui repugnat ita conſtitui libertatem a principio, quod alias ſit proxime per ſe antecedens actum bonum, cum eo metaphyſice connexum, & eſſentia ſua inconjungibile cum omiſſione actus: exploratiſſimum quippe omnibus eſt, libertatem eſſe integram & eſſentialem animi indifferentiam ad utrumque extremum : repugnat ergo gratia iſta influens; quippe quae eſſet ejuſmodi principium libertatis chimaericum.

432 Deinde facultas proxime libera illa eſt, quae ſub conprincipiis proxime influentibus in actum liberum, vel, ut ajunt, in ſenſu compoſito conprincipiorum, hunc elicere poteſt, aut non elicere. (*e*) At vero tum juſtus, urgente praecepto, & gratia proxime influente, nequit non elicere actum bonum, praecepto obediens, quum peccare nequeat; quippe praemittitur gratiam per ſe ſe cum peccato pugnare: ergo. Iis jam vero pro utraque parte leviter indicatis, neganti ſubſcribimus ceu veriſimiliori, & potiſſimum conſonae principiis creatae libertatis, nobis jamdiu in cit. Commentario praejactis.

OBJECTIONES.

433 Obj. *primo* pro parte adfirmante. Non repugnat, gratiam per ſe influere in actum liberum quum potiſſimum urget praeceptum. Nam 1.° influit in alios actus non praeceptos: ergo potius in praeceptum. 2.° non omne principium influens proxime in actum liberum, conſtituit libertatem ad eum; ſi enim illud ſit adquiribile, ſolum conſtituit libertatem ad eum in jure, ſeu potentia adquirendi ejuſmodi influens, non autem in re, ſeu proxime in ſe : quod quidem evincitur ex ſententia admittente ſcientiam mediam de conſenſu, atque decretum praefiniens conſenſum; haec enim ideo non in re, ſed in jure adquirendi ipſa, conſtituunt libertatem ad conſenſum, quoniam ſunt adquiribilia. 3.° actus tunc a juſto elicitus eſt condigne merens gratiam, & gloriam; atqui ut ejuſmodi ſit, procedere debet a gratia influente in actum liberum.

434 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *C. A.* quia illi actus ita fiunt, ut poſſint non fieri abſque peccato, eſſentia ſua inconjungibili cum gratia. Et *N. Con.* ob contrariam rationem. Et vero pro actu tum praecepto ſuppletur defectus influentis gratiae ſanctificantis per influxum divini Auxilii. Ad 2. *N. Adſ.* cum prob. chimaerica.

(*d*) Cum *Oviedo* tr. 9. controv. 2. pun. 7. n. 93. ſqq.

(*e*) Ex doctrina nobis praejacta ubi de libertate ad Tom. III. p. 185. n. 250.

ca. Etenim repugnat proxime influens, & ſolum adquiribile; quia ſi proxime influat, jam adquiritur; conſtituit enim integram potentiam proximam ad ſui adquiſitionem. Quod ſi principium ſit influens, eo quod ſit adquiribile; conſtituet tantummodo potentiam integram proxime non in re, ſed in jure, erit que tunc homini ſolum completum jus in re, & ſolum completa libertas in jure, nullatenus vero perfecta libertas in re. Inſuper ſcientia media, & decretum praefiniens influunt in conſenſum ſolum remote, ſcilicet media libertate creata. Et de ſolis quidem principiis remotis verum eſt, quod adquiribilia ſint. Quocirca importune huc advocantur.

435 Ad 3. *N. Mi.* Ut talis ſit, ſatis eſt, ut procedat a gratia, in eum utcumque influente. Tunc juſtus habet condignitatem ad ſuum meritum ex ſola gratia condignificante; libertatem vero non habet ſecundum formam, vel gratiam, quia eſt cum iſta in ſua libertate connexus, ſed ſolum ſecundum materiam, vel rem ipſam actus merentis. Neque vero debet gratia praecedere natura actum, ut eum condignificet, ſed ſufficit, quod ambo ſint ſimul. Quod ſi quatenus condignificans actum praecedat, quum ſit aliunde inconjungibilis cum omiſſione actus praecepti, iſtum determinabit, & neceſſarium conſtituet.

436 Obj. *ſecundo*. Rurſum non repugnat ejuſmodi gratiae influxus. Nam 1.° eadem eſt eſſentia & virtus gratiae, voluntatis, & actus ab ipſa eliciti in caſu urgentis praecepti, & in caſu non urgentis: ergo. 2.° quotieſcumque voluntas ſe determinat ad actum amoris e. g. determinat pariter, & adplicat neceſſario conprincipia praecontinentia amorem, ſeu ad iſtum influentia; atqui gratia praecontinet actum amoris, ad quem influere poteſt. 3.° principium ex voluntatis determinatione connexum cum actu, & antecedens phyſice actum non officit libertati actus, uti patet in actu imperante, connexo cum imperato; at gratia in caſu quaeſtionis eſſet connexa cum actu, iſtumque phyſice antecederet ex voluntatis determinatione.

437 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* In caſu non urgentis praecepti eſt gratiae virtus, & voluntati per gratiam, ſeu cum gratia, ad eliciendum actum liberum; non vero in caſu urgentis praecepti. Ad 2 *N. Mi.* Pro caſu urgentis praecepti, gratia non praecontinet amorem liberum: unde nec ad iſtum influere poteſt. Quare ſi tunc in actum influat, in neceſſarium influit: & ad eum ipſa potius voluntatem determinat.

438 Ad 3. *D. Ma.* ſi principii connexio cum actu, & erga iſtum praexſiſtentia ſolummodo a voluntate pendeat, *C.* ſi non ita pendeat, *N.* Et vero actus imperatus ſolum adcidentaliter eſt connexus cum imperante, & ab iſto praeceditur; quoniam ſeorſim ab imperante, poteſt proxime elici a voluntate (*f*). Nec aliunde actus impe-

(*f*) Ap. cit. *Suar.* de grat. l. 12. c. 11. num. 8.

perans eſt antecedens ad omne libitum voluntatis, ex qua deſcendit actus imperatus. Et *N Mi.*

439 Porro gratia pro quolibet eventu, & ſeorſim a quavis determinatione voluntatis, eſt, ut praemittitur, omnino incompoſſibilis cum peccato, adeoque cum omiſſione actus praecepti, in conſortio gratiae urgentis: atque adeo nunquam influere poteſt tanquam principium proximum actus, niſi in actum neceſſarium, ſeu cum ſui omiſſione incompoſſibilem. Nullam ergo patitur determinationem voluntatis, ut influat tunc in actum prorſus liberum. Quid? quod voluntatis determinatio relate ad influxum gratiae eſſet idem actus praeceptus ſub gratia, omnino pugnante cum omiſſione ejuſdem actus: quocirca ipſa ejuſdem actus determinatio a gratia determinaretur: quo quid abſurdum magis? (*g*)

440 QUAESTIO VI. Num gratia ad operandum bonum neceſſaria ſit, adeo ut ea abſente omnia peccatoris opera ſint peccata? NEGO, fide duce. Ac erui quidem videtur ex *ſacris Scripturis*, cum *Ezech.* 18. 30. *Matth.* 3. 7. *Luc.* 18. 13. *Act.* 10. 2. Tum ex *PP.* prae primis ex *Aug.* (*h*) & *To.* (*i*) Quibus adde *C. Conſtant.* (*k*) *Trident.* (*l*) & varias proſcriptiones pontificias plurium theſium (*m*). Ecquis autem ſanae mentis effutiat, peccare impium dum largitur eleemoſynam, parcit inimico, adimplet praeceptum Eccleſiae, caſtitatem ſervat, Chriſtum ſub Euchariſtia latentem vera fide ac ſincero cultu adorat? At de iis poſtmodum fuſius ubi de peccato perſonali ſermo erit. Interea conſuli poſſunt DD. Polemici de gratia pertractantes.

441 QUAESTIO VII. Quid veniat nomine Perſeverantiae in gratia? ADSERO. Donum, quo homo reperitur juſtus in extremo vitae curriculi momento; atque adeo gratia praefulgens decedit, certo ſubinde inter beatos coelites referendus. En tibi unum, & feliciſſimum providentiae divinae praedeſtinantis effectum (*n*). Profecto mirabile donum iſtud, una cum decreto praedeſtinanti, omnia complectitur auxilia, quae praeviſa ſunt efficacia, ut quis ſub eis gratia ornatus decedat. (*o*)

442 QUAESTIO VIII. Quid rei ſit Confirmatio in gratia? ADSERO. Eſt donum, quod ultra aliud mox expoſitum perſeverantiae, quam finalem dicunt, electis quibuſlibet communem, addit complu-

(*g*) Plura de quaeſtione, ſubtiliſſima quidem, at oppido tamen utili pro diſquirenda & comparanda indole libertatis creatae, dabunt *Munieſ.* & *Oviedo* proxime laudd.

(*h*) De ſp. & lit. c. 28. ac de praedeſt. SS. c. 7.

(*i*) P. 2. 2. q. 10. a. 4. ad 3. & q. 23. a. 7. ad 1. & in 4. diſtin. 15. quaeſt. 1. a. 3. ſol. 4.

(*k*) Seſſ. 15. in proſcriptione prop. 16. Huſſi.

(*l*) Seſſ. 6. can. 7.

(*m*) Videlicet propp. 35 & 38. inter vulgo Bajanas, 11. ex decreto Alexandri VIII, 44. ex Conſtit. Clementis XI. *Unigenitus*.

(*n*) Recole *ſuperius* adſerta ad Tom. II. p. 324. n. 585.

(*o*) Plura cit. *Suar.* l. 10. c. 5.

plura auxilia congrua & uberrima, ita, Deo peculiariter protegente, per longum vitae curriculum continuata, ut nulla in posterum noxa lethali contaminetur juſtus. Ejuſmodi quidem auxilia, quibus juſtus mire ſubſultus, currit ſuaviſſime in lege Dei, ac tentationes & pericula quaelibet facillime ſuperat, haud raro conſtituunt moralem quamdam delinquendi lethaliter impotentiam, cum facultate phyſica conjunctam: ac eam porro nonnulli Divae Matri ratione dignitatis adtribuunt; alii vero liberalius Confirmatis omnibus: quo nempe donum iſtud mirabile, ac ſane perrarum, a dono perſeverantiae valde frequenti, penitus, ut par eſt, nobiliuſque ſecernant. (p)

443 QUAESTIO IX. Num & quo pacto juſtus de juſtitia ſua certus eſſe poſſit? ADSERO 1. Nequit certitudine fidei, ſeu prorſus infallibili, citra revelationem divinam. Fide ſanctum, & *Tridentino* (q) definitum contra opinionem vulgatiſſimam Theologorum Proteſtantium, atque Calviniſtarum (r). Docent quidem ſacri *Codices*; e. c. *Eccli.* 5. 5. *Eccleſ.* 9. 1. *Prov.* 20. 9. & 1. *Cor.* 4. 4 *Philip.* 2. 12. Tum *PP.* e. c. *Baſil.* (s) *Hieron.* (t) *Aug.* (u) *Bernard.* (x).

444 Et ratio quidem manifeſte ſuffragatur. Quid enim adeo certum eſt, ut falſo nullatenus ſubeſſe poſſit, niſi quod ex verbo Dei revelato aperte conſtat? Licet autem exinde palam ſit, cuicumque recte diſpoſito culpam infuſa, animoque inhaerente gratia condonare Deum; undenam vero, ſeorſim a revelatione, exploratiſſimum tibi eſt, in nullo tuam defeciſſe diſpoſitionem, cui propterea infuſio gratiae & culpae remiſſio infallibiliter ſubceſſerit? Supereſt itaque prudens timor, anne nihilominus Dei amore vel odio dignus ſis. Heinc

445 II. Nequit eſſe certus certitudine theologica, quae nempe exigit praemiſſam unam revelatam & alteram ſaltem moraliter evidentem, ita ſcilicet excludentem quamlibet de oppoſito formidinem, ut ei falſum ſubeſſe nequeat. Eadem quippe heic militat ratio. (y) III. Certus eſſe poteſt certitudine quadam morali (practicam dicunt) qua juſti prudenti judicio vulgo exiſtimant, nihilo interius conſcientia remordente, ſe gratia ornatos eſſe ut digne accedant ad Sacramenta. Alioqui ſiquidem haec, uti ſaepe tenentur, non frequentarent (z).

IV. Cer-

(p) Conf. cit. *Suar.* c. 8. & cit. *Muniеſ.* d. 22. n. 9. ſqq. Et recole *ſuperius* diſputata de gratia auxiliante per ſe ſe moraliter efficaci ad p. 225. n. 303. ſq.

(q) Seſſ. 6. cap. 9. can. 13. & 14.

(r) Hos quidem excuſare contendit *Ludov. Le Blanc* nobis alias merito laudatus & commendatus ad Tom. IV. p. 350. in Adnot., in ſuis theſib. ubi de juſtificat. *Arnaldus* vero in comment. contra juſtificationem Calviniſticam ad l. 10. c. 5. permultis e primipilis ſectae teſtimoniis nullam Le Blanchii excuſationem demonſtraſſe videtur.

(s) In conſtit. monaſt. c. 2.

(t) Dial. 2. contra Pelagian.

(u) De perfect. juſtif. cap. 5. & in Pſal. 41.

(x) Ser. de converſat. ad clericos c. 6.

(y) Adſtipulatur vulgatiſſima Doctorum ſententia cum cit. *Suar.* l. 9. c. 11. & *Paullo a Concept.* tr. 13. d. 2. n. 105.

(z) Adeundus *Suar.* proxime cit.

446 IV. Certitudinem moralem, hac longe firmiorem adſequi poſſunt ſanctiores homines, qui Domino perfectiſſime famulantur, & cum eo perquam familiariter verſari conſueverunt. Quia enim ubi exſtant effectus moraliter certi juſtitiae, conſequens eſt ut ibi abſque ulla formidine & anxietate prudenti certum ſit eſſe juſtitiam. Hujuſce vero juſtitiae effectus procul dubio ſunt abſtinentia a crimine, ardens Deo placendi deſiderium, bona opera, caritatis prae primis & poenitentiae (*a*).

OBJECTIONES.

447 Obj. *primo* contra 1 Adſ. Hoc pugnat cum ſacris paginis. Nam 1.° ex Rom. 8. 16. *ipſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filii Dei*. 2.° Ex 1. Cor. 2. *nos non ſpiritum hujus mundi adcepimus, ſed Spiritum, qui ex Deo eſt, ut ſciamus quae a Deo donata ſunt nobis*. 3.° ex 2. Cor. 1. *gloriatio noſtra haec eſt, teſtimonium conſcientiae noſtrae, quod in gratia Dei converſati ſumus*. 4.° ex 2. Cor. 13. *an non cognoſcitis vos met ipſos, quia Chriſtus Jeſus in vobis eſt, niſi forte reprobi eſtis?* 5.° ex 1. Joan. 3. 5. *qui ſervat mandata ejus in illo manet & ipſe in eo, & in hoc ſcimus, quoniam manet in nobis de Spiritu, quem dedit nobis*. Et c. 5. 19. *ſcimus quoniam ex Deo ſumus*. At haec & plura iis conſimilia aperte probant, poſſe juſtum certo infallibiliter credere, ſe gratia ornatum eſſe.

448 R. *N. Adſ.* Adducti textus percommode exponi poſſunt de certitudine duntaxat morali, quam certis hominum claſſibus nuper adſerebamus, ne ex iis, aliiſque pro Adſerto productis admittere cogaris, ſibi non conſtare ſacras Paginas. Ad 1. prob. teſtimonium hoc plerumque ſitum eſt in eo quod vulgo dicitur *bonae conſcientiae teſtimonium*, quum nempe juſti, nullo agitati remorſu interiore, tranquille ac ſuaviter in via Domini procedunt. Ad 2: per idem bonae conſcientiae teſtimonium, permanentem in nobis prudenter putamus poſſidere gratiam, qua donati a Deo ſumus. Ad 3: idem dicito. Ad 4. & 5: eodem plane recidunt quae Paullus & Joannes differunt. Nec ſane puto ipſis adfingere poſſis, dixiſſe uſpiam, quod poſſit juſtus citra revelationem cognoſcere infallibiliter, ſe per gratiam ex Deo eſſe, ac Chriſtum & Spiritum Dei ſibi ſocios retinere.

449 Obj. *ſecundo*. Pugnat cum nonnullis Patribus. Nam 1.° ex Chryſoſt. (*b*) *quum Spiritus ſanctus teſtatur, quae tandem eſt ambiguitas?* 2.° ex Bernar. (*c*) *hoc eſt teſtimonium, quod perhibet Spiritus ſanctus, dicens, dimiſſa ſunt tibi peccata*. R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: apud Chryſoſt. nulla debet eſſe credendi ambiguitas quum certum infallibiliter eſt teſtimonium Spiritus ſancti; quod iſtud vero ita certum ſit, ſeorſim a revelatione ſuperna, ne vel innuit quidem. Ad 2: dic ſimiliter ad ſenſum Bernardi, de teſtimonio juſtis interius

(*a*) Conſulendus cit. *Suar.* qui ex Scripturis & Patrum traditione Adſertum, more ſuo, perdocte & piiſſime illuſtrat.

(*b*) Hom. 13. in ep. ad Rom. 8. 16.

(*c*) Serm. 1. de Adnunt.

rius propoſito ab Spiritu ſancto, interventu ſuavium aliquot cognitionum mentis & cordis adfectionum, citra expreſſam revelationem.

450 Obj. *tertio*. Pugnat cum ratione. Nam 1.° poteſt homo certo cognoſcere ſe peccato foedatum eſſe; ergo & eſſe gratia inſignitum. 2.° non minus fides & ſcientia ſunt Dei dona, quam ſit gratia; illa vero certo cognoſcuntur: ergo & gratia. 3.° hoc Adſertum perpetuo anxios, trepidoſque reddit homines juſtos, abnuente paullino effato Rom. 5. 1. *juſtificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum*.

451 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *C. A.* quia poteſt homo per intimam mentis conſcientiam cognoſcere factum, quod ipſe ſua voluntate peperit. Et *N. Con.* quia nequit cognoſcere, quod re ipſa habuerit diſpoſitiones ſupernas, quibus Deus gratiae infuſionem illigatam voluit. Ad 2. *D. Mi.* cognoſcuntur certitudine fidei citra revelationem, *N.* alia certitudine morali, experientia duce, *C. Mi.* & *Con.* ſub hoc ſenſu. Nec enim aliter interni doni ſuperni exiſtentia certa percipi poteſt. Ad 3. *D. A.* ſancte ac tranquille trepidos reddit juſtos, *C.* ita vero eos metuere jubent ſacri Codices mox laudati ex *Eccli.* 5. 5. *Philip.* 2. 12. &c. quibus adde ex *Prov.* 27. 14. ubi legitur, *beatus homo, qui ſemper eſt pavidus*: ſecus *N.* Nec contra urgent adlata verba; quibus nempe fideles hortatur Paullus, ut pacem conſervent cum Domino, perpetuo ejus gratiam animis confoventes. Latius hanc in rem Polemici (*d*).

452 Quid vero, ad extremum inquies, de CONCORDIA FIDEI, ET RATIONIS, qua nos abſque ulla ferme intercapedine ſancta dogmata illuſtrare ſatagimus, comparate ad gratiam ſanctificantem? Profecto nos ibi perpetuo hujuſmodi Concordiam omnino praeterimus, ubi pro ea ſtatuenda documentum opportunum ſuppetit nullum. Quid enim vim inferamus naturis rerum, ubi praeſertim ſacroſancta dogmatis veritas ſplendore ſuo ſe prodit, nec ullo indiget adminiculo, ut triumphet de falſo?

453 Jam quod gratiam ſpectat, ſi eam conſideres ceu donum ſupernum animo inhaerens, eumque mire deificans, eam nullo documento, quod ſciam, quantumvis ſubobſcuro & aenigmatico pagana antiquitas adumbravit: nimirum plane ſenſibus, mentiſque naturae impervium hoc donum eſt. Quatenus vero eſt, nobiſque creditur peccatorum ablutio atque remiſſio, videri poteſt haud paucis delineata umbris, a moribus ritibuſque Gentilium petitis.

454 Videlicet perſuaſum ipſis vulgo erat, frequentiſſimis quibuſdam lotionibus peccatorum maculas abſtergi, penituſque evaneſcere. Nec alio, reor, ſenſu eas commemorarunt lotiones, quas nonnulli *purificatorias* dixerunt, *Homerus*, *Perſius*, *Euripides*, *Virgi-*

(*d*) Cum *Bellarm.* & *VValenſur.* ubi de juſtificat.

gilius, *Ovidius*; *Apulejus*, *Seneca*, cum alio Vate *Anonymo* (*e*). Ipſis deinde profanis gentibus in uſu, rituque fuerunt Vota, Supplicationes, Sacrificia, e. c. Taurobolium & alia propemodum innumera *expiatoria* dicta; quorum nempe interventu pro certo habebant ſuos placari deos, & ad veniam commiſſorum populi criminum pene compelli. Horum quidem exempla occurrunt paſſim apud Saxa literata, aliaque monimenta profana. At haec tamen alias explicanda latius, huc loci pro exoptata CONCORDIA innuiſſe ſufficiat.

455 Commentati hucuſque ſumus qua dogmatice, qua biblice, qua ſcholaſtice, qua polemice praeclara gratiae ſanctificantis adtributa, pluraque ex iis conſectaria. Venio jam ad ſacra vetuſtatis documenta, quibus illa egregie illuſtrantur.

(*e*) Recole *ſuperius* dicta ad p. 254. in Adnot. ſub init. ubi de hiſce lotionibus verba fecimus, adnotatis horum, quos rurſum producimus, Scriptorum profanorum dictis.

CLASSIS VII.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Gratia Sanctificante.
E RE MARTYROLOGICA.

1 *Gratias ago tibi, Domine Jeſu Chriſte, quia non me dereliquiſti, ſed connumeraſti cum ſanctis tuis* (*) *Obſecro te, Domine Jeſu Chriſte, ſuſcipe in pace animam meam, & ne patiaris a tua* gratia *ſeparari.*

(*) Quoniam ab Angelo mox revelationem adceperat ei dicente, *ecce nomen tuum in libro Vitae coeleſtis adſumtum eſt.*

S. MARCUS Evangeliſta M. Chriſtum deprecans, quum carceri propter praedicationem Chriſti mancipatus, ab Angelo divina revelatione communitus, ſe morti a gentilibus infligendae proximum praevidet, Alexandriae an. circ. 68. (ex *Act.* ejuſdem Apoſtolatus Alexandrini & Martyrii, quae e 12. mſſ. codd. graecis & latinis digeſta dant Bolland. ad d. 25. Apr. Evangeliſtae ſacrum, p. 348. n. 8.)

Plane obvius hujuſce Adloquutionis ſenſus in gratiam ſanctificantem, qua Sanctus ornatiſſimus erat, tendit; haec enim ſuapte natura perpetuum in animo habitaculum ducit; nec ab ea ſeparari Marcus poterat, niſi culpae lethalis interventu, a quo propterea in tormentis tutari Dominum virtute deprecatur.

2 *Triduo autem expleto, in nomine ſanctae Trinitatis, Patris videlicet & Filii & Spiritus ſancti percipietis ſacrum baptiſma, per quod ab omni-*

omnibus peccatorum contagiis abluti ſpiritali generatione, *quae per ipſum baptiſma agitur*, filii Dei efficiemini.

S. MAXIMUS Presb. Oſtienſis, M. adloquens XVII. cuſtodes carceris, quo S. Cenſurinus detinebatur, qui viſo miraculo in catenis Sancti ſponte ſua effractis, reſipientes, Chriſti fidem optabant profiteri, apud Oſtiam in Italia, ſub perſequutione Galli Imp. an. 252. (ex *Act* SS. Cenſurini & Socc. ap. Bolland. n. 11. ad d. 5. Sept. ei ſacrum, p. 522.)

Heic obiter adnotatum velim, in laudatis Actis e codice mſ. Reginae Sueciae exſcriptis, c. 1. n. 1. ad p. 520. haec narrari de Gallo Imp. *tanto quippe in Chriſtianos furore exarſit, ut propoſito Edicto penitus de terra nomen eorum deleri juberet: cujus perſequutionis immanitas plurimos Romae Chriſto Domino Martyres procuravit*. Haec autem adprime conſona iis ſunt, quae de Edictis & ſaeviſſima Romae perſequutione Galli *ſupra* tradidimus ex epiſtola Cornelii P. ad p. 16.

3 *Tunc Proconſul juſſit eum in equuleo ſuſpendi. Quumque torqueretur, dicebat ad eum, jam reſipiſce miſer ab inſipientia tua, & ſacrifica ut animam lucreris. Maximus reſpondit, animam meam lucrabor, ſi non ſacrificavero; quod ſi Sacrificavero, perdo eam. Mihi enim nec fuſtes, nec ungulae, nec ignis ſentiendi dant dolorem, quia in me* manet gratia Chriſti, *quae me ſalvum faciet in aeternum...*

S. MAXIMUS M. alias ſaepe laudatus, in equuleo ſuſpenſus ad Optimum Proconſulem verba faciens, uti *ſupra* in Adp. p. XXXVIII.

Vides heic, nullo docente, traditionem veterem de permanentia gratiae ſanctificantis, quae juſtos aeternum beat, a Sancto explicatius, & pulcerrime quidem expoſitam.

4 *Tunc Praefectus converſus ad Juſtinum dixit, audi tu, qui eloquens eſſe diceris, & putas te veram diſciplinam tenere: ſi a capite per totum corpus flagellis caeſus fueris, perſuaſum ne habes fore ut in coelum adſcendas? Cui Juſtinus, ſpero, inquit, me habiturum quod habent qui Chriſti dogmata ſervaverunt, ſi haec ipſa, quae dicis,*

perpeſſus fuero. Scio enim omnibus qui ſic vixerint (*) divinam gratiam conſervari *quoad totus mundus conſerveiur.*

(*) Videlicet qui Chriſti dogmata ſervaverint.

S. JUSTINUS M. Ruſticum Praefectum adloquens, uti *ſupra* in Adp. p. XLII.

Rurſum vetus & unice verum de gratia ſanctificante ſyſtema brevi oratione exponit Sanctus. Ii nimirum duntaxat, qui ſervant Chriſti dogmata, utpote quavis noxa lethali, gratiae inimica, immunes, divina praediti gratia reſplendent, haecque perpetuo in eis permanet, dummodo in ipſis perduret Chriſti dogmatum obſervatio; quin immo, ſi haec duo permaneant, certo ſciunt homines juſti ſe corona coeleſti beandos fore. Haec porro diſcimus ex laudatis Juſtini Adloquutionibus; quibus porro Doctor & Martyr dogmaticus aperte ſtatuit gratiae inhaeſionem, ſeu permanentiam in juſto, quam hoc documento, aliiſque ſimilibus ſubſulti certa fide tenendam definierunt Tridentini Patres; tum coeleſte donum perſeverantiae in gratia, de quo nos cum Theologis diſputavimus.

5 *Nec propter momentaneam, quam irrogare mihi poenam conaris*, alienus a Chriſti gratia, *vel communicatione Sanctorum efficiar.*

S. ALEXANDER Miles Thebanus M. Maximianum adloquens, uti *ſupra* p. 245.

6 *Et converſus iniquiſſimus Judex* (*) *interim dixit ei, dic mihi per Deum, quem colis, ſi eſt tibi acqueſtus* (**) *auri & argenti dum ita praedicas? S. Andeolus reſpondit: divitiae noſtrae non in auro atque argento, ſed in* Chriſti gratia, *aut ejus regno conſiſtunt.*

(*) Severus Caeſar.
(**) alias *adquiſitio*.

S. ANDEOLUS M. (ex *Act.* Sancti n. 10. ap. Bolland. ad d. 1. Mai. p. 37. Recole Claſſem proximam p. 244. ubi de S. Andeolo.)

Hic erat veterum Chriſtianorum ſenſus de pretio ſummo ſanctificantis gratiae, quam utique Sanctus cum eodem Chriſti regno indubitanter comparat; & merito quidem, ab ipſa quippe gratia tanti poſſeſſio regni tota pendet; immo & ab hujus magnitudine beatitatis coeleſtis in eo regno gradus menſuram adcipiunt.

Cui

7 *Cui Praeſes : num ſolus forte non audiviſti mandata Imperatoris, jubentis ut quiſquis non immolaverit diis male pereat ? Timotheus inquit :* Spiritus Jeſu Chriſti in me habitat, *& ideo non ſacrifico.*

S. Timotheus Lector M. reſpondens Ariano Praeſidi eum ſollicitanti ut mandato Imperatoris obediens, diis ſacrificaret, in Thebaide an. circ. 286. (ex *Act.* Sancti & Maurae uxoris, quae Bolland. e cod. graeco Palatino produnt ad d. 3. Mai. utrique ſacrum, p. 376. n. 1.)

Anne vero Spiritus ille divinus in Timotheo habitans, vel eidem inhaerens, ad ſenſum Martyris gratia ſanctificans fuit, quae animum Juſti coelitus poſſidet, aut potius Spiritus idem Sanctus, a Patre, Filioque procedens, quem una cum gratia re juſto donari mox diximus ? Unum & alterum intellexiſſe Sanctum, quamobrem ſibi ſummum nefas putaret immolare diis, Sanctum inquam doctrinis Eccleſiae probe imbutum, veri quidem ſimillimum mihi eſt.

Porro Daniel Papebrochius, vir ſummus, Actorum, quae mox adlegavimus, nobilis Interpres, in commentario praevio ad n. 3. fatetur ea maximi facere, quoniam *ſimpliciter ſcripta ſunt, ad eum fere modum, quo ex Proconſularibus Actis habemus quaedam, & maximi facimus.*

Nimirum obtinebant in ſeculis remotiſſimis Acta quaedam Martyrum, quae quum de illis coram Judicibus quaeſtio inſtitueretur, ab exceptoribus publicis Notariis excepta, inferebantur in Acta publica, & una cum aliis monumentis publicis adſervabantur. Et haec quidem Acta publica vulgo *Proconſularia* audiunt, quoniam hoc nomine ſaepe nuncupata reperimus. Id plane genus, praeter alia, Eruditis viris habentur Acta Martyrum Carthaginenſium, quos Scillitanos vocant, ut puta SS. Sperati, Narzalis & Socc., & Acta SS. Tharaci, Probi, Andronici; e quibus & nos ſaepe ſaepius, ubi de re Martyrologica ſermonem inſtituimus, Adloquutiones dogmaticas avide depromimus.

Quo autem pacto haec Paganorum cura, & ſtudio conſcripta Acta in manus Chriſtianornm devenerint, ſatis oſtendunt Baron. in praefat. ad Martyr. Rom. ejuſdem notis illuſtratum, c. 1. & alias, Bolland. in praefat. gener. ſuis Sanctorum Actis praemiſſa, §. 2. Ruinart. in praefat. ad Acta MM. ſincera & ſelecta, §. 1. Horum autem poſtremus eam in rem ita differit. „ In primis ea nonnun„ quam ab ipſis met notariis publicis quantovis pecuniarum pretio „ extorquebant. Nonnulli etiam quum Martyrum quaeſtiones ha„ berentur, ſe ſe cum ſpectantibus gentilibus intermiſcebant, ſicque „ ea, quae tum a praeſidibus, tum ab ipſis Martyribus dicta, fa„ cta ve fuerant, diligentiſſime adnotantes, ex iis, quae coram po„ ſiti

„ ſiti viderant aut audierant, poſtea Acta concinnabant, quae ab „ Epiſcopis aut aliis, quibus haec cura demandata fuerat, recogni„ ta & adprobata, demum omnium fidelium manibus terebantur „. Ubi animadvertis, opinor, haec ſecundi generis Acta ſine dubio eſſe, dici atque exiſtimari poſſe ſaltem virtute Proconſularia, ſive iis aequivalentia.

Acta itaque Proconſularia omnino pura atque ſincera vulgo reputantur, utpote abſque ullo aliquo fuco, ſive additamento ab iis, quae excepta fuerant a notariis, exſcripta. Heinc ea videris breviore ut plurimum ſtilo conſtricta; ſimpliciter concinnata; colloquiis quidem referta, neglectis tamen prolixioribus; narrantia veri plerumque valde ſimilia; cum hiſtoria & chronologia temporum, rerumque, quas data occaſione commemorant, adprime conſentanea; legentium animos ad pietatem, ſtudium verae religionis, piamque erga Martyres loquentes & patientes adfectionem ſummopere excitantia. Ea propter Baronio, cui Scriptorum id genus pretium notiſſimum erat, Scillitanorum Acta Martyrum *quovis theſauro cariora* fuerunt, uti teſtatur idem in notis ad d. 18. Jul. litera *b*.

Ergo Actis id genus praelaudatis conſimilia voluit diſertiſſimus Papebrochius Acta SS. Martyrum Timothei & Maurae conjugum. Et jure quidem optimo: quod quidem perſpicuum fiet cuicumque ea obſervanti, & conferenti cum iis, quae de notione ac dotibus Actorum Proconſularium delibavimus. Nobis quippe eam ſimilitudinem in praeſentiarum proponendi & vindicandi otium non eſt. Satis eſto nobis, iis unum indicaſſe ex praecipuis capitibus, pro addiſcenda diſciplina rei martyrologicae magnopere opportunum.

Ex praeclaris eiſdem Actis palam ediſcimus ſacrum Lectoratus ut vocant, ordinem jam tum in Eccleſia obtinuiſſe. Sic enim habent n. 1. ſub init. *Ariano Praeſidi adductus eſt vir, nomine Timotheus, Lector ex vico Perapeorum. Dixit autem ei Praeſes, quis es tu & cujus dignitatis? Reſpondit Timotheus, Chriſtianus ſum, Lector ordinatus*. Praefulgebat itaque Sanctus dignitate Lectoris, qua utique rite ordinatus erat & vulgo habebatur. Sed de iis fuſius *infra*, Deo Auſpice, ad Tom. VIII. ubi de Ordine ſacro.

Obſervatum denique velim, Arianum hunc, Praeſidem in Thebaide a Diocletiano conſtitutum, & in Chriſtianos ferociſſimum omnium perſequutorem, agnita denique ſacroſancta fidei Chriſti veritate, pro eadem illuſtre ſubiiſſe martyrium ap. Antinoum Aegypti urbem an. circ. eodem 286. quo par nobile conjugum Timotheum & Mauram palmam reportaſſe diximus. De eo plura Bolland. ad d. 8. Mart. eidem, Sociiſque ſacrum.

8 *Paternus dixit, & quomodo poſſumus baptizari qui ſanguinem multorum Chriſtianorum effudimus? Zenon dixit, omnia peccata in baptiſ-*

mo

mo delentur. Nam ut ſcias hoc ita eſſe, ipſa fides, quae a Sacerdotibus praedicatur, docet remiſſionem peccatorum *& carnis reſurrectionem & vitam aeternam.*

S. ZENON M. inſtituens Paternum Tribunum in cauſſa ſua Judicem, de converſione ad fidem Chriſti cogitantem, Nicomediae ſub Juliano Auguſto (ex *Act.* Sancti una cum Paterno, filiis, pluribuſque Sociis, quae Bolland. e cod. mſ. eccleſiae Atinenſis cum aliis collato in vulgus emiſerunt ad d. 2. Sept. Sancto ſacrum, p. 364. n. 12.)

Profecto qui peccatorum remiſſionem dicit, gratiam juſtificantem, ſeu peccata remittentem explicate nominat, aut ſaltem potiſſimum ejus effectum, qui ſummam Dei erga miſeros peccatores miſericordiam quam eximie demonſtrat. Mirandam hanc gratiae indolem ſaepe numero ingeminant in Actis Sancti Martyres.

E R E L I T U R G I C A.

9 *Oremus & pro Catechumenis noſtris .... ut per lavacrum regenerationis, accepta remiſſione omnium peccatorum, digni inveniantur in Chriſto Jeſu Domino noſtro .... Deus ... auge fidem & intellectum Catechumenis noſtris, ut renati fonte Baptiſmatis, adoptionis tuae filiis aggregentur Per.*

E SACRAMENT. GELASIANO L. 1. IN ORDINE DE FERIA VI. IN PARASCEVE SEU PASSIONE DOMINI, ORAT. PRO CATECHUMENIS (ap. laud. *Murat.* de Litur. rom. t. 1. col. 561.)

En tibi diſertiſſime expreſſa & cantu publico pervulgata in ſollemni, longeque peculiari officio in Paraſceve, praecipua gratiae ſanctificantis effecta, nempe remiſſionem omnium peccatorum, qua donatur animus, quem ſubintrat, & adoptionem ſeu filietatem adoptatitiam Dei, qua per eam animus inſignitur, fitque ſubinde divinae conſors naturae. Haec quidem effecta, plane mirabilia ac pene divina, una cum gratia, indivulſa eorum effectrice, precatur Deum Eccleſia pro Catechumenis, qui ex antiqua diſciplina ad lavacrum regenerationis aut Baptiſmatis ſollemnis poſtridie adcedere jubebantur in pervigilo ſancti Paſchatis.

Jam vero duo heic nobis praecipuae notae occurrunt ritus, ſacri videlicet officii in Paraſceve, & ſtatuti Catechumenatus; de quibus ſaltem paucis heic diſſeramus, res ipſa jubet. Et ut a primo exordiamur: ſacratiſſima fuit in utraque eccleſia a tempore Apoſtolorum dies illa, in honorem paſſionis & mortis Domini; quae

in

in ea potiſſime recolitur, adeo ut ipſa dicatur antonomaſtice apud Codices Liturgicos *Paſſio Domini*, & apud Chronicon *Proſperi* ad an. 444. *dies Paſſionis*. Eam primaevi fideles peculiaribus ſancti moeroris precibus, jejuniis, vigiliis celebrarunt. *Baillet.* de feſt. t. 4. §. XVI. col. 237. ejus inſtitutionem ad Apoſtolos revocat, adducto S. Auguſtino epiſt. 118. vet. edit. ad Januar. Verum S. Doctor haud ita decretorie loquitur: ipſum audi „ illa autem, quae non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quae quidem toto terrarum orbe obſervantur, dantur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis Conciliis, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas, commendata atque ſtatuta retineri; ſicuti quod Domini paſſio & reſurrectio & adſcenſio in coelum, & adventus de coelo Spiritus ſancti anniverſaria ſollemnitate celebrantur, & ſi quid aliud tale occurrerit, quod ſervatur ab univerſa, quacumque ſe diffundit, eccleſia.„ En tibi ex Auguſtini ſententia, feſtum paſſionis, aut in Paraſceve, inſtitutum eſſe, non ſimpliciter ab Apoſtolis, ſed vel ab Apoſtolis, vel a plenario quopiam Concilio.

Praecitatis a *Bailleto* haec idem proxime praemiſerat; quod nempe ex opinione univerſae Eccleſiae inſtituerint Apoſtoli feſta myſteriorum, quae ſuis iidem oculis fortunata ſorte conſpexerant; e quorum plane numero ſunt, quae mox enarraſſe vidimus Auguſtinum. Ergo ne inſtituerint quoque Apoſtoli feſta de baptiſmate Chriſti, de ſuſcitatione trium defunctorum, de miraculo in Cana Galileae, de confectione Ss. Euchariſtiae, de reliquis demum geſtis Domini, quae ob ſuos oculos habuerunt Apoſtoli, quaeque ſingulis ordine Dominicis concelebrat Eccleſia per anni circulum? Anne Bailletus loquitur duntaxat aut praecipue de illis clarioribus ſollemnitatibus, quas nuper innuit Auguſtinus? Non abnuo: optarem tamen, ſuum effatum aut canonem, quem non amplectitur ſimpliciter Hipponenſis Antiſtes, ille ulteriori documento confirmaret: alioqui non unquam non ſupereſt dubium, an Apoſtoli, an plenarium aliquod concilium, feſtum paſſionis, uti & cetera ſollemniora, quae innuimus, inſtituerint.

Quod inſuper eccleſiaſticum feſti hujus officium ſpectat, hoc eodem ferme ordine, quo noſtris temporibus peragitur, concinnatum eſt in codice hoc Gelaſiano, itidemque in Gregoriano, quin ibi deificant orationes, quas elata voce recitat hodieque Sacerdos, & illa ſigillatim adducta pro Catechumenis. Heae quidem preces, uti tantiſper colligi videtur ex altera epiſtola *Goeleſtini* P. ad Epiſc. Galliae c. 8. ap. *Sirmond.* de CC. antiq. Galliae t. 1. p. 63., clariſſime vero, quod Catechumenos ſpectat, ex *Pſeudo-Clem.* conſt. l. 8. c. 6., pridem in univerſa eccleſia recitari publice conſueverant: quibus enim vero diebus, qua ſollemnitate, quo ordine, num omnes ſimul, aut adcommoda diſtributione ſub variis diebus? Haud facile noveris. Porro codex Gregorianus eaſdem preces etiam ad feriam IV. majoris hebdoma-

domadae recitandas profert, non item Gelaſianus; cujus fortaſſe Author primus omnium eas preces collegit, ordinemque officii qui hodieque (ſi pauca exceperis) unus idemque exſtat, praeſcripſit. Et haec, ni fallor, prima aetas noſtri officii & adlegatae orationis, quam ſigillatim commemoratam reperio ap. *Auguſt.* ep. 107. ad Vitalem, una cum oratione pro incredulis, & alia pro fidelibus, tanquam recitari ſolitis in Eccleſia. Quo tamen pacto, quove ordine ante Authorem Gelaſiani codicis ſanctum hac die officium celebraretur, lubentius diſcam, quam edoceam. Plura de ritibus feſti idem *Baillet.* & *Liturgiographi* cum *Thomaſſ.* de feſt. l. 2. c. 14. *Marten.* de antiq. diſcipl. in div. offic. cap. 23. *Benedict.* P. XIV. de feſt. l. 1. c. 7. a num. 140. Adnotandum deniqne, Miſſam praeſanctificatorum, hodiedum in hoc feſto uſitatam, & in codice Gelaſiano deſcriptam, antiquioris eſſe moris; quem nempe ſuo jam tempore ex traditione Eccleſiae obſervatum retulit *Innocentius* P. I. in epiſt. ad Decent. cap. 4. Ut autem quid ſimile de ceteris hujus officii ceremoniis adſeram, documentum mihi ſuppetit nullum.

Venio jam ad leviuſculam de Catechumenatu expoſitionem. Κατηχούμενοι Catechumeni ex ritu veteri certum conſtituebant gradum ſeu ordinem Candidatorum ſacri Baptiſmatis. Eos vocarunt latine *Auditores* antiquiſſimus *Tertullianus* l. de poenit. cap. 6. *Cyprianus* epiſt. 13. & 24. *Iſidor.* orig. l. 7. c. 14. quoniam eccleſiaſtica erudiebantur catecheſi ad rite ſuſcipiendum Baptiſma, quod ex animo depoſcebant: unde & a laud. *Tertull.* iidem *Novitioli* nuncupantur; ac *tirones Dei* ab *Auguſt.* de ſymb. fid. ad Catechum. l. 2. c. 1. nullus etenim niſi praemiſſo ejuſmodi tirocinio ad ſacrum fontem admittebatur; adeo ut ſi quis infans etiam tum baptizaretur, ſponderent ſuſceptores ſe illum olim catecheſi informaturos. Hi varias in claſſes, peculiaribus titulis, nominibus & officiis inſignitas, diſtribuebantur cum apud Graecos, tum apud Latinos; dictos enim eos reperies inter Graecos, *exſorcizatos*, *adjuratos*, *albo inſcriptos*, *catechizatos*, *initiatos* (Lege *C. CP.* I. can. 7. & *C. Trullan.* can. 95.) tum inter Latinos, *audientes*, *ſubſtratos*, *illuminandos*, *competentes*, *electos* (Lege *Aug.* ſerm. 116. de tempore, *Ambroſ.* epiſt. 33. *Iſidor.* de eccl. offic. l. 2. c. 21.); deductis videlicet iis nomenclaturis ab officiis aut muneribus, quibus unuſquiſque inter eas claſſes ſubcedentibus vicibus fungeretur (Adeundi *Euſeb.* demonſtr. ev. l. 7. c. 3. *C. Illiberitan.* can. 39. *Pſeudo-Clem.* l. 7. conſt. c. 39. & alias, cum notis *cotelerianis*, *Jeſſe* Ambianens. Epiſc. Scriptor IX. Seculi, in epiſt. catechiſtica ap. Bibl. PP. Lugd. t. 14. a p. 67.)

Porro Catechumenis tanquam membris ab Eccleſia Chriſti adhuc alienis, intercludebatur aditus ad penitiora religionis Myſteria: & heinc apud Authores celeberrima de *diſciplina arcani* pertractatio, quam plane indicant *Tertull.* apolog. c. 7. *Cyril.* Al. l. 7. cont. Julian. *Ambroſ.* l. de initiandis, *Baſil.* de Spir. S. ad Amphil. c. 27.

Chryſoſt. hom. 72. in Matth. & alibi, *Auguſt.* in Pſal. 33. & 39. & 109. *Orthodoxus* ap. Theodoret. dial. 1. & 2. (In hanc rem plura Cardin. *Bona* rer. liturg. l. 1. c. 16. cum notis *Roberti Sala*, tum *Scheſſtrat.* in comment. peculiari, *Pagius*, *Mendoza*, *Gerbert*, quos ſupra laudavimus in Tom. I. p. 320. quidquid contra hanc diſciplinam ejuſque nomenclaturam tanquam a Romanenſibus primum confictam declament Proteſtantes *Albertinus*, *Dallaeus*, *Baſnagius* ap. & cum *Binghamo* de origin. eccleſ. l. 8. c. 8. volum. 3. a p. 300. & l. 10. c. 5. vol. 4. a p. 120.) Ipſi itaque e Miſſa, habito poſt Evangelium ſermone, mittebantur, juſſi e foribus templi egredi voce Diaconi aut Subdiaconi vel etiam Oſtiarii, ſecundum varios eccleſiarum mores: haec quidem Miſſae pars dicebatur Miſſa Catechumenorum; verum & ab iſta *miſſione* nomen *Miſſa* toti demum ſimpliciter auguſtiſſimo Sacrificio inditum eſſe, contendunt vulgo recentiores ap. & cum cit. *Bona* l. 1. c. 1. §. 6. adſentiente ejus illuſtratore *Sala*. Quin etiam apud Graecos in aliis veſpertinis officiis ab eccleſia arcebantur Catechumeni, ut videre eſt ap. *Goarium* in notis, ſeu in variis lectionibus orationum Lucernarii pag. 45. ſub med. Cetera bene multa Catechumenos ſpectantia nobis alias, ſi Superi faveant, exponenda ſuperſunt. Confer interea unum pro multis *Cangium* in gloſſ. lat. art. *Catechizare* & *Catechumenus* & *Miſſa*.

10 *Deus qui renatis fonte baptiſmatis delictorum indulgentiam tribuiſti: praeſta miſericors ut recolentibus hujus nativitatis inſignia plenam adoptionis gratiam largiaris. Per.*

Ex eodem Codice in orat. et preg. de Pascha annotina num. liv. (ap. laud. *Thomaſ.* t. 6. p. 83. col. 1.)

Habes iterum remiſſionem peccatorum, donumque adoptionis; quibus nempe juſtificans gratia medio baptiſmate, renatos ex aqua & Spiritu coelitus exornat. Ubi adnotes, velim, ſublimia ea encomia, quibus Patres cum *Nazianz.* orat. 40. ſanctum baptiſma efferunt, totidem eſſe gratiae juſtificantis praeconia; quippe cui baptiſmi latices dona omnia, quibus renatum adficere praedicantur, adcepta referunt: id quod relate ad cetera Sacramenta haud diſpari jure ſubinferas.

Paſcha hoc annotinum idem valet ac anniverſarium. Nempe olim in eccleſia Romana qui in priori Paſchate baptiſmum ſuſceperant, inſequenti anno ad eccleſiam conveniebant, ſuaeque regenerationis anniverſarium diem cum oblationibus ad hanc Miſſam ſollemniter celebrabant. Habetur hoc feſtum *in Paſcha annotina* apud veteriſſimum Kalendarium Vaticanum editum ab *Allatio* de conſ. eccl. col. 1489. poſt diem XIX. Kal. Maii, in Antiphonario & Reſponſali *Gregoriano*, ac in codice *Ratoldi*; tum in Kalend. *Frontoniano*

poſt

poſt diem XIV. Aprilis, ac in libro Comitis edito a *Baluz.* in append. poſt notas ad capit. col. 1327., poſt Dominicam II. *poſt Octabas Paſchae*. De eo pertractant *Liturgici* cum *Microl.* c. 56. *Beletho* c. 137. *Macro* art. *annotinum Paſcha*, *Menard.* in Gregor. *Marten.* de antiq. diſcipl. c. 26. n. 6. ſq. *Durand.* l. 7. c. 1. n. 37. 38. *Honor. Auguſtod.* l. 3. c. 137. *Cang.* in gloſſar. art. *Paſcha annotinum*, *Baillet.* de feſt. t. 4. col. 64. *Vezzoſ.* & *Joſ. Aloyſ. Aſſemau.* in hanc Miſſam codicis Gelaſiani.

Valde tamen diſſentiunt in adſignando proprio anniverſariae huic ſollemnitati die; alii quippe reponunt cum laud. *Microl.* diem, qui reſpondet diei anni praeteriti, completque annum integrum a die ſuſcepti olim baptiſmatis; alii vero cum cit. *Menard.* adſignant Dominicam, aut diem alium proxime poſt praecipuum Paſchatis ejuſque Octavae feſtum, vel ſabbatum, quod excipit Dominica dicta *in Albis*. Ego tamen has opiniones nihil moror, ac illico tenendum reor, hunc diem ſollemnem pro varietate diſciplinae, quae obtinuit apud latinas eccleſias, varie quoque celebratum fuiſſe, ſcilicet alicubi ſtato fixoque die, complente annum a ſuſcepto baptiſmate, & alibi die mobili, aut fixo etiam intra tempus, quod Paſchale dicunt; pro iis enim exempla ſuppetunt apud laudatos Authores, praeſertim *Marten.* & *Cangium* cum novis additionibus PP. Benedictinorum, quibus adde *Thomam de Lentino* in vita mſ. S. Petri Martyris n. 38. ap. *Bolland.* ad d. 29. April. p. 698. col. 2. ſub init.

Anne vero Paſcha hoc annotinum etiam apud Graecos obtinuit? Si conſentias *Benedictinis* PP. mox laudatis, ad col. 211. §. *Ad.* adfirmabis, quoniam ad illud reſpexerunt *Greg. Nazianz.* orat. 40. ſub init. & *Joannes* Archiep. Nicaenus, ſcriptor Seculi VII., in orat. de Chr. nativ. p. 308. Mihi vero utrumque Authorem ſedulo perlegenti, illum ſcilicet in editione Billiana; iſtumque ap. Bibl. vet. PP. Lugd. t. 12., valde dubia ſunt adlegata utriuſque in hanc rem teſtimonia, nec unum aliud pro graeco, de quo quaerimus, ritu, hucuſque illuxit. Plura, nec ſpernenda quidem, de latino Paſchate annotino cit. *Baillet.*

II *Deus, qui renatis ex aqua & Spiritu ſancto coeleſtis regni pandis introitum, auge ſuper famulos tuos gratiam, quam dediſti: ut qui ab omnibus ſunt purgati peccatis, nullis priventur promiſſis. Per.*

E LIB. SACRAMENT. S. GREGORII IN ALIA ORATIONE, QUAE EST INTER ORATIONES PASCHALES (ap. t. 3. ejus operum *edit. Maurinae* col. 83.)

Perſpicue heic diſcimus tanquam priſcis receptum Patribus, dogma de augmento gratiae ſanctificantis; quod nempe ad eum modum exponere juvat, quo per additionem graduum intendi dicitur & augeri lux, calor, albedo &c.

Et vero dubium valde, reponit quiſpiam, adducimus pro traditione Dogmatis teſtimonium. In primis enim haud parum ambigitur inter Eruditos viros, an codex iſte ſit legitimus Gregorii foetus; ac deinde licet haud leviter ſuſpicari, num ſigillatim adducta oratio, una cum reliquis eidem titulo ſubjectis, ſit pariter, uti alia plura, in codicem aliena manu intruſa; eo potiſſime, quod in pervetuſto Vaticano Sacramentario Gregoriano, quod vulgavit *Muratorius*, eo loci nec noſtra exſtet oratio, nec alia ex laudatis paſchalibus.

Facili tamen negotio haec diluimus objecta, quo pariter oſtendamus noſtrum pro traditione documentum haud parum ſoliditatis praeſeferre. Et principio quidem conſtat apud omnes, conſcripſiſſe Gregorium unum aliquem codicem aut librum Sacramentorum, ut author eſt in ejus vita *Joan. Diaconus* l. 2. c. 17. ſic fatus, *ſed & Gelaſianum codicem de Miſſarum ſollemniis multa ſubtrahens, pauca convertens, nonnulla adjiciens pro exponendis evangelicis lectionibus in unius libri volumine coarctavit: quod volumen librum Sacramentorum praetitulavit*. Et is quidem liber ad eum ordinem redactus eſt, qui deinceps in eccleſia Romana ceteriſque ipſam imitantibus uſque modo obſervatus eſt, quin tamen permultis, ſed levioribns, quibus identidem auctus eſt, additamentis quidquam ei ſubſtantiae Gregoriani foetus ſubtractum fuérit. Hoc apud omnes bene ſapientes exploratiſſimum.

Illud vero prorſus incompertum, num ſcilicet idem exſtet autographus codex a Gregorio conſcriptus aut dictatus. Ceterum haud pauci reperti ſunt perantiqui codices, nomen, titulum & opus Gregoriani Sacramentarii, vel Sacramentorum libri praeferentes, quos in lucem publicam emiſerunt Viri Clariſſimi: puta *Pamelius* t. 2. liturg. illum edidit exſcriptum e codice bibliothecae Hildebaldi Epiſcopi, *Angelus Rocca* e codice bibliothecae Vaticanae, *Menardus* e codice bibliothecae S. Eligii, *Thomaſius* e codice bibliothecae Petavii Senatoris Pariſienſis, *Muratorius* e codice bibliothecae Ottobonianae. Et apud omnes quidem cordatos pro certo tenendum eſt, eos codices, ſatis ſibi ipſis invicem conſimiles, germanum Gregoriani Sacramentarii textum, ſaltem quoad rei ſubſtantiam exhibere: id quod in ſimili praemittendum ut certum eſt paſſim erga vetuſtos codices mſſ. qui deprehenduntur titulum ac textum alicujus autographi, qui jam interciderit, ſaltem quoad ſubſtantiam referre: ceteroqui nulla eſſet adhibenda fides apographis mſſ. etiam antiquiſſimis, exprimentibus textum antographorum codicum & ſacrae Scripturae, & primorum Patrum & Conciliorum, quos tamdiu periiſſe novimus; quod quidem nemo unus ſanae mentis admittendum duxe-

duxerit. Maneat ergo ex prudenti critice, editos iſtos, qui circumferuntur, codices legitimum Gregorii textum repraeſentare; eſto hic vel ille vel alter veriſimilius & adcuratius: quod pro ſuo Ottoboniano *Muratorius* t. 1. in diſſ. praev. c. 6. prae ceteris evincere conatur.

Quod denique adlata precatio cum aliis paſchalibus authentico Gregorii codici reſpondeat; exinde veroſimili argumento ſubinferimus, quod ipſam cum aliis ad unum exhibeant omnes, quos mox laudavimus, codices, uno excepto Ottoboniano.

Ex iis autem omnibus porro liquet, documentum noſtrum ex vetuſto codice, nomen Gregorii praeferente, erutum ſatis ſolida probabilitate fulciri.

12 *Deus, qui hoc nobis confers gratia tua, ut juſti ex impiis & beati efficiamur ex miſeris: adeſto tuis operibus....*

E Missali Gallicano veteri in oratione Missae post Pascha ante Ascensa (*hoc eſt* Adſcenſionem) Domini num. xxxvii. (ap. *Mabillon.* de liturg. gallic. l. 3. p. 376. col. 1.)

En tibi juſtificationem impii, ac ſpecioſae beatitas ſortem profectas a gratia tanquam a fonte praecipuarum virtutum & ſuperni ordinis donorum, quibus Dei liberalitas juſti mentem decorat & communit.

Iſtud Miſſale, eo nomine praenotatum, primum edidit Ven. *Thomaſius* e pervetuſto codice palatino bibliothecae Vaticanae, ſignato num. 493. uncialibus aut quadratis caracteribus. Eum reperiſſe monet negligentiori ſaepe manu conſcriptum, quam multis mutilum paginis, ac refertum erroribus, videlicet amanuenſis: quocirca minime verendum, ne quid foetidum aut erroneum adverſus dogmaticam religionis doctrinam in eum, ſive in ejus apographum irrepſerit. Ipſi demum codici titulum *Miſſa Romana*, a manu recentiore immiſſum, tanquam a vero longius aberrantem ſuſtulit, ſuffecitque hunc ipſum, quem nuper adtulimus. Et jure quidem optimo, nec enim Miſſale illud ritum romanum ſequitur, ſed gallicanum, ut porro liquet. Lege laud. *Thomaſ.* t. 6. in praefat. p. xii. ſqq. & *Mabill.* cit. l. 3. in praefat. nn. 8. 9.

13 *Augeatur in vobis ſpes divinae beatitudinis, qua diem adventus Chriſti fideliter ſuſtinetis: veſtiamini quoque claritate juſtitiae, qua poſſitis ejus adventum intrepidi praeſtolare...*

Ex orationali gothico-hispano in benedictione ad matutinum in die Sabbato de Adventu (ap. cit. *Joſ. Blanchin.* p. 34.)

Nul-

Nullus plane dubito, quin iſta eccleſiaſtica Deprecatio reſpiciat ex directo gratiam noſtram per τὸ *veſtiamini quoque claritate juſtitiae*. Eſt quippe gratia ſanctificans, ex adſertis juſtitia quaedam univerſalis, nobiliſſimis praeclara dotibus. Quin etiam ſaepe apud ſacros codices venit eadem ſub nomine *juſtitiae*. Sic enim, ut alios mittam, ap. *Luc.* 1. 75. *Rom.* 5. 21. & 1. *Cor.* 1. 30. & 2. *Cor.* 9. 10. *Epheſ.* 4. 24. *Jacobum* 3. 18. & 2. *Petri* 3. 13. Ergo ad mentem Auctoris idem omnino eſt veſtiri claritate juſtitiae, ac per bona opera gratiam inhaerentem adquirere, aut pridem adquiſitam ſervare & augere; quippe qua abſente, minime quis adventum Domini dignus, aut intrepidus praeſtolari poſſet.

Jam vero *Adventus*, quod nomen in quatuor primis ſeculis rariuſculum erat; quodque nonnunquam pro eodem Domini adventu, ſeu natali adceptum eſt, ex perantiqua eccleſiarum inſtitutione nihil aliud vulgo eſt quam ſollemnis quaedam ad rite praeveniendum Domini natalem praeparatio, per varias poenitentiae, pietatis, precumque exſercitationes, certo cuidam temporis ſpatio circumſcripta; illi quidem admodum ſimilis, qua jejunio quadrageſimali fideles praeparat Eccleſia ad feſtum Paſchae rite celebrandum. (Lege *Menard.* in ſacram. greg. t. 3. oper. S. Greg. edit. Maurinae a col. 445. *Thomaſſin.* de feſt. l. 2. c. 4. *Grancolaſ.* comment. hiſt. in Brev. roman. l. 2. c. 4. *Bened.* XIV. inſtitut. 11. *Baillet.* de ſanct. ubi de feſt. mobilib. t. 4. diſſ. de Adventu §. 1. & 2. a col. 258. *Marten.* de antiq. Eccl. diſciplina in divin. celebrand. offic. cap. 10. *Merat.* in Gavantum t. 2. par. 4. tit. 1. obſervat. 1. *Mabil.* de liturg. gallic. l. 2. a p. 98. *Leodegar. Mayer* in explicat. ceremon. eccleſ. par. 3. c. 1. tum vetuſtiores Liturgiographos, *Amalar.* l. 3. c. 40. & l. 4. c. 30. ac l. de ordine Antiphonarii c. 8. ſqq. *Bernon.* Augienſ. Abbat. de quibuſdam ad Miſſam pertinent. c. 4. *Micrologi.* de eccleſ. obſervat. c. 30. ſqq. *Rupert.* l. 3. c. 2. *Rab. Maur.* de inſtit. cleric. l. 2. c. 22. *Radulph. Tungrenſ.* de obſerv. canon. prop. 16. *Guil. Durand.* in rat. l. 6. c. 2. ſqq.)

De origine, ſeu primaeva Adventus inſtitutione varie opinantur Liturgici. Eam S. Petro vindicat cit. *Durand.* cui adceſſiſſe videtur *Gavant.* in theſau. ſacr. rit. par. 4. tit. 1. At nullo tamen ſuffulti documento, nullo pariter negotio vulgo rejiciuntur. Eſt qui contenderit ejus antiquitatem extundere e quibuſdam verbis *S. Chryſoſt.* hom. 3. in epiſt. ad Epheſ. Incaſſum vero; quum ea verba non niſi admodum violenter detorqueri poſſint in eum, de quo nunc diſſerimus, Adventu, ſicut optime probat cit. *Menard.* col. 446. ſq. quem conſulas. Cenſent alii inſtitutum jam fuiſſe Adventum eccleſiaſticum aetate SS. Ambroſii & Auguſtini, freti nimirum quodam hymno de Adventu Domini, qui Ambroſio tribuitur in Hymnario, Romae haud ita pridem edito; tum epiſtola Auguſtini ad Bibianum e mſ. codice S. Petri Carnutenſis depromta, vulgataque

que a *Mabill.* de lit. gallic. in adpend. probat. §. 3. p. 458. ſqq. Ceterum nec convenit apud Eruditos de legitimitate hymni Ambroſio inſcripti, nec forte unus ex ipſis eſt, qui adlatam, tributamque Auguſtino epiſtolam non exſiſtimet notham.

Scriptores Galli frequentiſſime illam in Gallia coeptam inſtitutionem adferunt, revocantque ad Seculum v. ex Perpetuo Epiſcopo Turon. qui, ut author eſt *Gregor.* Turon. item Epiſc. in hiſt. l. 10. c. 31., injunxit ſuae dioeceſi *a depoſitione Domni Martini uſque ad natale Domini terna in ſeptimana jejunia*; vel paullo ſerius ad Seculum VI. ex eodem *Greg. Turonen.* qui l. de vitis Patrum c. 15. commemorat quadrageſimam, quae tum obtinebat a die S. Martini aduſque ſollemnitatem Dominici natalis, tum potiſſimum ex *C. Matiſconen.* I. quod an. 582. can. 9. praeſcripſit, *ut a feria S. Martini uſque ad natalem Domini ſecunda, quarta & ſexta ſabbati jejunetur, & ſacrificia quadrageſimali debeant ordine celebrari*. Et vero iis refragatur cit. *Bened.* XIV. inſtit. 11. n. 7. ubi primum ejus inſtitutionis authorem S. Gregorium M. depraedicat, fultus authoritate Martenii cit. c. 10. n. 10. Amalarii cit. l. 3. c. 40. & Bernon. cit. c. 4.

Quam vero parvi momenti ſit authoritas hiſce innixa Scriptoribus, exinde conjice. Quippe Martenius haud propriam ibi ſententiam adſerit, ſed Amalarii & Bernonis: & ne Martenius quidem ipſorum authoritate adſerit, vel adſerere potuit, quod Gregorius fuerit ſimpliciter inſtitutor Adventus, ſed duntaxat Adventus, prout eum *a Dominica quarta ante Chriſti Domini natalem incipere ſolemus; idque* (ſic ibi loquutus, pergit Marten. ſub init. capitis 10.) *ſi Amalario & Bernoni* (ubi mox eos citavimus) *fides ſit, eſt S. Gregorii Papae inſtitutio. Quibus ſuffragatur ejuſdem ſancti Pontificis ſacramentorum liber a Pamelio editus, cum mſſ. codicibus bene multis, in quibus quatuor tantum deſignatae leguntur Dominicae ad praeveniendam Domini nativitatem*. Haec ille. Et quidem nec aliud adfirmat uterque laudatus Author, nec aliud ad ſenſum Benedicti adfirmare licuit Martenio, qui & ibidem documenta mox adlata pro vetuſtiore Adventus inſtitutione ipſe produxit.

Adcedit adverſus adſertum Benedicti Pontificis, quod S. Gregorius non fuit author, ſed collector libri Sacramentorum Romanae Eccleſiae, nomine S. Gregorii vulgati, qui videlicet liturgicos ejus Eccleſiae codices in certum ordinem melioremque formam redegit, vel, ut loquitur ejuſdem Gregorii biographus *Joannes Diaconus* lib. 2. c. 17. *in unius libri volumine coarctavit*. Quocirca non inſtituit Gregorius, ſed primum inſtitutam, praeſcriptamque in ordine ad divina officia ſollemnitatem exſcripſit: atque adeo haec vetuſtiorem ſibi authorem vendicat.

Rurſum quod primum Gregorius ſollemnitatem adventus quatuor conſtantem Dominicis, natalem Domini praecedentibus, ſecundum

dum hodiernum ritum inſtituerit, haud omnino liquet. Nam in Sacramentario Gregorii, quod vulgavit, illuſtravitque Menardus, quinque leguntur Dominicae ante natalem Domini, quemadmodum in Gelaſiano, quod idem fortaſſe Gregorius in ordinem redegit, ac in pleriſque vaticanis codicibus, aliiſque. Et quidem, ut recte norunt Eruditi Liturgici, adhuc ſub judice lis eſt, num Menardus, num vero Pamelius legitimum Gregorii foetum ediderit. Quin & citati Amalarius & Berno, licet innuant, ritum illum, quatuor Dominicas praeſcribentem, in Sacramentario, quod vocabant Gregorianum, contineri; at ne per umbram quidem indicant, ſcriptorem Sacramentarii fuiſſe hujuſce ritus authorem.

Nec poſtremo deſunt qui antiquitatem Adventus repetant ex Silverio P. denato ſub an. 540. ob teſtimonium latum a Concilio IV. Provinc. Mediolanenſi ſub S. Carolo Borromaeo, ap. Acta Eccleſ. Mediol. par. I. p. m. 136. in haec verba „ Parochus autem tum „ ad eum frequentiſſimum Sacramentorum uſum Parochiae ſuae fi„ deles cohortetur, ut Provinciali tertio Concilio ſancivimus; tum „ crebris monitis illud quod Silverius Pontifex Maximus ſtatuit, in „ conſuetudinem revocare ſtudeat, ut qui ſaepius non communicant, „ ſingulis ſaltem Dominicis diebus in Quadrageſima corpus Domi„ ni ſumant, ac praeterea diebus Dominicis Adventus „. Id quod S. Carolus zelo exaeſtuans repetit in ſua IV. Synodo dioeceſana decr. 10. ap. eadem Acta Eccl. Mediol. par. 2. p. m. 359. itemque in Rubricis, ſeu inſtructionibus ibid. par. 4. p. m. 512. Haec decreta retulit cit. *Thomaſſin.* l. 2. c. 4. n. 9. 10. nec ipſe quidem eruditiſſimus vir quidquam adnotavit ſuper hoc, quod ibi fertur a Silverio conſtitutum.

Verum enim vero nihil tale a Silverio monitum aut decretum nobis ullibi enuntiant qui vel leviter, vel adcuratius ejuſdem acta proferunt in pontificia, quam perbrevi ac ſubdifficili tempore occupavit, ſede: puta vulgatus *Anaſtaſius* in lib. pontif. *Baron.* ab an. 537. ad 540. *Bollandiani* in propyl. ad catalog. Pontif. ubi de Silverio ſub peculiari diſſ. *Pagius* ſenior in crit. Baron. *Franc. Pagius* in breviar. ubi de Silverio, *Couſtant* de epiſt. Pont. in art. de Silverio. Quapropter dubium quum ſit hoc documentum, & dubia pariter illo innixa opinio ſit oportet.

Porro inter iſtas, quas hucuſque expendimus, opiniones illa ſine dubio praeſtare videtur, quae Adventus eccleſiaſtici originem a laudato Concilii gallicani Matiſconenſis decreto repetit. Licet enim Perpetuus antiquiore illa ſanctione communem aliquam inſtituerit poenitentiae ac jejuniorum praeparationem ad ſancte praeveniendum Domini natalem; hanc tamen eccleſiaſtica officia, quae Adventum, de quo diſſerimus, potiſſimum conſtituunt, nihilo contigiſſe legimus; contra ac de Matiſconenſi ſtatuto liquet. Quamobrem praeludium in Gallia dedit Perpetuus Adventui noſtro, haud eum ſimpliciter praeformavit.

Sed

Sed & aliam cenſemus, ut noſtram denique proferamus ſententiam, in eccleſia romana vetuſtiorem Matiſconenſi praecepto inſtitutionem; quam nempe praefert vetuſtiſſimus codex Sacramentorum eccleſiae Romanae, primum editus a Ven. *Joſ. Thomaſio*, vulgo ab Eruditis adſcriptus antiquioribus Romanis Pontificibus, maximeque Gelaſio I. qui ſedit ab an. 492. ad 494. quapropter & idem codex vulgo, meritoque *Gelaſianus* audit. Hic autem codex, pro cujus authoritate tanquam indubia; quidquid contra pugnent Proteſtantes, inſignia porro documenta in medium proferri poſſent. hic inquam codex apud *Thomaſ.* t. 6. edit. Vezzoſianae l. 2. a num. LXXX. ad LXXXIV. p. 159. ſqq. quinque praeſcribit Miſſas *de Adventu Domini* in totidem Dominicis natalem Domini praecedentibus recitandas. En tibi primam, quam ex documento maxime veri ſimili noverimus, eccleſiaſticae ſollemnitatis de ſacro Domini Adventu inſtitutionem.

Ex Romana itaque eccleſia, non vero, ut Galli Scriptores cum *Bailleto* jactitant, ex Gallicana, mos eccleſiaſticus celebrandi divinis officiis Adventum effluxit in latinas Eccleſias, & obtinuit uſque modo; tametſi non aeque omnes ipſos prorſus Romanos ritus in ea celebratione olim amplexae ſint: notum quippe eſt, in libro Ordinis Ambroſiani ap. *Pamelium*, & Moz-arabici ap. *Leſleum* ac *Blanchinum*, ſex adſignari Miſſas *de Adventu Domini*; duas in Gothico ap. *Thomaſium*, ac in Miſſali veteri ap. *Mabillonium*; tres in Bobienſi ap. eundem *Mabillonium* in Muſ. ital. t. 2. a p. 284. Nec item eadem ubique fuit Cleri, populique diſciplina circa ceremonias eccleſiaſticas & jejunia, quibus olim celebranda praeſcribebatur ſacri Adventus ſollemnitas, ut diſcere eſt ex laudatis Liturgicis fuſius hanc in rem differentibus.

Quod vero ad Graecam Eccleſiam adtinet; ſuum quoque inſtituit adventum poſt Seculum, ut ajunt, XII. variis abſtinentiae, ac jejuniorum exſercitationibus conſtantem; quae tamen aetate *Goarii*, ipſo teſte in Euchol. p. 207. ad ſeptem dies natali Domini praevios contractae ſunt. Ceterum in divinis Graecorum officiis nihil hucuſque reperire licuit, quod Adventui noſtro ſimilem formam ali. quam praeferat. De antiquis, prolixiſque eorum jejuniis, quibus Adventum celebrabant, plura *Thomaſſin.* tr. de jejun. par. 2 c. 19. n. 8. *Cang.* in gloſſar. graeco p. 547. *Baillet.* cit. §. 2. n. 7.

14 *Deus omnipotens ... qui regeneraſti famulos tuos ex aqua & Spiritu ſancto ... immitte in eos Spiritum ſanctum tuum Paraclitum & da eis ſpiritum ſapientiae & intellectus, ſpiritum conſilii & fortitudinis, ſpiritum ſcientiae & pietatis ...*

Ex LIB. I. SACRAMENTOR. ROM. ECCLES. IN SABBATO S. DUM

EPISCOPUS SACRAMENTUM CONFIRMATIONIS RECENS BAPTIZATIS MINISTRAT. (ap. cit. *Thomaſ.* t. 6. p. 76.)

Egregiam ſane de magnalibus ſanctificantis gratiae doctrinam praefert haec Pontificis ad Deum omnipotentem deprecatio, ſacramentum Confirmationis baptiſmo recens initiatis jamjam miniſtraturus. Quippe regenerationem hominis ex aqua & eodem Spiritu ſancto per infuſionem gratiae coelitus peractam tanquam certam praemittit. Ac ſubinde novum & ſublime pro renato ejuſdem gratiae incrementum exorat, quum ei adprecatur geminatam divini Spiritus immiſſionem, una cum Donis, quae recenſet, ejuſdem Spiritus; qui nempe eorum Auctor & Donator jure creditur ex *Iſai.* 11. 2., videlicet in conſortio gratiae, quae ſicut aliarum virtutum, ita & hujuſmodi Donorum radix eſt & origo, quae illa quaſi exſerit, & eiſdem viciſſim peculiari modo praeditatur. Haec quidem, quae vetus diſciplina liturgica ſatis indicat, fuſius *infrà* ad Tom. VII. interpretabimur in conſectario de Donis, Beatitudinibus, Fructibus Spiritus ſancti.

Interea vero liturgicae eruditionis gratia obſervare juvat, quod ex contextu adlati codicis Romani, & plurium quos adferre liceret, aperte diſcimus morem illum uſitatiſſimum conferendi ſub una eademque eccleſiaſtica functione ſanctum Chriſma proxime poſt baptiſmum. Hujuſce ritus antiquitatem & apud varias Eccleſias durationem aduſque Seculum VI. palam exhibent eorum temporum Scriptores, e. c. vulgatus *Dionyſ.* de eccleſ. hierarch. c. 4. 5. *Tertullian.* l. de bapt. c. 7. & 8. & l. de praeſcript. c. 36. & 40. & l. de reſurrect. carnis c. 8. Pamelio interprete, *Cyprian.* epiſt. 70. ad Januar. & 73. ad Jubajan. *PP. Laodiceni C.* can. 48. *Cyril.* Hieroſ. catech. myſt. 3. n. 1. *Optat.* Milev. l. 4. cont. Parmen. *Pacian.* ſerm. de baptis. *Pſeudo-Juſtin.* in qq. ad orthodox. q. 137. *Pſeudo-Clemens* epiſt. 4. & l. 6. conſtit. apoſt. c. 7. & 23. *Theodoret.* ad cap. 1. Canticor. *Ambroſ.* l. de Myſter. c. 7. *Hieron.* l. adverſus Luciferian. *Auguſtin.* vel potius *Gennad.* l. de eccleſ. dogmat. cap. 52. *Cornelius* P. epiſt. ad Fab. ap. Euſeb. hiſt. eccl. l. 6. c. 35. *Amphiloch.* in vita S. Baſilii cap. 5. ubi de baptiſmo ejuſdem, *Leo* P. I. ſerm. 4. de nativit. *Patres C. Toletani* IV. can. 57. *Iſidor.* de offic eccl. l. 2. c. 26. vulgatus *Ambroſ.* l. 3. de ſacram. c. 2.

Heinc in eam ritus vetuſtatem vulgo conſentiunt juniores Eruditi, tum noſtrates cum *Marten.* cit. *Baluz.* not. in Rheginon. l. 1. c. 69. *P. Marca* in not. ad C. Claramontan. vulgato *Maldonato* de confirmat. q. 2; tum proteſtantes cum *Taylorio* & *Dallaeo* ap. & cum *Bingham.* t. 4. l. 12. c. 1. §. 2. p. m. 348. ſq. quantumvis ii a noſtratibus invicte rejecti, Confirmationem e numero Sacramentorum perperam excludant.

Sunt qui ritus originem ad Apoſtolos revocare non dubitent, a quibus nempe idem obſervatus fuerit, quemadmodum referri vi-

de-

detur *Actor.* 19. 6. & *Hebraeor.* 6. 2; innuuntque *Origen.* l. 1. de princip. *Iſidor.* mox citat. *Beda* in cap. 19. Act. *Walfrid.* de reb. eccle. c. 26. ac vulgo Interpretes in citata ſacri codicis loca cum *Ambroſ. Haym. Anſelmo*, quibus porro tanquam veri ſatis ſimiliter rem exponentibus noſtro ſuffragari calculo non eſt cur abnuamus. Omnes itaque tam infantes, quam adulti, & qui in celebrioribus Paſchatis ac Pentecoſtes feſtis, & qui caſu extra illa baptiſmo tingebantur, ut plurimum, ſi praeſto eſſet Epiſcopus, ſtatim ungebantur ſacro Chriſmate; aut ſi hic abeſſet, eum cito conveniebant baptizati, vel ad iſtos commonitus excurrebat Epiſcopus. Lege *Vicecomit.* de antiq. bapt. rit. c. 29. & 30. l. 5. ubi adpoſite rem exemplis confirmat, quibus plura documenta addit *Marten.* proxime laudat. cap. 2. art. 1. §. 4. & 5.

Uſque dum vero ritus iſte perduraverit, aut quando demum obſoletus jacuerit? Citatus *Vicecomes* cap. 32. conjectat eum poſt tempora Caroli Magni abrogari coepiſſe; *quia tunc etiam adultorum baptiſmus ceſſavit, quorum praecipue cauſſa Confirmatio adhibebatur*, videlicet apud latinas Eccleſias frequentiſſime, ſaltem ineunte jam Seculo XI. ut ego quidem arbitror. Nam, eſto apud unam vel alteram Eccleſiam diutius ille ritus perduraverit, uti liquet ex perpaucis Ritualibus etiam recentioribus, quae debemus cit. *Martenio* l. 1. c. 2. art. 4; quod vero ritum ipſum adhuc Seculo XI communem aut perfrequentem repraeſentet, nullum, quod ſciam, exſtat.

Quod Orientales vero Eccleſias ſpectat, eandem pleraeque veterem conſuetudinem haud ita pridem retinebant. Nimirum AEthiopes generatim, ex ordine baptiſmi ſecundum uſum AEthiopum, citato per laud. *Vicecom.* cap. 32. ſcribentem an. 1615. Jacobitae Copti Alexandrini ap. *Jacob. M. Vanſlebium* Ord. Praed. in hiſt. Eccl. Alexandrinae par. 2. c. 21. n. 1. p. 80. qui eam hiſtoriam digeſſit in Cayro an. 1672. & 1673. Ruſſi & Graeci ſub nomine catholicae & apoſtolicae Eccleſiae Orientalis, ex confeſſione fidei ejuſdem Eccleſiae, par. 1. de fide, quaeſt. 104. fol. verſo 160. ſq. edit. Lipſ. 1695. quae quidem confeſſio primum probata eſt a C. Conſtantinop. ſub Parthenio Patr. an. 1643. 11. Maii, ſecundum vero a Nectario Patr. Hieroſolymit. an. 1662. 20. Novembr. uti liquet ex codem libello confeſſionis ſub init.

15 *Coeleſti munere ſatiati, quaeſumus Domine Deus noſter, ut haec nos dona Martyrum tuorum deprecatione ſanctificent. Per.*

E LIB. II. SACRAM. ROM. ECCLES. IN COLLECTA POST COMMUN. IN NATAL. MACHABAEORUM. KAL. AUGUSTAS (ap. cit. *Thomaſ.* t. 6. p. 343. ſq.)

Supernam gratiam inhaerentem proculdubio nominat & commendat Deprecatio haec liturgica, quam poſt adcepta ſacratiſſima

Corporis & Sanguini Chriſti dona recitari jubetur Sacerdos in ſollemni Natali Machabaeorum Martyrum. Quid enim aliud eſt, hiſce donis ea ſuſcipientem protinus ſanctificari, quam eorum interventu gratia, quae ſuapte natura pene divina ſanctum reddit hominem, exornari? Nec aliam porro vulgatiſſima Theologorum opinio ſanctificationem novit ex Euchariſtica Communione ſubortam, ac ipſam, quae antonomaſtice ſanctificans eſt, gratiam. Ubi & obiter animadverteris hujuſce doni praeſtantiam: quippe quum tanta ſit Sacramenti divinae Euchariſtiae dignitas, dignus ejuſdem fructus & effectus ſit gratia.

Sed en inſuper luculentiſſimum incomparabilis fortitudinis teſtimonium nobis in mentem revocat documentum, ubi Martyrum titulo & cultu ſeptem illorum fratrum Machabaeorum, eorumque Matris ſpectatiſſimos triumphos exquiſitis ſuppliciis partos concelebrat. Eos quidem, ne ulla unquam oblivione hominum delerentur, ſacri textus hiſtoria immortalibus praeconiis diſerte, lateque deſcriptos reliquit lib. 2. *Machabaeor.* integro cap. 7. Celebratiſſimi aetas Martyrii, quod Sancti Antiochiae, ex veroſimiliore ſententia, ſubierunt, merito recentiores referre conſuerunt ad annum Mundi 3837. ante Chriſtum Dominum 167.

Sacrum Martyribus feſtum quarto jam Seculo, vix reddita eſt eccleſiae pax per Conſtantinum, obtinuit apud Orientales plagas, praeſertim in Syria & Cappadocia, indeque ſtatim ad vicinas Aſiae ac Graeciae provincias effluxit, uti perſpicuo ſunt argumento eloquentes homiliae in eam ſollemnitatem recitatae ab *Greg. Nazianz.* hom. 22. & *Chryſoſt.* hom. 300. & 301. edit. Maurinae. Nec longiori poſt intervallo temporis idem ſollemni ritu latinae eccleſiae adoptarunt, uti mihi colligendum videtur ex iis, quae tradunt *Ambroſ.* de Jacob & vita beata c. 11. 12. & l. 1. offic. c. 41. & epiſt. olim 17. l. 2. *Auguſt.* ſer. 300. nov. edit. olim 109. *Gaudent.* ſer. 15. de Machab. *Maximus* Taurin. nomine Euſebii Emiſſeni hom. de iiſdem.

Anne item Romae v. ſaltem ſub Seculum Natali Martyrum feſtum ſollemne fuerit? Annuunt plerique omnes cum *Baron.* in not. ad diem 1. Auguſt. *Queſnell.* in ſer. 83. S. Leon. P. *Bolland.* t. 1. Aug. ad diem 1. p. 7. n. 11. *Bingham.* cit. l. 20. c. 7. §. 13. *Menard.* in Sacram. Gregor. ad diem 1. Aug. nota ... *Baillet.* t. 4. de ſanct. vet. teſt. ad d. 1. Aug. col. 217. *Cacciari* in opera S. Leon. t. 1. par. 1. p. 240; qui nempe omnes uno ceu indubie legitimo ducuntur *S. Leonis* P. ſermone nunc 83. de Ss. Machab. quo S. Pontifex diſerte pronuntiat, hanc ſollemnitatem Romae frequenti populo peragi conſueviſſe. Iis addo perantiquum *Polem. Silvii* latercu-lum, qui inter perpauca Sanctorum feſta hoc deſignat *Kal.* (Aug.) *Martyrium Machabaeorum*. Mihi vero valde veroſimile eſt, ſacra feſta ibi adſignata a Silvio, plane Romana eſſe, qualia ſine dubio ſunt profana cetera. Con-

Contra omnes tamen pugnant *Ballerinii* Fratres in t. 1. oper. S. Leon. in adpend. col. 451. ſqq. ac deinceps obſervat. in ſerm. 83. col. 494. ſqq. ſermonem illum Auguſtini foetum fuiſſe, Leoni ſuppoſitum; quoniam in antiquiſſimo MS. Vaticano n. 3836. ubi alii genuini Leonis ſermones ejus nomine inſcribuntur, hic pag. 1 Auguſtino tribuitur hoc titulo, *incipit ſermo S. Auguſtini de SS. Machabæorum Kal. Aug.* indeque vehementer confirmari videtur, quod formula *Cariſſimi*, quae ſermoni vulgo Leoniano inſeritur ſub init. capitis 3. Auguſtino quidem familiaris, a conſuetudine tamen Leonis alieniſſima ſit. Addunt, quod hic ſermo Machabaeorum feſtum diem in ea urbe, in qua habitus eſt, celebre indicat: at vero celebre fuit in Africa, ut liquet ex ſerm. 300. & 301. Auguſtini & ex Kalendario Carthaginenſi; quod autem Romae ſimiliter tum temporis celebre fuerit, nullo poteſt documento comprobari.

Praeterea ut laterculi Silvii authoritatem elevent, eum volunt Gallum hominem & in Gallia conſcripſiſſe laterculum, & hunc quidem quoad nonnulla Romam ſpectantia minus perite; quoniam & XI. Kal. Febr. poſuit feſtum Vincentii Martyris, tum Romae nondum inſtitutum, & VIII. Kal. Mart. notavit depoſitionem SS. Petri & Paulli pro *Natali Petri de Cathedra*, ſicuti fertur ap. Kalendar. *Bucher.* quocirca non abſimiliter, inquiunt, errare potuit quum deſcripſit Natale Machabaeorum Kal. Aug., in errorem fortaſſe inductus, quod jam tum in aliqua Galliarum eccleſia feſtum hoc peragereturt, ut indicare videtur cit. *Baillet.* t. 4. de ſanct. vet. teſt. col. 217. ſub init.

Mea tamen opinione rem ſuam acute promovent Ballerinii, ſed non conficiunt. Siquidem principio cit. *Cacciari* ſermonem hunc ceu legitimum Leonis foetum eruit ex multis codd. MSS. Vaticanis; additque diſerte, in pervetuſto exemplari, quo ſe protegunt Balleriniani conatus, n. 3836. ipſum Leoni adtribui, duos tamen alios, qui hunc excipiunt, Auguſtino; tum corrigit Codicem Vat. 3828. quod & primum, ceteris quibuſque reclamantibus exemplaribus, ſimulque duos alios inſcribat *anonymos*: nuſpiam vero reperiſſe ait ſermonem, de quo lis in praeſentiarum, apud codicem ullum Vaticanum Auguſtino adjudicatum. Ipſum conſule in notis p. 242. 243. 244. Ecquis autem potiorem jure non adhibeat fidem *Cacciaro*, qui Romae degens Vaticanos codices, quos laudat, prae manibus habuit, oculiſque conſpexit, quam Veronenſibus *Ballerinis*, de citato codice ab amico fortaſſe minus diligente per literas inſtructis? Suſpicari auſim, exſcriptorem tituli illius ex codice 3836. a Cacciaro & Ballerinis adlegato, pro *S. Leonis* legiſſe per incogitantiam *S. Auguſtini*, ſubindeque erroris neſcium eos fefelliſſe. Tota itaque Ballerinii cauſſa cadunt, ſtatque firma ceterorum opinio de legitimo Leonis foetu, cui ceu conſtanti fulcro romanum feſtum ſua aetate Machabaeis ſacrum innititur.

Plu-

Plura brevitatis ſtudio mitto argumenta, quibus idem ſermo cum ceteris vere Leonianis collatus, ejuſdem eſſe Authoris demonſtrari poſſet pene ad evidentiam; ceteroqui ſummopere cuipiam mirum ſit, nullum omnino ante Ballerinios ejus falſitatem ſubodoratum eſſe, nec ipſum Auguſtino, tam diverſo concionanti ſtilo, reſtituiſſe. Nec illa inſuper objectiuncula de formula *Cariſſimi* quidquam aliud probat, quam quod nulla ſuppetat adverſariis in ſpeciem ſaltem ſolida ratio, qua noviſſimam opinionem confirmare queant. Quid enim obſtat phraſim aliquam authori cuiquam non frequenter, ſed raro ac ſemel fortaſſe uſui fuiſſe?

Quod inſuper ſpectat Silvii laterculum, ut ut fuerit de aliis in eo notatis erroribus, minime a vero aberrat quum Kal. Aug. Natale Machabaeorum Romae adſignat; quia enim certo Leonis teſtimonio adcinit, ipſumque confirmat.

Roma itaque inter alias pleraſque Occidentales Eccleſias, Machabaeos fratres, quantumvis & ipſi religione Judaei Chriſtum Dominum tot annorum decades praeceſſerint, ceu inſignes Martyres anniverſario plauſu jam Leonis aevo percoluit. Nec immerito quidem. Notum quippe eſt, apud eccleſiaſticas cujuſque provinciae orthodoxae tabulas perplures e Veteri Teſtamento Heroes atque Heroides, qua Confeſſorum, qua Martyrum titulo, cultuque decoratos inſcribi. Sic enim e. c. apud faſtos Romani Martyrologii referuntur Abraham Patriarcha die 9. Octob. David rex & Propheta 29. Dec. Hieremias Propheta Martyr 1. Mai: ap. Menaea Graecorum Iſaias Propheta Martyr 9. Mai: ap. *Petr. de Natalib.* in catal. SS. l. 9. c. 8. Eleazar Martyr. 1. Oct: apud Kalendarium Julianum quod edidit *Sethus Calviſius* in opere chronol. in iſagoge chronol. p. m. 14. Eſther Regina 24. Mai; ibidemque Abel Martyr & Martyrum primicerius 2. Jan. De Sanctis denique veteris legis in album Sanctorum chriſtianae eccleſiae relatis abunde & critice *Baillet.* t. 4. tract. integro de vitis eorum a p. 10.

Ex hoc autem eccleſiarum adſenſu ſatis antiquo & perpetuo circa religioſum & publicum cultum ſanctis hominibus antiquae legis praeſtitum, mihi cum primis idem legitimus, decens, piiſſimuſque probatur. Nec enim ipſi aliam a noſtra conſtituerunt ac decorarunt Eccleſiam: una eademque antiqui & novi foederis Eccleſia, ab Adamo ad hunc uſque diem, nec unquam interrupto curſu florentiſſime perducta; ajente *Auguſt.* ſer. 4. de Jacob & Eſ. alias 41. de diverſis, *Eccleſiam adcipite, non in iis ſolis, qui poſt Domini adventum & nativitatem eſſe coeperunt Sancti; ſed quotquot fuerunt ſancti, ad ipſam Eccleſiam pertinent*; omnium quippe unus Chriſtus Caput eſt ex *Epheſ.* 1. 13. *Sicut enim*, proſequitur *Aug.* epiſt. 102. alias 49. q. 2. *nos in eum credimus, & apud Patrem manentem & qui in carne jam venerit; ſic credebant in eum antiqui & apud Patrem manentem, & in carne venturum.* Heinc eos adpoſite Patres cum

Chry-

Chryſoſt. hom. de Job, *Ambr.* de Joſ. Davide &c. *Auguſt.* civ. l. 20. c. 15. & ſer. 300. & alias, *Greg.* hom. 19. in Evang. *Chriſtianos ante Chriſtum* nuncuparunt, videlicet fide ac ſpe in Chriſtum enutritos, ejus ſanguine redimendos, ejus Evangelii praeceptorum, conſiliorumque cultores ſanctiſſimos. Jure itaque ſollemnem novae eccleſiae cultum ſibi vindicant. Legito in hanc rem diſſ. de publico cultu S. Jobi, aliorumque SS. vet. teſtam. coram Congreg. rit. Romae inſtituta ap. *Bolland.* t. 7. Maii in Adpend. a p. 665. & cit. *Baillet.* praemonit. in vitas SS. vet. Teſt. col. 5. ſqq.

Sed & ſingillatim Machabaei noſtri, pluresque ſimiles, qui pro ſancta Dei religione ſanguinem profuderunt, titulum, cultumque Martyrum ab chriſtiana eccleſia ſibi extorquent: licet enim ex directo pro Chriſto aut pro fide Chriſti ſupplicia & mortem non ſubierint; haec tamen Noſtri viriliter perpeſſi ſunt pro patriis legibus, quas Deus O. M. miniſterio Moſis Hebraeo populo examuſſim obſervandas dictarat ex 2. *Machal.* 7. 2. & 9. & quidem in fide Chriſti venturi, & in ipſum tamquam in futurum Liberatorem ſpe repoſita. Perbelle quidem noſtram in rem *Auguſt.* ſer. 300. in ſollemnit. Machab. Martyr. c. 1. *unde exſtiterunt Prophetae, inde iſti Martyres floruerunt: nondum quidem erat mortuus Chriſtus; ſed Martyres eos fecit moriturus Chriſtus.* Et ſtatim c. 2. *ne quum Martyres admiramini, putetis non fuiſſe chriſtianos; chriſtiani fuerunt, ſed nomen Chriſtianorum poſtea divulgatum factis antecefſerunt.* Poſtquam denique multa in idem argumentum egregie diſſeruit, ſic pro re noſtra concludit cap. 6. *Machabaei ergo Martyres Chriſti ſunt: ideo non incongrue neque importune, immo convenientiſſime dies eorum & ſollemnitas eorum a chriſtianis potius celebratur.* Pluribus eoſdem Sanctos ceu vere ac digniſſime Martyres profuſis laudibus concelebrant *Patres* alii mox laudati.

Quid plura? Ex doctrina ſcholis communi calculo probatiſſima, Martyrium nihil aliud eſt quam teſtimonium fidei, vel cujuſque ſupernae virtutis per voluntariam mortis aut lethalium cruciatuum tolerantiam; noſtros autem proxime adlatus *Auguſt.* tanquam *teſtes veritatis* chriſtianis auditoribus imitandos propoſuit. Ac inſuper e traditionibus eccleſiaſticis ſatis novimus, interdum Eccleſiam Martyrum titulo cultuque donaſſe viros ſanctimonia illuſtres, qui minime pro ſancta fide, ſeu confeſſione nominis Chriſti, ſed alia quavis ratione mortem, aut ſaeviſſima ſupplicia perpeſſi ſunt, e. c. a latronibus aut viris impiis caeſi. Sic enim in ſacris Martyrum tabulis recenſitos videris S. Praetexſtatum Epiſc. Rotomagenſem, miſſo ſicario a Fredegunde Francorum Regina, ſui ſeculi Herodia & Jezabele occiſum an. 586. ap. *Bolland.* ad diem 24. Febr. a p. 464: S. Gervaſium, Cenomananſem Diaconum, a latronibus gratis interfectum ex antiquo legendario ap. eoſdem *Bolland.* ad diem 6. Jul. p. 315. complures alios, qui parem ſubierunt ſortem, indicatos

ap.

ap. *Cangium* in gloſſar. lat. art. *Martyr.* Potiori ergo jure Martyres adpellandi & percolendi ap. novam Eccleſiam Machabaei Fratres cum Matre, qui poſt tot, tamque acerba ſupplicia pro tuendis patriis legibus toto effuſo ſanguine cruentiſſima morte conſumti ſunt.

Sed en tibi ad extremum citati *Ballerinii* ipſum quod adduximus ceu valde antiquum documentum a praetenſa antiquitate deturbare pertentant col. 452. ſqq. Videlicet ut rite ſubſtineant, nec ſermonem de quo nuper diſputavimus, adſcribendum eſſe Leoni, nec ullam Romae fuiſſe antiquitus ſacram Machabaeis ſollemnitatem, nullum non movent lapidem. Cum primis vero ut eludant authoritatem noſtri textus, immo totius Miſſae de natali Machabaeorum, deſumtae ex codice, qui *Gelaſianus* vulgo audit, definire non dubitant, certo iſtum non eſſe *purum* Sacramentarium Gelaſianum, quippe quod nonnulla poſteriora additamenta recepit, inter quae recenſenda ſit Miſſa de Machabaeis, quae nempe in poſteriori Gregoriano deſideratur: quo circa collecta heic producta, contra exiſtimationem noſtram valde recentior ſit, oportet.

At haec tamen tota machina uno mihi videtur penitus exſufflari, diſſiparique verbo *Joan. Diac.* mox cit. in vita Greg. M. l. 2. c. 17. haec de Gregorio differentis, *& Gelaſianum codicem de Miſſarum ſollemniis multa ſubtrahens, pauca convertens, nonnulla adjiciens, in unius libri volumine coarctavit.* Ergo fieri quam optime potuit, ut Gregorius inter concinnandum ſuum Sacramentarium, inter multa quae de Miſſarum ſollemniis e Gelaſiano codice *puro* ſubtraxit, Miſſam quoque de Machabaeis in eo proſtantem ſubtraxerit, ejuſque loco ſubſtituerit Miſſam de S. Petro ad Vincula, quam praefert Gregorianum *Menardi* Sacramentarium. Quid vero? Ipſum *Pamelii* Sacramentarium, quod in re liturgica verſatiſſimus *Thomaſius* plurimum Menardiano praeferebat, eiſdem Kalendis Aug. poſt Miſſam de S. Petro ad Vincula, ſecundam adfert, etſi ſtilo tantiſper diverſo concinnatam, duplicatis etiam collectis, de Sanctis Machabaeis: ubi ſedulo obſervandum, orationem tertiam hujus Miſſae Gregorianae *Ad complendum*, eandem omnino eſſe cum noſtra Gelaſiana *Poſt commun.* Hanc vero Liturgiam (quam vel non viderant, vel conſulto, ne configerentur, tacuerunt *Ballerinii*) potuit Gregorius e codice Gelaſiano mutuari, ad ſuum ſenſum vel ſtilum convertere, ipſique collectas adjicere. Nihil itaque acutiſſimi Scriptores proficere potuerunt adverſus antiquiſſimam documenti noſtri aetatem. Gelaſiani codicis puri vetuſtatem primus, quem viderim, aperto marte oppugnavit ex ſchola Calviniſtarum *Jacob. Baſnagius*, Samuelis nepos, in hiſt. eccl. l. 6. c. 10. n. 1. p. m. 946. Sed ipſam tamen jure optimo vindicarunt plurimi, ac ſtrenue quidem, e noſtratibus Liturgiographis. Recole *ſuperius* indicata in Adpend. monum. liturg. p. IV. ſq. & in Tom. IV. p. 412. ſq.

Item

16 *Item ad reconciliandum Poenitentem.*

Omnipotens ſempiterne Deus, confitenti tibi huic famulo tuo pro tua pietate peccata relaxa, ut non &c.

E LIB. I. SACRAM. R. ECCL. AD MISSAM IN QUINTA FERIA MAJORIS HEBDOMADAE §. XXXVIII. (ap. laud. *Thomaſ.* t. 6. p. 54.)

Notum eſt ex praemiſſis, relaxationem, aut remiſſionem peccatorum, quam heic depoſcit Sacerdos ſacris operans, unam eandemque eſſe cum infuſione gratiae ſanctificantis. Hanc itaque in praeſentia commendare licet ceu digniſſimum verae, probataeque animi poenitentiae fructum & praemium; videlicet in ſollemni poenitentis cum Chriſto Domino, & cum eccleſia Chriſti reconciliatione, quam, uti habemus ex hoc Monumento, variis exornatam ceremoniis peragebat romana eccleſia intra ſollemnem Miſſam feriae v. in Coena Domini, & in ea quidem parte, quae inter orationes, aut collectas poſt cantum Introitus & Offertorium interjacet. Hunc feſtum diem ejuſmodi reconciliationi conſignatum fuiſſe apud eccleſiam romanam diſcimus ulterius ex *Innocentio* I. in epiſt. ad Decent. & ex *Ordine Romano* Hittorpii a p. 51. idemque mos vulgo obtinuit apud pleraſque occidentales eccleſias, uti fidem faciunt poenitentiales libri plurimi ap. laudatos *Morin.* & *Marten.* tum permulta Patrum documenta, quae congeſſit *Menard.* nota 677. in ſacram. gregor.

Sed & apud nonnullas peragebatur reconciliatio in feria VI. Paraſceves, e. c. Mediolani ex *Ambr.* epiſt. 20. ad Marcellinam n. 26. & l. 5. in Hexaëm. ſer. ult; in Hiſpania ex *C. Tolet.* IV. can. 7. & 8. & ex *Miſſali Moz-arabum* ap. Leſleum t. 1. p. 171. col. 1. & 2. & alibi ex quibuſdam gallicanis *Miſſalibus*, quae ſe legiſſe monet cit. *Marten.* c. 6. art. 5. n. 10. ſub fin. Orientales demum ritum hunc celebrare conſueverunt in Sabbato Paſchae poſt collatum catechumenis baptiſmum, uti ex *Gregor. Nyſſen.* epiſt. ad Letoicum Melitines Epiſcop. colligere licet. Ubi vero reconciliatio, uti Romae, feria v. in Coena Domini peragebatur, ad miſſam plerumque poenitentes ſub hac vel illa miſſae particula, ſecundum variam eccleſiarum conſuetudinem, ſacris altaribus reſtituebantur. Lege *Morin.* l. 8. c. 14. *Menard.* nota 677. in ſacram. gregor. *Marten.* cit. art. 5. n. 11. *Grancolaſ.* proxime cit.

Quod inſuper ſpectat reconciliationis cerimonias, eas prout obtinebant apud romanam eccleſiam exhibet ſtrictim Codex noſter pag. 52. ſqq. *Egrediens*, inquit, *poenitens de loco, ubi poenitentiam geſſit: & in gremio praeſentatur eccleſiae, proſtrato omni corpore in terra: & poſtulat in his verbis Diaconus.* ADEST, VENERABILIS PONTIFEX, TEMPUS &c. quibus nempe expoſcit a Pontifice diguam pro

poenitente abſolutionem. *Poſt hoc admonetur* (poenitens) *ab Epiſcopo, ſive alio Sacerdote, ut quod poenitendo licet, iterando non revocet* = *Inde vero has dicit Orationes Sacerdos ſuper eum*, ADESTO DOMINE &c. pias videlicet preces, quibus a Deo ardenter exorat pleniſſimam criminum indulgentiam pro poenitente. Dein pergit *Item ad reconciliandum Poenitentem*, OMNIPOTENS SEMPITERNE DEUS &c. aliae injunguntur preces pro eadem venia obtinenda a Domino. Praeſcribitur tandem *Oratio poſt reconciliationem, vel poſtea quam communicaverit*, DEUS QUI CONFITENTIUM &c. Iis quidem abſolvitur eccleſiae romanae tum temporis reconciliatio ſollemnis, cujus eoſdem fere ritus pleraeque deinceps exceperunt eccleſiae, uti teſtantur varia perantiqua Ritualia apud citt. *Maurin.* & *Marten.*

Quod ſi ad poſteriora tempora deſcendamus, ac Ordines romanos conſuluerimus recentiores, alios plane videris apud romanam eccleſiam in Reconciliatione ritus, ac illum praecipue, quod penitentes ante Miſſarum ſollemnia reconciliarentur. Recole *Ordinem romanum* Hittorpii a p. 51. ad 56. tum *Ordinem* X. Mabillonii n. 30. p. 110. & *Ord.* XIV. authore Jacobo Cajetano n. LXXXIII. p. 354. ipſumque *Mabillon.* comment. praevio in ord. rom. §. XI. p. LXX. Alios plurium eccleſiarum occidentalium ritus exhibent in poenitentialibus earum Ordinibus toties laudati *Morin. Marten. Menard.* quibus addito alios recitatos ab eodem *Marten.* de antiq. eccl. diſcipl. in div. cel. off. c. 22. & ritus Moz-arabum ex eorum Miſſali ap. Leſleum proxime cit.

Apud eas vero inter frequentiores hac in re ceremonias iſtae merito connumerari poſſunt; nimirum adcedebant poenitentes humillimi, ſacco & cilicio induti, & caput cinere conſperſi; fundebantur a clero preces, quas in terram illi proſtrati audiebant; recitabantur Pſalmi ſeptem poenitentiales; fiebat ſuper ipſos ab Epiſcopo vel Presbytero impoſitio manuum; Epiſcopus ex ambone cum benedictione plenaria eos abſolutione donabat; & quidem ſub formula plerumque deprecante, rarius vero indicante; ad aram ſacroſancta Euchariſtia reficiebantur: quod poſtremo & maximo argumento erat, eos ita cum Chriſto Domino reconciliatos ſancte in poſterum cum eccleſia Chriſti communicare.

Plura in haec ferme ſingula diſputant Authores cum *Albaſpin. Morin. Menar. Sala*, *Marten.* quae diſcutere non vacat. Unum, ceteris miſſis, obſervandum monemus: quod nempe abſque ulla in ſacram doctrinam & antiquam diſciplinam eccleſiaſticam injuria ſubſtineri poſſit, olim formulam ejuſmodi abſolutionis poenitentium fuiſſe ut plurimum deprecantem, qualem exhibent plerique Codices liturgici apud citatos Scriptores, una cum noſtro, quod exponimus, documento: illa quippe ſacramentalis non erat, impertiens peccatorum veniam, ſed nude tamen eccleſiaſtica, poenitentes ab inflictis cenſuris, aliiſque poenis immunes reddens. Liberum autem ecclc-

cleſiis erat formulam ſeligere, quam opportuniorem judicarent ad eam reis concedendam indulgentiam. Sed de iis fuſius differendi locus erit ubi de abſolutione ſacramentali. Circa reconciliationem poenitentium conferendi *Authores* hoc capite laudati, quibus adde ſis *Cangium* in gloſſar. art. *Reconciliari*, cit. *Bingham.* l. 19. c. 1. & 2. *Robert. Sala* in Bonam rer. lit. l. 1. c. 17. in t. 1. a p. 355.

17 *Pro eis qui de diverſis haereſibus veniunt.*

Sancte Pater omnipotens Deus, qui famulum tuum ab errore hæreſeon dignatus es eruere.... immitte in eum Paraclitum Spiritum tuum ſanctum ſeptiformem, Spiritum ſapientiae & intellectus, conſilii & fortitudinis, ſcientiae & pietatis: adimple famulum tuum Spiritu timoris Dei. Per.

Ex eod. lib. 1. Sacram. R. Eccl. in Sabbato S. post benedictionem fontis sub §. lxxxvi. (ap. cit. *Thomaſ.* t. 6. p. 105.)

Oratio haec (quae rurſum praefert infuſionem gratiae remittentis peccata, una cum immiſione, ſeu donatione vera ejuſdem Perſonae Paracliti Spiritus) aliam omnino parem excipit in eodem codice recitandam in *Benedictione ſuper eos, qui de Arriana ad catholicam redeunt unitatem*. Quin etiam conſimilem deprecationem duplicem praeſcribit Gellonenſis codex annorum circiter 950. ap. *Marten.* de ant. eccl. rit. l. 3. c. 6. p. 451. unam videlicet recitandam in *Benedictione ſuper eos qui de diverſis haereſibus veniunt*, alteram vero in *Reconciliatione redeuntibus a paganis*. Ipſas demum *Morin.* de ſacr. poenit. l. 9. c. 10. ſub fin. p. 643. excerptas ex antiquiſſimis mſſ. Petaviano, Siculo, Toloſano recitavit. Quin immo haec eadem formula ubique olim obtinebat, uti mihi videor apertiſſime conjicere ex epiſt. 1. Siricii P. ad Himer. cap. 2. ubi haec ſcribit „ nos cum Novatianis, aliiſque haereticis, ſicut eſt in Sy„ nodo (Nicaena I. can. 8.) conſtitutum, per invocationem ſo„ lam septiformis spiritus, epiſcopalis manus impoſitione, catho„ licorum conventui ſociamus, quod etiam totus Oriens. Occiden„ ſque cuſtodit „. Quid vero ſit, quaeſo, invocatio *ſeptiformis Spiritus*, niſi donorum ſeptem, quorum ſuperna infuſio Spiritui ſancto adtribui conſuevit? Nobiſcum id ipſum interpretatus eſt *Couſtant* in epiſt. Rom. Pont. in Stephano I. in adjecta diſſ. n. 19. col. 241.

Nihil profecto Eccleſiae magis optandum & promovendum, quam donis ut ſuis Septiformis Spiritus id genus poenitentes adfatim cumularet: quid enim iis hominibus ad vomitum pronius? quid autem contra donis illis animo inhaerentibus validius ad eos

in ſancto propoſito continendos? Conf. cit. *Couſtant* in praefata diſſ. col. 244. n. 22. ſq.

Jam vero adlatae precum formulae antiquam nobis refricant diſciplinam de reconciliatione haereticorum in ſinum eccleſiae Chriſti redeuntium. Haec autem pro varia eccleſiarum conſuetudine multiplex fuit; at ubique tamen lenior, quam fuerit aliorum, de quibus ſupra diſſeruimus, poenitentium diſciplina, & quandoque quantum ad aliquot ritus apud pleraſque omnes eccleſias ferme eadem; e. c. quoad priſtinorum errorum abjurationem ac verae fidei profeſſionem, etiam nonnunquam ſcriptis traditam; quoad baptiſmum ſolitis ceremoniis eo nequaquam tinctis collatum, conſtanter vero iis negatum, qui vel intra vel extra eccleſiam eum legitime ſuſcepiſſent; quoad impoſitionem manuum ſuper converſos effuſis ad Deum precibus; quoad unctionem ſacri chriſmatis. Ii quidem ritus in receptione haereticorum frequentiores, quemadmodum diſcimus abunde ex *Cypr.* epiſt. 71. ad Quintum, *C. Nicaeno* can. 8. *Siricio* proxime cit. *Euſeb.* hiſt. eccl. l. 7. c. 2. *C. Arelat.* I. can. 8. interprete Merlino, *Stephano* P. ap. Cypr. epiſt. 74. *Leone* P. I. epiſt. nunc 1. & 2. & aliis ſaepe numero, *Gregor.* M. l. 9. epiſt. 61. ad Quirin. & reliquos Hiberniae Epiſcop. & ex perpluribus, quorum cenſum & verba dabunt *Morin.* & *Marten.* proxime laudati; ille nempe l. 9. c. 7. ſqq. a p. 627. iſte vero l. 3. c. 6. per tot. e quibus inſuper edoceberis alios in receptione haereticorum ritus a communibus diſcrepantes pro diverſa perſonarum, aut errorum, ſectarum ve rejectarum qualitate, ſeu conditione.

Scio equidem ex capitibus, quae vetuſta haec diſciplina complectitur, nonnulla emergere implexa dubia circa celeberrimam illam diſputationem inter Stephanum P. & Cyprianum de modo recipiendi haereticos, tum alia quae iterationi Baptiſmatis & Confirmationis nimium favere videntur. At ea nos *inferius* ceu in ſede propria diſcutiemus ubi de hoc duplici Sacramento ſermonem inſtituerimus; interim vero Eruditis ventilanda relinquimus: ea praeſertim quae in recentiorem apud Graecos ritum diſputantur ab *Arcud.* de concord. l. 2. c. 18. *Goar* in euchol. a p. 886. & *Morino* l. 9. c. 9. a n. 13. qui nempe ritus, iterationem Confirmationis ſubolere viſus, conflatus vulgo dicitur e regulis cujuſdam *Methodii* Patriarchae Conſtantinopolitani, videlicet Methodii illius ſanctiſſima vita functi ſub ann. 847. ap. *Baron.* ad hunc an. n. 21. quem ſine examine ſequuntur *Goar* cit. & *Bolland. Socii* in vita S. Methodii ad 14. Jun. t. 2. p. 972. n. 19. minime vero Arcudius & Morinus, quibus nempe illa quae ſub nomine Methodii circumfertur de recipiendis a fide apoſtatis conſtitutio, aut S. huic Methodio ſuppoſita eſt, aut maxime adulterata. Eos conferas, & judex eſto.

Saepius laudati Codices ſanctum dogma confirmant, illuſtrantque: tum alii, qui conſuli poſſunt ap. cit. *Thomaſ.* t. 6. p. 84. col. 2. Ce-

2. *Goar* p. 619. *Mabill.* p. 268. col. 2. *Murat.* t. 1. col. 310. n. 38. col. 319. sub fin. col. 358. n. 10. col. 365. & 382. n. 44. col. 397. n. 9. col. 482. §. *Vere*.

LIBER TERTIUS

De Merito.

456 DE Merito theologico, quod utraque parit gratia, Dissertationem instituimus; de merito videlicet hominis apud Deum in ordine ad supernaturale praemium vitae aeternae: *quos enim vocavit, hos & justificavit, quos autem justificavit, illos & glorificavit*, ex *Rom.* 8. 13. Gratia etenim quos vocando sanctos efficit, sanctificatos evehit ad coronam. Ejusmodi exsistentia meriti generatim adcepti fide sancta est ex *Scripturis*, cum *Eccl.* 16. 15. *Ps.* 61. 13. *Sap.* 3. 5. *Matth.* 5. 12. *Luc.* 6. 23. & 20. 35. & 2. *Thessal.* 1. 5. *Apoc.* 2. 10. & 3. 11. Tum ex *PP.* cum *Ignat.* (*f*) *Justin.* (*g*) *Orig.* (*h*) *Chrysost.* (*i*) *Nyss.* (*k*) *Hilar.* (*l*) *Ambr.* (*m*) *Aug.* (*n*) *Greg.* (*o*) *Bern.* (*p*). Quibus adde *Trid.* (*q*) Nec deest quidem, natura duce, verisimilis conjectura. Quippe in humanis negotiis illustrium virtutum obsequia per se se laudis & praemii mercedem sibi vindicant erga homines: id ipsum itaque jure dixeris competere supernis obsequiis erga Deum. (*r*). Jam vero antequam ad ulteriora progredimur, errores in ipsum Meritum effusos recensere par erit.

PROLUSIO POLEMICA

HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Meritum theologicum.

457 SUpernum boni operis Meritum, quod utraque progermi- HISTORIA
nat in nobis gratia, multiplici telorum ictu cujusque fe- POLEMICA.
re aetatis homines ausi sunt impetere: quo minus quidem sapientes sibi met eximium illud denegarunt decus & lucrum, quo natura utriusque gratiae juvamine ac ornamento praeditata comparare potest, bono nempe opere, quod a supremo Remuneratore supernum exigat praemium. Ex iis vero nonnulli in rationem meriti pene generatim invecti sunt; alii autem peculiaribus quibusdam operibus piis contra sensum Ecclesiae, immo & naturae, ipsam meriti rationem adimendam esse imperite connisi sunt. Eorum turbam magnam in scenam educimus. Itaque Ex

(*f*) Ep. ad Rom.
(*g*) Apol. 2.
(*h*) L. 2. in epist. ad Rom.
(*i*) Hom. 4. de Lazaro.
(*k*) Orat. 1. de amandis pauper.
(*l*) In Matt. can. 6.
(*m*) L. 1. de Offic. c. 15.
(*n*) L. de morib. Eccl. c. 25.
(*o*) L. 4. mor. c. 42.
(*p*) Ser. 68. in Cant.
(*q*) Sess. 6. cap. 16. una cum can. 26. & 32.
(*r*) Conf. *Suar.* de grat. l. 12. c. 1. & *Mun.* de grat. d. 23. §. 2.

Ex variis Perſonarum Claſſibus

I. *Anonymi* quidam „ etiam temporibus Apoſtolorum non intel. „ lectis quibuſdam ſubobſcuris ſententiis apoſtoli Paulli, hoc eum „ arbitrati ſunt dicere, *faciamus mala ut veniant bona*, quia dixe. „ rat, *lex ſubintravit ut abundaret delictum, ubi autem abundavit de.* „ *lictum, ſuperabundavit gratia* (*Rom.* 3. 8.) Quod ideo verum „ eſt, quia legem adcipientes homines, qui de ſuis viribus ſuper. „ biſſime praeſumebant, nec divinum adjutorium vincendarum ma- „ larum concupiſcentiarum recta fide impetrantes, pluribus gra- „ vioribuſque delictis etiam lege praevaricata onerati ſunt: ac ſic „ magno reatu compellente confugerunt ad fidem, qua miſericor- „ diam indulgentiae mererentur....

„ Quum ergo dicit Apoſtolus *Rom.* 5. 1. arbitrari ſe juſtificari „ hominem per fidem ſine operibus legis, non hoc agit ut perce- „ pta ac profeſſa fide opera juſtitiae contemnantur, ſed ut ſciat ſe „ quiſque per fidem poſſe juſtificari, etiamſi legis opera non prae- „ ceſſerint. Sequuntur enim juſtificatum, non praecedunt juſtifican- „ dum... Quoniam ergo haec opinio tunc fuerat exſorta, aliae apo- „ ſtolicae epiſtolae, Petri, Joannis, Jacobi, Judae contra eam ma- „ xime dirigunt intentionem, ut vehementer adſtruant fidem ſine „ operibus non prodeſſe, ſicut etiam ipſe Paullus non qualemlibet „ fidem, qua in Deum creditur, ſed eam ſalubrem planeque evan- „ gelicam definivit, cujus opera ex dilectione procedunt: *& fides*, „ inquit *Galat.* 5. 6. *quae per dilectionem operatur*....

Haec plane aurea *Auguſtinus* (*s*) quibus profecto, una cum proxime inſequentibus toto eo capite & palmarem errorem prodit, & opportunum tanto malo paravit antidotum, & oppoſitum dogma egregie comprobavit, & adſertores erroris quoſlibet potentiſſime convellit. (*)

II. *Si-*

(*s*) In lib. de fide & operibus cap. 14. ubi & in idem argumentum ſe remittit ad ſuum prolixum librum de litera & ſpiritu.

ADNOTATIO.

Sanderus de viſib. Monarch. eccl. haereſi 2. & *Coccius* in theſauro cath. t. 2. l. 2. art. 2. p. 224. ad an. Ch. [illegible] nos Anonymos, quibus enarratum adſcribunt errorem, adpellitant *Pſeudo-Apoſtolos*, quaſi ſectam peculiarem a ceteris Heterodoxorum ſectis diſtinctam conſtituentes.

Ceterum *Auguſtin.* nec ubi proxime laudatus eſt, nec in lib. de haereſib. ejuſmodi ſectam refert; nec eam inſuper commemorant veteres Haereſeologi, puta *Iren. Philaſtr. Epiphan. Theodoret.* quibus porro eam, ſi exſtitiſſet, non innotuiſſe quis prudens adſerat?

Itaque Pſeudo-Apoſtoli vulgo dicebantur generatim & dici poſſunt quicumque doctrinam quamlibet Apoſtolicae contrariam profiterentur. Quo quidem ſenſu *Hegeſippus* relatus ab *Euſeb. hiſt.* l. 4. c. 22. & *Niceph.* l. 4. c. 7. loquutus primum de primoribus haereticorum Patriarchis Simone, Cleobio, Gortheo, Masbotheo, ac ſimilibus, dein adjicit:

„ Ex iis orti ſunt Pſeudochriſti, Pſeu- „ doprophetae, Pſeudoapoſtoli, qui adul- „ terinam invehentes doctrinam adverſus „ Deum & adverſus Chriſtum ejus unita- „ tem Eccleſiae diſciderunt „.

Anne vero inter eos, de quibus heic univerſim ſermonem inſtituit Auguſtinus, Si-

II. *Simon* Samarita Magus insania, deliriisque abreptus ajebat, liberum hominibus esse ut agerent quaecumque vellent, nec exstimescendas esse legis minas, quoniam secundum gratiam ipsius, & Helenae, vel Silenes ejusdem scorti salutem adepturi erant homines, non secundum opera justa: addebat, iniquam esse servitutem, quod hominibus vacandum sit bonis, honestisque operibus. (*t*) Videlicet & se pro Jove aut Messia & Servatore mundi reputandum esse animo insolenti, vel potius amente decrevit, & Helenam suam pro Minerva, seu virtutum superarum productrice. (*)

III. *Va-*

Simon quoque Magus adnumerandus sit? Non abnuerim quidem. Et fortasse Augustinus, quod eum etiam inter illos quos perstrinxit, tacite intenderit, quum in lib. de haeres. Simonem producit, praefatam haeresim in eo reticet. Utut vero sit de mente Augustini, en illum tibi in scena errantem, ceu pluribus iniquum ducem.

(*t*) Conf. *Iren.* l. 1. c. 20. *Theodoret.* haeret. fabul. l. 1. c. 1. *Nicet. Choniat.* in thesauro l. 4. c. 1. *Cozzam* in lib. S. Aug. de haeres. cap. 1. a n. 180. p. 78. sqq. ubi errorem acerrime perstringit.

ADNOTATIONES.

(*) I. Diximus jam de hoc Errone ad Tom. I. p. 324. sqq. Sed & alia pro elucidanda uberius causa Simoniana hoc loci opportune subjicienda duximus.

Primum itaque iis profecto, multisque paribus veteratoris promissis, decretisque incauti Samaritanorum plerique fidem praestabant; ille utique perfida usus magia, praestigiis, dolis & fallaciis, quibus species quaedam prodigiorum inerat, potestatem sibi datam esse calamitatibus quibus homines vulgo vexantur, medendi vehementer persuadebat ex *Act.* 8. 9.

Ea quippe aetate Cyri, Persae, ceteriqne populi Orientales autumabant, quidquid aerumnarum hominibus eveniret, a geniis severe in hoc mundo dominantibus, & felicitati humani generis invidentibus ortum ducere, quos tamen qui magi vulgo vocabantur possent certis verbis, ritibusque comprimere & ab hominibus depellere. Heinc vero non modo Simon, sed ejus pariter discipuli ex institutione tanti magistri sese magiae peritissimos praedicabant, impetusque pravorum daemonum frangere dictitabant carminibus & aliis ineptiis ex *Iren.* lib. 1. c. 23. §. 4.

Quod autem exinde scelestissimus homo habitus sit apud plurimos, nedum apud imperitum vulgus Servator mundi, qualem se se impudentissime jactabat, ex iis quae *supra* disputavimus ad Tom. I. p. 324. sq. plane constat ex laudibus & honoribus pene divinis, quibus adsectae, Samaritae praesertim ducem suum prosequuti sunt & civem ex *Justino* in apolog. 2. & in dial. cum Tryph. tum ex *Euseb.* hist. l. 2. c. 13.

Nolim vero eos inter honores indubitanter referas statuam illam, quam Romani auctoritate Claudii Imp. & Senatus erexisse Simoni tanquam Deo dicuntur in *amne Tiberi inter duos pontes*, hoc est ad Insulam Tiberinam, hac decoratam Inscriptione, SIMONI. SANCTO. DEO

Haec porro disertis verbis tradidit *Justin.* in apol. 2. quo cum deinde tota ferme Antiquitas consentit post *Iren.* l. 1. c. 23. & *Cyril.* Hieros. catech. 6. §. 14. edit. Touttée, quibus adhaeret numerosa recentiorum cohors cum *Tillemont.* in monum. ad hist. eccles. t. 2. par. 1. & *Styano Thirley* Anglo in notis ad opera Justini.

Et immerito quidem videtur negari posse fidem Justino sic loquenti ad Senatum II. in apologia publica, & Urbem tum incolenti ubi & ipse statuam, si palam exstaret, poterat centies perspicere ac examinare, & tanquam impostor, si re ipsa non esset erecta, poterat extemplo coargui: nefas autem videtur Justinum in re tam aperta negligentiae, vel insciticae, vel impostorae adcusare.

Nihilo tamen secius Eruditorum recentiorum complurimi cum *Anton. Vandale* in lib. singulari de statua Simonis, *Salom. Deylingio* observat. sacrar. l. 1. observ. 33. *Blondello* de Sibylla c. 22. *Desiderio Heraldo* in

III. *Valentiniani* docebant, continentiam, aliaque bona opera non ſibi, utpote ſpiritalibus, ſed nobis ut pſychicis aut carnalibus ad

in Arnob. & Tertull. *Ittigio* diſſ. de haereſ. ſeculi I. c. 1. *Valeſio* ad Euſeb. l. 2. c. 13. *Petavio*, *Ciaconio*, *Rigaltio* ap. & cum *Pluchetо* hiſt. de haereſ. ubi de Simone, *Moſhemio* inſtit. hiſt. chr. maj. ſec. 1. par. 2. hiſtoriae ſectar. c. 5. §. 12. pro certo habentes, veritatem omnibus Patribus & univerſa antiquitate majorem & ſanctiorem eſſe, Juſtino refragantur.

Eo maxime quod an. 1574. Romae eodem ipſo loco quo Juſtinus hanc viderat ſtatuam, marmorea baſis effoſſa eſt cum hac epigraphe SEMONI. SANCO. DEO. FIDIO. SACRVM (addit cit. *Pluchet.* SEX. POMPEIVS. SP. L. COL. MVSSIANVS. QVINQVENNALIS. DECVRIO. BIDENTALIS. DONVM. DEDIT). Unde colligunt, Juſtinum romani idiomatis non ſatis peritum, deceptum eſſe, ſibique temere perſuaſiſſe decretam Simoni Mago fuiſſe ſtatuam hanc, quae Semoni Sanco populi Sabini Deo conſecrata erat.

Addunt, Juſtini ſententiam aegre conſtare cum illa perplurium cum veterum, tum recentiorum de tragica Simonis morte; quod nempe Simon Romae ſub Claudio vel Nerone promiſerit populo ſe ſe per aërem volaturum eſſe, quo divinae virtutis ſuae ſpecimen ederet clariſſimum; at precibus tamen ſuis Petrus effecerit ut novus ille Icarus repente praeceps delaberetur & paullo poſt ex adceptis vulneribus animam efflaret. Ita ſiquidem poſt *Arnob.* forte primum omnium, l. 2. adv. gentes, tenuerunt *Theodoret.* *Ambroſ.* *Iſidor.* alii ap. *Tillemont.* in monum. ad hiſt. eccl. t. 1. par. 2. in hiſt. S. Petri c. 34.

Verum ab iis recentiores Eruditi ferme omnes haud immerito diſſentiunt cum *Beauſobr.* hiſt. Manich. t. 1. l. 2. c. 5. *Ittigio* de haereſiarch aevi apoſt. ſect. 1. c. 2. *Pluchetо* & *Moſhem.* citt. exinde praecipue quod rem adeo memorabilem nec ignoraſſent plane, nec tacuiſſent primores Patres, ut puta Juſtinus, Irenaeus, Tertullianus, Euſebius, aliique chriſtiani nominis Apologiſtae.

Iam ſi ſententia illa de tragaedia ſimoniana tenenda ſit, fieri neutiquam poteſt ut homini publice ſic decipienti atque decepto divinos honores Romani tribuerint, & tanquam Deo ſancto ſtatuam conſecrarint.

Iis vero haud levia quidem reponi poſſunt. Principio enim quod baſis Deo Fidio ſacra in Tiberina inſula jacuerit, minime tollit quominus alibi eadem in inſula erecta pariter fuerit Simonis ſtatua, illa quem indicavimus titulo baſi conſimili adjecto inſignita: quis haec jure inficias iverit? Ut ergo credam hanc itidem inter duos pontes non exſtitiſſe, teſtimonio adfirmante opus eſt, quo Juſtini adſerentis teſtimonium invicte convellatur, quod quidem undenam extundi poſſit, nemo plane dixerit. Ut mittam difficillime credi poſſe Juſtinum aut indiligentem, aut egregie adlucinatum eſſe quum etiam atque etiam non perlegeret τὸ FIDIO, ſi in Titulo quem putabat Simoni ſacrum, exſtaret re ipſa: niſi forte jam tum Juſtini aetate ſtatua Simonis evanuiſſet, remque ſanctus Doctor adcepiſſet ex aliis teſtibus.

Quod autem haec opinio cum illa de morte tragica Simonis non cohaereat, nodus eſt ab iis qui utramque tueri amant extricandus. At enim nec nodus iſte inſolubilis cuipiam videatur. Nimirum fieri quam optime potuit ut ethnici Romani Simoni ſeſe Deum aut virtutem Deo proximam praedicanti, viſis ejus praeſtigiis portentorum praegrandium ſpeciem redolentibus, eum Deo ſtatuam decernerent ante tragicum ejus obitum. Iis quippe nec eorum temporum chronologiam, nec aliud quodpiam cauſſae Simonianae adjunctum obſtare video.

Anne vero poſt fatalem hominis tragaediam erecta illi ſtatua dicenda eſt? Nec item abnuo. Quippe quum perſpicue ſatis non ferat Juſtinus auctoritate Claudii & Senatus decretam eſſe ſtatuam, conjectura veriſimili dici poteſt, exſtructam illam eſſe labore ac ſtudio Romanorum adſeclarum Simonis, qui nempe novis praeſtigiis vulgus faſcinantes ejus conſenſum extorſerint, ut ſtatua erecta (tolerante Senatu) deplorandam Magiſtri tragaediam vindicarent. Quod vero tot Authores rem adeo praeclaram ſiluerint, argumentum negans eſt, quod adfirmans ex veteri Arnobio non infringit.

Haec autem nobis (tamẽſi in opinionem pro ſtatua Simoniana valde propendentibus) eruditionis ergo delibaſſe ſufficiat, ut unuſquiſque in re obſcuriſſima pro arbitrio judicium ferat.

II. Quod Helenam ſpectat tanto commendatam honore, cunctiſque commendandam

ad salutem esse necessaria. (*u*) Heinc „ qui apud illos sunt perfe-
„ ctissimi quidquid divinis legibus est prohibitum sine metu perpe-
„ trant.

(*u*) Author est *Irenae.* l. 1. c. 1. n. 11.

dam ex adducto Simonis placito plerique sunt e recentioribus Eruditis, qui documentis veterum freti contendunt, hominem in hoc commendationum genere Philosophum agere, ac stilo uti, sensuque figurato atque poëtico, adeo, ut quum Helenam nominat, haud intelligat personam Helenae sconti sui, sed vel mentem rationalem, vel humanam rationem, vel Lunam coeli, vel divinam sapientiam, vel divinam quamdam virtutem (secundum varia Interpretum placita) in corpus ejus mulieris detrusam, quam ex dogmatibus Simonianorum Spiritum Sanctum dixit Epiphan. hoc est excellentissimum ac pene divinum.

Heinc autem pluribus studet doctrinae simonianae dogmata congerere, e quibus systema conficiant ac Simoni Philosopho adscribant de notione materiae, de creatione & gestis geniorum ac de aliis id genus, doctrinae veterum Philosophorum Orientalium maximam partem consentaneum. Quibus profecto carpunt Doctores ecclesiasticos, quod relate ad Helenam Simonem, quem non intellexerant, erroris traduxerint. Haec multis commentatur laudat. *Mosheim.* §. 14.

Quid tum vero? Plane creditu facillimum est, hominem obscoenissimum meretricis Tyriae perpetuae sibi comitis ardenti amore captum, in eam directa facie conjecisse quidquid ineptiarum erga Helenam, hoc expresso nomine, effutisse dignoscitur; scimus enim ex vulgato priscorum Sapientum adagio, quod „ amare & sapere „ nec „ diis ipsis conceditur. „

Fieri item potuit, ut quae potissima de sexu muliebri ferrent & dogmata Philosophorum, & Poëtarum fabulae, de Helena sua in maximam ejus commendationem discipulis intelligenda proposuerit. Quod autem quandocumque in dogmatis suis verba Simon faceret Helenam nominans, philosophice ac poëtice alio mentem intendens loqueretur, mihi mera ominatio est, quam tot, tamque diversae interpretum recentiorum plane ominantium circa mentem Simonis conjecturae confirmant satis.

Sed enim, esto, philosophice loquutus sit, ut ajunt, ex doctrina Philosophorum Orientalium. At illa tamen doctrina quid aliud esse deprehenditur quam nugarum, commentorum, ineptiarum, errorum colluvies? Jure igitur quae homo insanus circa Helenam philosophatur, Haereseologis nostris tanquam errores intolerandi exsibilantur. Qui ejusmodi ominantium speculationibus eruditis & acutis delectaris, adeas cit. *Mosheim.* §. 14.

III. Laudatus idem Cl. V. *Mosheimius* §. 12. probare nititur operose, Simonem non fuisse caput & principem omnium Ecclesiae militantis Christi Domini haereticorum, qualem eum *supra* depinximus cum *Irenaeo* & Patrum veterum chora ad Tom. I. p. 324. sq., immo nec christianum, nec haereticum, seu corruptorem christianae religionis; quoniam, inquit, & fuit & omnibus habitus est adversarius Christi, cujus propterea nomen nuspiam professus legitur.

Enim vero si litem de nomine nolit vir eruditus cum priscis Patribus instituere, vulgatissimae eorum usurpationi nominis cedat oportet. Patribus autem *haereticus* simpliciter fuit qui postquam suscepto baptismate, vel alio quopiam pietatis signo Christum confessus esset, in opinionem dogmati fidei adversam sciens prudens dilaberetur, quo videlicet nomine Patres ipsi distinguerent eorum infidelitatem, qui a recepta desciverant, ab infidelitate Judaeorum & Paganorum, qui nunquam fidei Christi nomen dederant. Recole quae hanc in rem scripsimus in cit. Tom. I. p. 351. n. 194.

Jam quod Simon & adcepto baptismo & aliis pietatis signis editis Christum aliquando confessus sit, liquet ad evidentiam ex *Act.* 8. 13; quod insuper postmodum a fide ad infidelitatem prorsus exsecrandam proruerit, ostendunt satis antidogmata ab eo procusa, novae sectae conditore, & omnium quidem primo, uti antiquitas universa nos docet. Quid ergo in hoc homine desideres, ut sit & jure dicatur *haereticus & caput haereticorum omnium*, qui post Christum ejus Ecclesiam vexarunt?

Sed ulterius, scio, Mosheimius optat, ut nempe Simon cum alumnis sectae suae nomen Christi saltem exterius profiteretur, hoc est se se christianum ostenderet & Christi dogmatum adsectatorem. At haec gratis optat, ut notionem *haeretici* pro arbitrio sibi fin-

„ trant. Nam & gentilium festa celebrant, & immolatis vescun-
„ tur, & voluptatibus serviunt, & scelera omnia indiscriminatim
„ admittunt „. (x) En tibi quos pariat fructus immanis haec haeresis.

IV. *Eunomius* dignus Aëtii discipulus „ fertur etiam usque adeo
„ fuisse bonis moribus inimicus, ut adseveraret, quod nihil cuique
„ obesset quorumlibet perpetratio ac perseverantia peccatorum, si
„ hujus, quae ab illo docebatur fidei particeps esset „ (y) (*)

V. *Anonymi* sub IV. Seculum vigentes nobis ab *Augustino* pro-
ducuntur (z) in haec verba „ Interea missa sunt mihi a quibusdam
„ fratribus, laicis quidem, sed divinorum eloquiorum studiosis, scri-
„ pta nonnulla, quae ita distinguerent a bonis operibus christianam
„ fidem, ut sine hac non posse, sine illis autem posse perveniri
„ suadeantur ad aeternam vitam „ Iis vero sic enormiter a vero aber-

fingat adversus antiquissimam nominis usurpationem.

Esto tamen, sed & optatis Eruditi Viri praesto adest *Epiphan.* haer. 21. haec sub init. docens de secta Simonis „ quae quidem secta
„ non recte atque ordine christianum no-
„ men usurpat „ & paucis interjectis, de Simone ipso „ is sub christiani nominis specie,
„ tanquam veratro mel admiscens, sic illius
„ adpellationis splendori lethale venenum
„ infudit, idque iis obtulit, quos fraudu-
„ lenter captatos, & impium hunc in erro-
„ rem pertractos in exitium adduxit „ Haec restanti Epiphanio fidem dare recusat Moshemius, at iis tamen usus conjecturis, quae vel ne leviter quidem, me judice, Epiphani evertunt testimonium.

Postremo ex proverbio sensuque nostratum Doctorum omnium, quem ab antiquitate comparavimus, nomine *christiani* simpliciter is censetur, qui sacra baptismatis unda tinctus est; ac ille insuper *corruptor religionis christianae* simpliciter habetur, qui doctrina falsa Ecclesiae alumnos subvertere intendit. Haec autem duo quum aperte pateant in scelestissimo hominum Simone, hunc Moshemius, si nolit, insolenter abjecta tanta virorum bene sapientium auctoritate, novitias cudere notiones, confiteri tenetur & christianum, & religionis christianae corruptorem.

IV. Dicitur Simon plura contra fidem christianam pervulgasse, quae praenotavit *Contradictiones*. Nonnulla eorum fragmenta recensuit *Gravius* in spicileg. PP. p. 305. Anne vero haec plane sincera sint reputanda, viderint alii.

(x) Haec *Theodoret.* cit. l. 1. c. 7.

(y) *Augustin.* de haeres. c. 54.

ADNOTATIO.

(*) Occius & Cozza proxime laudati *Hieronymum* adducunt attribuentem expresse ipsam Eunomio haeresim in commentar. in Oseam lib. 1. cap. 4. Et vero ibi S. Doctor Eunomium conceptis verbis minime adpellat, sed duntaxat haereticos generatim, in impiissima Eunomii opinione usuque versatos.

En *Hieronymi* effatum in illud Oseae, *secundum multitudinem eorum sic peccaverunt mihi* &c. „ De Haereticis facilis intelligen-
„ tia est. . . . quum enim viderint aliquos de-
„ linquentes, ajunt, nihil aliud quaerit
„ Deus nisi fidei veritatem, quam si cu-
„ stodieritis, non curat quid agatis. Haec
„ enim discentes in iniquitatibus eorum sub-
„ levant animas eorum, ut non solum non
„ agant poenitentiam, nec humilientur,
„ sed gaudeant in sceleribus suis & erecta
„ cervice gradiantur, Unde & populus &
„ sacerdos & hi qui docti sunt & hi qui do-
„ cuerunt pari judicio constringentur „

Haereticos quidem iterum iterumque sub eodem capite insectatur *Hieronymus*; at nullibi tamen Eunomium aperte nuncupat, esto fortasse tunc temporis Eunomiana haec haeresis misere debaccharetur. Quare peperam polemicus Doctor heic in testem adfertur.

(z) Lib. 2. Retract. cap. 38.

aberrantibus respondit *Augustinus*, ut idem proxime citatus testatur, libro illo in hanc rem celeberrimo, quem praenotavit, *de fide & operibus*.

VI. *Praedestinatiani* ad an. 415. „ dicebant, quod nec pie vi„ ventibus prosit bonorum operum labor, si a Deo ad mortem „ praedestinati fuerint; nec impiis obsit quod improbe vivant, si „ a Deo praedestinati fuerint ad vitam „ (*)

VII. *Pelagiani* eam meriti rationem commenti sunt, ut tanquam palmare factionis dogma statuerint, operationem a libero merae naturae arbitrio profectam mereri divinam electionem ad gratiam & ad gloriam. Quin immo *Augustinus*, aliique *Patres* Pelagiani summam erroris hoc perbrevi effato comprehendere consueverunt, *gratiam & regnum Dei secundum meritum hominum dari*. Hucque iidem referunt gratiae auxiliantis, remissionis peccatorum, & coelestis beatitudinis dispensationem. (**)

ADNOTATIO.

(*) ITa *Coccius* in loco proxime adlato, qui & Praedestinatianos in sanctum dogma Erronibus adnumerat & recitatum articulum inter alias ex doctrina eorum excerptas haereses absque cunctatione recenset: fretus utique authoritate *Sigeberti* in chron. de an. 415. & *Bernardi Lutzemb.* de haeresib.

Ceterum quid, praetermisso problemate de obscura ejusmodi Praedestinatianorum secta, sentiendum doctis sit de proposito articulo, si recte exponatur, simulque qua utendum cautione quum de eodem articulo sermo inciderit, satis superque *supra* ostendimus & commonuimus in Tom. II. p. 306. sq. in Adnotationibus. Ea recole & istuc adplica.

ADNOTATIO.

(**) HAec de doctrina primaevorum saltem Pelagianorum manifesto liquent ex interpretatione in epist. ad Romanos Pelagio tributa, capitibus a Synodo Palaestina eidem Haeresiarchae objectis, commentariis SS. Augustini & Hieronymi pelagiana dogmata concernentibus, ceterisque documentis in causam Pelagianam congestis ab Scriptoribus historiae Pelagianae saepius laudatis, ubi praesertim iis incidit sermo de erroribus Pelagianorum.

Porro secundum vulgatiora factionis dogmata, varia sunt gratiae genera, quae ipsa sibi frequentius propugnanda suscepit. In *primo* videlicet genere fuit ipsis natura & liberum arbitrium huic insitum in hominis conditione. Et hanc ajebant esse praecipuam gratiam, maximeque necessariam. Conf. *Aug.* l. de haeres. c. 88. & epist. 90. 94. 95. ac *Hieron.* epist. ad Ctesiphont.

In *secundo* peccatorum remissio ex *Aug.* l. de grat. Chr. c. 2. 37. 38. & l. de grat. & lib. arb. c. 6. 13. & l. 3. cont. Julian. c. 23. & saepe alias. In *tertio* externa lex, praedicatio, & exemplum Christi ad imitationem propositum. Ex *Aug.* l. 1. de grat. Chr. c. 3. 38. 41. & l. de sp. & lit. c. 2.

In *quarto* interior mentis illuminatio, qua mentis oculos aperit Deus, nihil tamen in voluntate efficit, quo nempe facilius adsequatur homo quod per se alioqui difficilius obtinere sufficeret. Author est idem *Aug.* in cit. l. 1. de grat. Chr. c. 7. 10. In *quinto* regenerationis & adoptionis per baptismum dignitas. Vide ipsum *Aug.* l. 1. op. imp. c. 92. & *Prosp.* l. de ingrat. sub init.

In *sexto* demum genere eis fuit vita aeterna; videlicet beata in regno coelorum pro homine immaculato, simulque baptismate initiato, minus vero beata pro homine immuni quidem a macula peccati, nondum tamen sacri lympha lavacri regenerato. Ita nos dogma eorum exponimus, & *Augustinum* de ipso verba facientem in l. de grat. & lib. arb. c. 6.

Ex adsignatis itaque postrema quinque gratiarum genera nudae naturae meritis ipsi aliquando adscripserunt; etsi nonnunquam

VIII. *Semipelagiani* commentitiam aliam meriti rationem excogitarunt ac defenderunt. Nimirum principio ajebant initium aliquod juſtitiae & ſalutis eſſe a nobis, fidem videlicet & voluntatem quampiam ſalutis obtinendae, ex quarum merito ad gratiam Chriſti & juſtificationem deinceps promovemur: unde hoc iilis familiare proloquium, *meum eſt velle credere, Dei autem gratiae eſt adjuvare*. Certum praeterea confingebant meritum conditionatum, quo permotus Deus unumquemque ad beatitatem eligeret & ad juſtificationem; uſque adeo ut etiam parvuli ob illa merita, quae ſi vixiſſent eſſent habituri, ad baptiſmum permitterentur adcedere, quemadmodum & per ſimilia demerita conditionata ab eo rejicerentur. Bina haec capita nobis alias indicata, quae caracterem Semipelagianiſmi conſtituunt, manifeſto eruuntur ex Epiſtolis *Hilarii* & *Proſperi* ad Auguſtinum: & vulgo conſentiunt hiſtoriae Semipelagianiſmi Scriptores cum *Petav. Nat. Alex.* & *Alticot*; tum ceteri Haereſeologi cum *Gaultero*, *Sanda*, *Plucheto* ubi de Semipelagianis. (*) IX. *Jo.*

in pleriſque ſententiam mutarint, nec raro pugnantia differuerint; uti perfrequenter moris eſt apud Scholas haereticorum, quibus nec fides dux, nec vera ratio praeſidium. (Recole *ſuperius* dicta de Pelagianis p. 255. ſq. in Adnot.)

Quocirca ut facilius illorum dogmata intelligantur, leviuſqua a ſemetipſis diſcrepantia ſubjiciantur mentibus, plures cum *Nat. Alex.* ad ſec. v. cap. 3. §. 3. ſqq. multos, diverſoſque ſtatus pelagianorum circa gratiam errorum conſiderandos, tenendoſque optimo conſilio proponunt.

ADNOTATIONES.

(*) I. PErcelebri hujus factionis cauſſae ex inſtituto, ut par eſt, elucidandae, ac unica tandem oratione abſolvendae, nonnulla heic opportune ediſſerenda ſuperſunt nobis, iis adnectenda bene multis, quae de eadem factione praemiſimus ad Tom. II. pp. 153. 304. ſq. & ad Tom. III. p. 181. ſq. & ad Tom. hunc V. p. 181. ſqq. oppido recolenda.

II. Praformatores, quantum ad errorem praecipuum, Sectae, quae ex hominibus alias plerumque literis & morum integritate conſpicuis coaluit aetate Auguſtini jam Epiſcopi Hipponenſis, multi feruntur, cum ex Scriptoribus graecis, tum ex Latinis.

Videlicet ex graecis *Juſtin.* in apol. ad Antonin. Pium Imp. & in dial. cum Tryph. ac *Pſeudo-Juſtin.* in qq. orthod. q. 9. *Iren.* l. 4. c. 4. *Clem.* Al. 7. ſtrom. & ſaepe alias. *Athanaſ.* orat. cont. gentes, *Nazianz.* orat. 19. quae eſt in c. 19. Matth. *Cyril.* Al. l. 3. cont. Julian.

Chryſoſt. demum ſic effatus in hom. 18. in Joa. alias 17. „ heinc admoneri poſſumus, Deum ſuis in nos beneficiis noſtras non praevenire voluntates, ſed a nobis incipiendum eſſe „ atque hom. 12. in ep. ad Hebr. fere ſub init. „ oportet nos quippe eligere primum quae bona ſunt, & tunc ipſe (*Deus*) quae ſua ſunt introducit: non antecedit noſtras voluntates, ne laedatur arbitrium; quum autem nos elegerimus, multam tunc nobis adfert auxiliationem „.

Ex latinis inſuper *Optat.* Milev. Epiſc. l. 2. adv. Parmen. *Hilar.* Pictav. in Pſ. 118. 36. *Hieron.* l. 3. adv. Pelag. ſub init. *Ambroſ.* in epiſt. ad Rom. *Auguſtin.* ipſo teſte in l. 1. retract. c. 23. & de praedeſt. SS. c. 3. Ii vulgo Praeformatores audiunt prae primis apud Proteſtantes cum *Voſſ* in hiſt. Pelag. *Budd.* de Pelagianiſmo in eccleſia Romana triumphante, *VValch.* de Pelagianiſmo ante Pelagium.

Enim vero, ſi benignae interpretationi locus ſit, quod ii Patres priſcis temporibus ſuſceperint cauſſam liberi arbitrii multo magis ea tempeſtate ab heterodoxis oppugnati, quam fuerit gratia, nulla tum adhuc diſputatione perculſa, in cauſſa eſt ut videantur, majori ſtudio (ac fortaſſe nimio, quod uſu venire ſolet in ejuſmodi controverſiis) arbitrium, quam gratiam tuiti.

Loquutiones autem, initium ſalutis humano arbitrio adſcribentes, quae in ore Semi-

IX. *Jovinianus* Monachus, quem *Hieronymus* ceu Epicurum christianorum duobus contrivit commentariis, docuit, jejunium nullius esse

Semipelagianorum haereticae sunt, siquando apud eos Patres occurrunt, innocuas puta; illis quippe intendebant, in negotio salutis potiorem a Deo, aliquam vero & minorem partem esse ab homine: quocirca quum multo minus sit animum adjicere ad bonum, quam id exsequi, id ipsum Deo, illud homini adscribunt; quin tamen idcirco supernum excludant concursum vel etiam ad primam fidem, voluntatem ac desiderium: quandoquidem saepe alias inculcant bonum quo dlibet a Deo provenire, pluriesque concelebrant gratiam primam, quae omnium radix est, quae excitat, ac vires ad bonum supernum ministrat. Ejusmodi demum formulis loquuntur, ut doceant voluntatem haud esse principium mere patiens; tacite vero ut certum & alias notissimum praemittunt, quod uti supernaturaliter velle quoad substantiam sit a Deo, ita & posse.

Hinc eos ferme omnes ab errore semipelagiani eo jure vindicare satagunt plerique nostratum, duce omnium, ni fallor, *Vazquezio* in 1. p. t. 1. d. 91. c. 8. Dixi *ferme*, quia enim acrior est in hanc rem de sensu Chrysostomi mox adloquuti controversia. Eum quidem benigne interpretari conantur recentiorum plerique cum *Nat. Al.* ad sec. IV. c. 6. ar. 30. n. 3. *Boucat* diss. praev. ad tr. de grat. *Scip. Maffeio* hist. theol. l. 6. *Alticot.* in sum. august. par. 5. §. 42.

At eis tamen nec laudat. *Vazq.* adsentitur, nec ipse a me impetrare possum ut adsentiar; ejus quippe adducta verba, ut perplura similia quae ex ipsius commentariis congerere licetet, praetereram, perspicue nimis errorem produnt, quem utique, aliquorum sententia, Cassianus a Chrysostomo Magistro didicit.

Quod si & ceteris, quos praenotavimus, Patribus benignam deneges interpretationem, erroremque, de quo disputamus adfingas, aegre sanctum dogma, huic oppositum & ab Ecclesia receptum post definitionem C. Arausicani, colliges ex prisca Patrum traditione; immo haec, pro errore constanter praefulsisse dicenda erit, quum pro sancto dogmate nullum fortasse adpareat e quatuor prioribus seculis testimonium traditum.

Nisi forte dixeris, Ecclesiam Christi, quae optima interpres est Verbi Dei, ad definitionem sancti dogmatis haud consuluisse traditam a Patribus doctrinam, sed luculentissima sacri Codicis testimonia, quae & nos pro eodem dogmate *supra* indicavimus ad Tom. III. p. 201. Videlicet si non adtenderit Ecclesia ad Patres Concilii Palaestini & Africani 214. Episcoporum, quos pro sancto dogmate ibidem laudavimus pag. 202.

Humillimum denique Augustinum erroris revocati profligatorem eximium complurima ejusdem operum testimonia depraedicant.

III. Sectae Auctores & Patroni ex Africa & ex Galliis recensentur plurimi. Ex Africa quidem *Adrumetini Monachi*, S. Augustini regulae professores, si qua fides Aloys. Torello in secul. augustinens. ad ann. 402. n. 2. & *Vitalis* quidam Carthaginensis, ad quem Augustinus epistolam misit, olim 107. Ex Galliis vero *Massilienses* Theologi universe cum *Joanne Cassiano* Abbate, quamobrem Semipelagiani dicti sunt Massilienses; tum Episcopi permulti cum *Honorato* Massilienst, *Hilario* Arelatensi, *Fausto* Rejensi, *Lerinenses* item monachi cum *Vincentio* illo percelebri commonitorii Auctore, alii demum *Doctores* cum *Severo Sulpicio*, *Gennadio* massilienst Presbytero, *Arnobio* juniore.

Nimirum Adrumetini Africani vehementer commoti sunt Augustini ep. 194. alias 105. contra Pelagianos, eorumque occultas reliquias, missa ad Sixtum Presb. postea Rom. Pontif. cum nonnullis quoad speciem duriusculis positionibus adversus libertatem humanam. Eorum dissidia & errores exponit *Norisius* hist. Pelag. l. 1. c. 23. ac epistolae Augustinianae capita *Maffejus* hist. theol. l. 12. a n. 2.

Massilienstbus vero errandi occasionem dederunt libri Augustini de praedest. SS. & de dono persev. male intellecti & ad sinistrum sensum detorti; quod & innuit idem August. epist. ad Hilarium & Prosperum missa, idemque Prosper epist. ad Augustinum conscripta.

Quippe putabant Doctores illi, libertatem hominis ad obtinendam salutem gravissime laedi, admissa cum August. gratuita praedestinatione ad gloriam, finalem perseverantiam & gratiam: quocirca praefervide

esse meriti; adeo ut inter abstinentiam ciborum, & perceptionem eorum cum gratiarum actione nulla sit distantia. (a)

Coe-

(a) Tertius hic suae doctrinae error, quem recitat *Hieronymus* in l. 1. cont. Jovin. de propugnandum susceperunt, saltem initium salutis a nobis esse, hoc est primam conferri gratiam intuitu meriti a natura libera suborti. Lege cit. Prosperi epistolam.

Ergo ne, inquies, singulis, quos praecitavimus, Doctoribus gallis naevus hic jure adpingitur? In re utrinque probabili negant varii, qui illorum nonnullos studiose vindicarunt. Eos, brevitatis gratia, indicasse satis esto.

Primum itaque Cassianum, contra torrentem Scriptorum, eum adpellantium factionis ducem ex ejusdem collat. 13. c. 8. vindicant *B. Jo. Dominic. de Florentia* O. P. Cardinalis, qui cl. 1419. ap. S. Antonin. par. 2. hist. tit. 10. c. 10. §. 2. *Petr. Ciaconius* Presb. Toletan. in observat. in J. Cassian. quae exstant ad calcem Cassiani illustrati ab Alardo Gazaeo edit. 1642. *Jo. Maldonatus* S. J. in Luc. c. 24. *Alex. Pesantius* in 1. p. q. 23. ar. 5. d. 2. errore 3. *J. B. Guesnayus* S. J. in Cassiano illustrato l. 1. c. 61. & saepius, *Bruno Neusser* Minorita recollect. in prodromo velitari contra Norisium par. 2. c. 3. a n. 9.

Et ii quidem vindices, re utrinque rite perpensa, me judice, doctrinae Cassiani propriae circa initium salutis, quam saepe procul dubio catholicam tradidit, patrocinium haud temere susceperunt.

Honoratum deinde vindicant *Nat. Alex.* proxime cit. §. 10. & cit. *Neusser* par. 2. c. 7. n. 18. Hilarium quoque idem *Neusser*, & strenue quidem par. 1. c. 9. & par. 2. c. 4. & 8. cui adhaerent *Bollandiani* in vita S. Hilarii ad d. 5. Mai. a p. 34. ubi ex eodem Auctore exscribunt „ vindicias pro S. Hi- lario semipelagianismi calumniose insi- „ mulato „.

Tum Faustum protegere conatur *Jo. Driedo* de capt. & redem. gen. hum. tr. 4. c. 2. par. 4. Sed non admodum feliciter; quod enim errorem factionis nitide docuerit, non est qui legat ejus operum l. 1. c. 17. & l. 2. c. 6. & non videat. Prostant in Bibl. PP. Lugdun. t. 8.

Monachos item Lerinenses universe *Neusser* par. 2. c. 7. & *Alticot.* in sum. august. praefat. ad par. 5. Sed ii tamen rem minime conficiunt suam ex adspectabili Lerinensium sanctimonia. Haec enim cum errore in rem nondum ab Ecclesia definitam & receptam minime pugnat; exploratum quippe est, cunctis ferme, quos praemisimus, ejusdem erroris insimulatis, Sanctorum nomina, cultus & aras decretas fuisse.

Vincentium pariter Lerinensem studiose protegunt cum cohorte Doctorum citt. *Neuss.* c. 5. & *Altic.* §. 15. sqq. nec non *Bolland.* qui, *Papebrochio* interprete, praeter alia, Neusserii pro Vincentio & Lerinensibus vindicias tradunt in vita S. Vincentii ad d. 24. Mai a p. 287. Quibus equidem lubens adsentior.

Patrocinantur itidem Severo Sulpicio *Gibertus* Abbas Gemblacensis in apol. pro eodem & *Nat. Al.* cit. §. 8. quibus me comitem volo. Ex eo siquidem adversa Baronii opinio rejicitur, quod epistola a Coelestino, seu Coelestio P. emissa contra Severum aliosque Presbyteros gallos semipelagianos (esto ab ipso re ipsa emissa fuerit) a duodecim saltem annis Sulpicium reperit vita functum. Conf. editionem *Mansianam* Baronii ad ann. 431. in notis a n. 47. p. m. 408.

Gennadium praeterea defendit *Neuss.* par. 2. c. 7. a n. 14. At ipse tamen haereo. Arnobium denique idem tutatur par. 1. c. 10. n. 5. post *Vossium* cit. l. 1. c. 11. Et vero locus in eum vulgo productus ex ejus commentario in Psalmum 90. Semipelagianismum quam nitide profert; ait enim „ in arbitrio „ est ut credas prius, ut dum credideris, „ gratiam consequaris. „ Idcirco exinde duntaxat ab hac macula purgandus Arnobius, quod exspositio in Psalmos ei adscripta, reapse fuerit supposita: id quod suspicatus est *Bellarm.* de script. eccl. in Arnob. juniore.

IV. Palmares factionis errores, quos ingruentes ac debacchantes persensit Gallia per seculum integrum & amplius, debellarunt haud pugiles. Ut puta summi Hierarchae literis, rescriptis, decretis, monitis; e. c *Coelestinus*, *Leo.* I. *Gelasius*, *Hormisdas*, *Felix* IV. *Bonifacius* II; tum scriptis egregiis privati Auctores; e. g. *August.* in lib. de praed. SS. & de dono perfev. *Prosper* l. contra collatorem & l. de ingratis, & in

Coecum hunc Erronem, etiam ab Hieronymo invicte debellatum, ceu ducem plurimi sequuti sunt subsecivis temporibus: hostes nimirum jejunii, prout ab Ecclesia cum delectu ciborum praescriptum est. Ut puta *Waldenses* (*b*) *Lollardi* (*c*) praemaxime plaudente illorum vindice jurato *Walchio* (*d*) *Piggardi* (*e*) *Lutherani* cum parente *Martino* (*f*) *Calvinistae* cum *Joanne* authore suo. (*g*)

X. *Mahumedes* dicit „ ne committatis rapinas & caedes vel per- „ ju-

& in responsionib. ad objectiones Vincentianas, *Fulgent.* Episc. Ruspensis in libris contra Faustum ejusque Sectatores, *Anonymus* auctor de vocatione gent.

Caesarius denique Arelatensis Episc. tr. de grat. & lib. arb. cujus praeterea cura, & studio, ardentique zelo pro domo Dei, Synodus Arausicana II. coacta sub an. 529. 3. Jul. eodem Praeside, Semipelagianismo postremam cladem decretis suis inflixit, impetrata deinde a Bonifacio P. II. Actorum confirmatione ad an. 530. mense Jan. Plura in hanc rem *Bolland.* ad d. 27. Aug. in vita S. Caesarii comment. praev. §. 4.

V. Praeclari de Schola Theologi Semipelagianis in errore praecipuo socii adnectuntur. Et primo omnium loco *Thomas*, quod in 2. dist. 28. q. 1. a. 4. §. *Respondeo.* totidem verbis ita differat „ non oportet ut „ actus, quibus homo se ad gratiam habendam praeparat, sint naturam humanam „ excedentes. Sicut nempe natura humana se habet in potentia materiali ad gratiam, ita actus virtutum naturalium se „ habent ut dispositiones materiales ad ipsam: unde non exigitur ad hoc ut homo „ ad gratiam se praeparet, aliquod aliud „ lumen ad gratiam praecedens „ &c. &c.

At oppositum plane S. Doctor perspicue tenet in 1. 2. q. 109. a. 6. quibus nempe, inquit *Cajetan.* in expositioae hujus articuli §. *Ad probationem.* sententiam illam prudens revocavit Angelicus, videlicet „ dicta sua „ in secundo sententiarum ad meliorem sensum reducens. „ Aliter alii Sanctum tutantur. Conf. *Vazq.* cit. d. 91. c. 10. n. 63. sub fin. *Anton. Arnald.* praefat. ad vindicias S. Th. de grat. suffic. *Th. Leonardi* in comment. de sententia S. Th. adv. Georg. Dorschaeum l. 3. c. 10.

Plures deinde ad castra Semipelagianorum adcessisse incusantur, quod arbitrio nostro dispositionem aliquam, vel proximam, vel remotam, qua Deus ad collationem gratiae moveatur, tribuerint. In eorum censum serio adcusatos refert cit. *Vazq.* c. 10. *Scotum*, *Cajetanum*, *Ricardum*, *Gabrielem*, *Durandum*, *Pantusam*: jure ne, vel injuria? is dixerit, qui hosce Doctores a Vazquezio citatos cum eodem actore adcurate contulerit.

VI. Ubi *Gazzaniga* de grat. par. 1. c. 9. de excitatione Semipelagianismi differit, quam multa miscet nimium dubia. Et nonnulla quidem vehementem ingerunt suspicionem quod intenderit notaSemipelagianismi carpendos esse qui gratiam per se se efficacem explodunt, & indifferentem probant. Sed haec tamen aliis, quibus otium sit, examinanda relinquo.

Nolim tamen propterea, ei vicem rependens regeras quae olim in famosis controversiis de Auxiliis *Ferdinandus Bastida* coram Paullo V. multis promovenda duxit, nimirum praemotionem thomisticam cum gratia irresistibili & necessitante lutherica & calvinistica nimium convenire. Absit enim a viro christianae caritatis & pacis professore dissidia id genus fovere ac innovare.

Eodem quidem & nos consilio ab examine quarumdam thesium abstinemus, quas *Nat. Alex.* ad sec. v. c. 3. art. 8. ac *De Turre* de institut. biblic. t. 4. in tr. adcessorio de haeret. seculi v. tanquam erroneas & haereticas Semipelagianis adpingunt; quasi nempe istorum in dogmatis socios velint Doctores multos, & gravissimos quidem ex scholis catholicorum, qui theses easdem probabiliter ac tuto propugnare pergunt. Sed de causa semipelagianica jam satis.

(*b*) Ap. *Guidon.* de haer. in VValdenſib. & *Aeneam Sylv.* in hist. Bohem. cap. 35.

(*c*) Ap. *Trithem.* in chon. Hirsaug. ad an. 1315.

(*d*) In miscell. l. 3. exserc. 5. §. 18. quem tamen remittimus ad Tom. nostrum IV. p. 413. sq.

(*e*) Ap. *Joan. Schechtam* in epist. ad Erasm. referente cit. *Coccio* ad an. 1550.

(*f*) In responsione ad Ambros. Catherin.

(*g*) Lib. 4. instit. c. 12. sect. 19.

„ juria, quia Deus hoc moleſte fert. Quod ſi tamen feceritis, Deus „ benignus eſt & miſericors, illaque condonaturus eſt „ (*)

XI. *Heribertus* ac *Liſojus*, genere ac ſcientia praeſtantiores in clero, apud Aurelianos Francorum ſub an. 1017. novarum haereſum architecti reperti ſunt, a femina quadam inſaniſſima, ex Italia procedente corrupti. Ii vero praeter alia effutierunt „ omne chriſtianorum opus pietatis duntaxat & juſtitiae, quod aeſtimatur pretium remunerationis aeternae, laborem ſuperfluum eſſe „ Impii tamen illi ac vecordes, nec diſputationibus ſapientum convicti, nec blanditiis adlecti, nec minis deterriti, Roberti tum Regis juſſu & univerſae plebis adſenſu vivicomburio plexi ſunt. (*b*)

XII. *Bogomili* alias notati pilias quaſlibet orationes praeter Domini-

ADNOTATIO.

(*) OB effatum iſtud, depromtum e *Joan. Cantacuzeno* in orat. 2. in Mahumedem, laudatus *Coccius* art. 3. ad an. 630. Pſeudoprophetam hunc refert in cenſum eorum, qui bonis operibus meritum & neceſſitatem ad impetrandam ſalutem ſtulte, impieque denegant. Ecquis autem vel etiam oculatiſſimus eum in praefata ſententia errorem deſcriptum aut adumbratum videat?

Immo potius iis aperte ſtabilire videtur Mahumedes, mala opera, ſi a Deo dimiſſa non ſint, adceſſum ad ſuum paradiſum impiis occludere: unde conſequens e contrario eſt ad ſuum ſenſum bona opera ejuſdem paradiſi praemia promereri.

Porro laudatus a Coccio *Cantacuzenus* Imperator praefatam Mahumedis ſententiam, quam exſcripſit p. m. 96. erroneam eſſe minime adfirit, aut ſuſpicatur. Neque vero inter ceteros impoſtoris errores, quos idem quatuor apologiis, totidemque orationibus acerrime confutat, eum vel levitor erraſſe meminit adverſus utilitatem & meritum bonorum operum.

Idemque putaveris de aliis, qui adcuratos de eiſdem erroribus ſyllabos tradiderunt, e. c. *Damaſcen.* l. de haereſ. m. 101. cum notis *Lequienii*, *Evodius* monach. ap. Euthym. in panopl. tit. 24. a p. m. 779. *Cedren.* in compend. hiſtoriar. t. 1. p. 182. 9. *Mohamedus*. p. m. 421. ſqq. edit. Pariſ. 1647. *Nat. Alex.* ad Sec. VII. cap. 2. art. 2. *Pfeifer.* in theol. Mohamedica, exſercit. 6. de Alcorano.

Quin immo hic idem *Pfeiferus* in epiſt. dedic. ubi agit de mataeologia mahumedica & judaica, ac de utriuſque invicem armonia, ad n. 6. Mahumedem, ejuſque adſeclas tanquam errones perſtringit quod bonorum operum meritis hominis coram Deo juſtificationem adſcribant ex Sura 99. non ſecus ac Judaei, quos itidem ex hoc titulo, aliiſque bonorum operum merita concernentibus *Bergerus* in Cabbaliſmo Judaico-Chriſtiano detecto par. 2. cap. 3. §. 24. & par. 3. §. 1. ſqq. ſugillat imperitiſſime tanquam „ hominem in hac vita ad Phariſaiſmum, Papiſmum, Fanatiſmum & Enthuſiaſmum „ ac tandem ad aeternum exitium deducentes „

Quod praeterea Mahumedes ipſe quamſaepe ad ſenſum ſuum agnoverit in bonis operibus meritum exigens a Deo ſupercoeleſte praemium, abunde liquet ex conſcriptis in Alcorani Suris, aut capitibus, e. g. ex Sura 11. 23. 28. 54. 57. 62. 65; ſicut & pravis operibus demeritum exigens aeternum ſupplicium ex Sura 29. 66.

Adde, frequenter ipſum commendare tanquam merito plenum orationis ſtudium in Sura 3. & 9; eleemoſynarum in Sura 3. 4; terrenarum opum contemtus in Sura 18. 38. 51.; peregrinationum in Sura 19; jejuniorum diurnorum, praeprimiſ ollemniſſimi jejunii menſtrui Ramadſani in Sura 2. 17.

Non itaque Impoſtor ille, alias dementiſſimus, hac in re ita inſanivit, ut cum Simone Mago, Pfeifero, Bergero, ceteriſque conſodalibus Proteſtantibus quodlibet ſuperhumanum bonis operibus meritum denegaret. Ergo ab ea Cocciana Erronum ſerie merito expungendus.

(*b*) Rem enarrat, pluribuſque perſequitur *Glaber Rodulphus* hiſtoriar. lib. 3. cap. 8. Exſtat ap. *Franciſc. Ducheſn.* inter ſcriptores hiſtor. Francorum tom. 4. p. m. 32. ſqq.

minicam, quam unam adſidue frequentabant, inutilia multiloquia compellabant. (*i*)

XIII. *Albigenſes* frequentare ſacra templa, atque in eis preces fundere nihil prodeſſe contenderunt. (*k*) Didicerant ii forſan e *Petrobruſſianis* doctrinam, ab aliis poſtmodum ejuſdem furfuris Erronibus exceptam, quae ferebat „ templorum fabricas fieri non de„ bere, factas inſuper oportere ſubrui, nec eſſe neceſſaria chriſtia„ nis ſacra loca ad orandum; quoniam aeque in taberna & in ec„ cleſia, in foro & in templo, ante altare & ante ſtabulum invo„ catus Deus audit, & eos qui merentur exaudit „ (*l*)

XIV. *Pontiani*, authore *Pontio* quodam, in agro Petragoricenſi apud Gallos ad an. circ. 1140. inter alia profana & nequiſſima placita docuerunt, eleemoſynam nihil eſſe, nullumque continere meritum laude, vel praemio dignum, quoniam unde fieri poſſit, poſſideri debet nihil. „ In hac quidem ſeductione quamplures jam, „ non ſolum nobiles propria relinquentes, ſed & Clerici, Presby„ teri, monachi & monachae pervenerunt „ (*) Hos plane *Pſeu-*

(*i*) Conf. *Euthym.* in panopl. par. 2. tit. 23. c. 19.

(*k*) Ex *Caeſario Heiſterbachio* lib. 5. c. 21. cui adcinunt plerique omnes recentiores Haereſeologi cum *Prateo.* in Albigenſibus.

(*l*) Author eſt *Petrus Mauricius* Abbas Cluniacenſ. alias *Venerabilis*, qui in dogmatica epiſtola contra Petrobruſſianos errorem recitat in praefatione, ac deinceps ſtrenue confutat ubi contra reliqua capitula Petrobruſſianorum diſſerit.

ADNOTATIO.

(*) HAec una cum aliis praefatae turbae portentis nos docuit *Heribertus* quidam monachus in epiſtola de haereticis Petragoricenſibus ap. *Mabillon.* de veter. analect. tom. 3. p. 467. ſq. eamque in ſuam retulit collectionem judiciorum *Dargentr.* t. 1. p. 35.

E quanam vero iidem perfidi homines ſecta fuerint, controverti poſſet. Citatus enim *Mabillon.* in adnotat. eidem epiſtolae ſubjecta illos revocat ad ſectam Henricianorum, ſeu Petrobruſſianorum, quorum haereſis in partibus Petrocoriorum, vulgo *le Perigueux* miſere graſſabatur, uti diſcimus ex vita S. Benardi l. 3. c. 6. qui utpote adverſus illos in partes Toloſanas profectus, in oppido Sarlati aliquantum morae egit. Haec quidem Mabilloniana conjectatio.

Sed eam tamen ut temerariam rejicit laudat. *Dargentr.* illoſque vult e ſecta Catharorum, qui novi Manichaei erant, quoniam, inquit, a carnibus abſtinebant, & Myſterium Trinitatis pro figmento habuerunt: neque vero Henriciani propriis Manichaeorum erroribus adhaeſere. „ Itaque, „ pergit, in iiſdem regionibus tunc temporis duo genera haereticorum quandoque „ reperiebantur, partim Catharorum, qui „ ſe Apoſtolicos ipſi vocabant, partim Pe„ trobruſſianorum, ſive Henricianorum. „

Ceterum ſi Dargentraei ratiocinatio quidquam conficiat, meliori conſilio, reor, definiri poſſe, Pontianos ex integro nec cum Manichaeis novis, nec cum Henricianis conveniſſe, ſi alia de haereſibus ipſorum non ſuppetant documenta praeter adductam Heriberti epiſtolam.

Haec autem nec eis, ut plura taceam, adpingit praecipuum Manichaeiſmi dogma de duobus principiis; nec alterum quoque peculiare Henricianiſmi, ſeu Petrobruſſianiſmi de negata virtute Baptiſmati, quo parvuli rationis impotes abluuntur. Quin etiam nonnulla Pontianis adtribuit, quae in duabus aliis ſectis deſiderantur; e. c. quod pecunias non reciperent, quod centies in die genua flecterent, quod Deum non ſalutarent cum doxologia *Gloria Patri* &c. ſed cum verbis „ quoniam regnum tuum & tu „ dominaris univerſis creaturis in ſecula, ſe„ culorum, amen. „

Quocirca rectius fortaſſe putaveris ſectam

do-Apostolicos jure cognominaveris „ quippe se falso ajebant Apostolicam vitam ducere.

XV. *Gilbertus Porretanus*, alias productus, incusatus est in Synodo vel conventu Parisiensi sub an. 1147. „ quod meritum humanum adtenuando „ nullum mereri diceret praeter Christum „ (*)

XVI. *Beguardi*, sceleſtissimi Sagarelli surculi in aliquot bonorum operum meritum peccasse deprehenduntur, haec enim ipsis adserta sunt (*m*) 1.° „ Homo in vita praesenti talem perfectionis gradum „ potest adquirere, quod reddetur penitus impeccabilis & amplius „ in gratia proficere non valebit „ Quo callide permultis bonis operibus meritum adimunt, ne quis ei lucrando incumbat... 2.° „ jejunare non oportet hominem, nec orare postquam gradum per- „ fe-

ctam illos peculiarem constituisse, iis instructam moribus & dogmatis, quae vel ab aliis sectis depromta, vel a suo cerebro architectata eis tradidit Pontius Dux; atque adeo tria haereticorum genera tum temporis apud easdem regiones invaluisse, si nempe binae illae, quas memorat Dargentraeus, a Pontianis diversae omnino fuerint.

ADNOTATIO.

(*) PRro haec *Otto Frisingensis* de gestis Frider. I. l. 1. cap. 50. p. m. 223. aliosque ibidem refert errores Gilberto in eadem Synodo palam jurejurando interposito adhaesos ab Adamo de parvo ponte, & Hugone de campo florido. Et ipsum quidem documentum ab uno exceptum Ottone commemorant *Labbeus* & *Harduinus* in suis collect. CC. ad eum ann. & *Baron.* ad ann. ipsum n. 10.

Sed ipsum tamen alii ubi ex instituto de erroribus Gilberti agunt, omnino praetereunt, e. c. *Bernard.* serm. 80. in cant. *Gaufridus* in vita S. Bernardi lib. 3. c. 5. inter opera Sancti edita a Mabillon. tom. 6. p. 219. *Nat. Alex.* ad Sec. XII. cap. 4. ar. 9. *Dargentr.* in collect. judic. t. 1. ad an. 1148. *Fluchetus* in Gilberto.

Idem plane conventus Parisiensis discussionem ac definitionem super hoc, aliisque erroribus Gilberto tum objectis distulit peragendas in Synodum generalem Remensem anno proximo cogendam, ex cit. *Ottone* cap. 54. Et vero in actis praefatae Synodi sub an. 1148. ap. *Otto.* c. 56. ubi actorem & oppugnatorem acerrimum egit S. Bernardus, ardentem video disputationem circa alios errores, summi Numinis Divinitatem ac Triadem spectantes, ac fidei Symbolum adversus ipsos editum a Patribus absoluta Synodo, cui praerat Eugenius P. III; circa nostrum tamen errorem nihil omnino, altum plane silentium.

Quid haec vero? Anne Synodus eum ceu rem parvi momenti neglexit, sicut & alium Gilberto primum imputatum a praefatis testibus, nempe „ quod ecclesiae sacramenta evacuando, diceret nullum baptizari nisi salvandum? „ Ita innuere videtur *Dupin.* in biblioth. ad Sec. XII. cap. 8. sub init. p. m. 408.

Dupinio tamen neutiquam adduci possum ut consentiam. Quis enim piissimis illis juxta ac sapientissimis Patribus usque adeo immanes errores audientibus tam criminosam eis damnandis negligentiam, socordiamque prudens adpinxerit?

Quod si in re perobscura conjectare liceat, putaverim plane, Gilbertum ab duobus hisce haereticis placitis ceu suppositis innocentiam suam & orthodoxiam disertissime vindicasse; quod quidem Patres quum exploratum habuerint, subinde ab oppositis condendis fidei dogmatis consulto, jureque abstinuerint.

Hinc vero porro consequitur errorem ex Ottone nobis in Gilberto notatum, aut pro suppositicio, aut saltem pro vehementer dubio viris prudentibus habendum esse.

De celebri causa Gilbertina nonnihil *superius* praelibavimus in Tom. II. p. 69. & qui in eandem differunt indicavimus; quibus addi possunt *Bernin.* in hist. haeres. ad Secul. XII. cap. 7. ubi de Eugenio P. III. ceterique in hac Adnotatione praelaudati.

(*m*) Ex *Clementina* cap. 3. *Ad nostrum* de haereticis.

„ fectionis hujuſmodi fuerit adſequutus ; quia tunc ſenſualitas eſt „ ita perfecte ſpiritui & rationi ſubjecta, quod homo poteſt libere „ corpori concedere quidquid placet „ Parem id placitum calliditatem, impietatemque continet, quemadmodum & cetera ſubſequentia.

3.° „ Illi qui ſunt in praedicto gradu perfectionis & ſpiritu libertatis non ſunt humanae ſubjecti obedientiae, nec ad aliqua „ praecepta eccleſiae obligantur „ ... 4.° „ ſe in actibus exſercere „ virtutum eſt hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat a „ ſe virtutes „ ... 5.° „ perfecti homines in elevatione corporis Jeſu Chriſti non debent adſurgere, nec eidem revertentiam exhibere ; quia eſſet imperfectionis eiſdem ſi a puritate & altitudine „ ſuae contemplationis tantum deſcenderent, quod circa Myſterium „ ſeu Sacramentum Euchariſtiae, aut circa paſſionem humanitatis „ Chriſti aliqua cogitarent „ Ex hoc callidiſſimo juxta ac perniciosiſſimo ſyſtemate plura in ſuum retulit vaferrimus hypocrita ille *Molinoſius* poſtmodum producendus. Beguardorum errores pluribus perſtrinxit *Alvarus Pelagius* (*n*) tum *Sianda*. (*o*)

XVII. *Novatores Anonymi Anglicani* in dioeceſi Eboracenſi ſub an. 1355. diabolica fraude ſeducti alios inter errores hunc firmiter tenuerunt ac pervulgarunt „ quod per quaecumque opera quamtum„ libet virtuoſa & bona, etiam per gratiam informata ſeu ex gratia procedentia, nullus potuit, poteſt, ſeu poterit vitam aeternam mereri „ (*)

(*n*) De planctu eccleſiae l. 2. cap. 52. (*o*) In lex. polem. art. *Beguardi*.

ADNOTATIO.

(*) DIſcimus haec ab *Innocentio* P. VI. qui Bulla Pontificatus anno 3. conſcripta ad Archiepiſcopum Eboracenſem, ap. *Raynald.* ad an. 1355. n. 8. exſcriptum a *Bernino* de haereſ. ſub Innocentio P. VI., hoc ceteriſque Novatorum erroribus recitatis, illi graviter injungit ut eos extirpandos a ſua civitate ac dioeceſi modis omnibus curet.

Nullus ipſe dubito, quominus pontificiis juſſis paruerit Praeſul, & aliquod pro more illorum temporum apud Anglicanos Epiſcopos frequentiſſimo, extemplo ediderit decretum, quo & infandos errores proſcriberet, & infectam dioeceſim ab omni haereſeos labe repurgaret.

Verum fortaſſe periit ejuſmodi edictum, immo & ipſa Bulla Innocentiana apud Anglicana tabularia ; utrumque enim deſidero apud diligentiſſimum *Wilkinſium* in collect. CC. magnae Britanniae & Hiberniae tom. 3. ubi aliam minoris momenti Bullam Innocentii de eodem an. 1355 recitat, tumque non abſimilia Eboracenſis eccleſiae documenta, pertinentia ad annos 1355. 1356. 1359.

Haec praereaInnocentii Bulla, quemadmodum & aliae perplurimae, fugit *Cocquelineſium* in noviſſima collectione Bullarum pontificiarum ; quam tamen laudat. *Rainald.* eruiſſe teſtatur e Romano tabulario l. 2. p. 1. ep. cur. 29.

Ac recitatum inſuper errorem, immo cauſſam ejuſmodi Novatorum univerſam omnino reticent ex iis, qui haereſum ſyllabos contexuerunt, *Coccius*, *Caſtrus*, *Nat. Alexander*, *Prateolus*, *Dargentraeus*, *Sianda*, alii; tum ex Hiſtoriographis generalibus *Spondan. Bzovius*, *Fleurius*, & ex Scriptoribus rerum anglicanarum omnes, quos viderim. Horum tamen omnium ſilentio pro veritate cauſſae mihi praevalere videtur documentum Bullae Innocentianae, quod ex Raynaldo adlatum eſt.

XVIII. *Guido*, regens Parisiis sententias in scholis Ordinis Augustinensium, haec docuit: 1.° „ praescitus exsistens in caritate non „ potest mereri, vel elicere actum meritorium vitae juxta scalam „ vitae nostrae „ ... 2.° „ bonum meritum est a Deo, ita quod nihil est a voluntate „ Coactus vero ab Cancellario & Facultate Theologica Parisiensi, hos una cum aliis articulis lubens revocavit publice an. 1354. 16. Maii, ac propositos hisce idem notavit censuris. Ad primum dixit „ Reputo falsum & contumeliosum „ Ad secundum vero „ Hanc (thesim) revoco tanquam falsam, „ scandalosam & in fide suspectam. „ (*p*)

XIX. *Montalbenses* plurimi, hoc est indigenae oppidi de Monte albo, *Mont blanc*, in Catalonia, duce *Berengario de Monte falcone*, vernacule *Montfalcò*, Ordinis Cistercensis de monasterio Populeti, oppido de Monte albo ferme contiguo, tenuerunt an. circ. 1356. nullum opus esse bonum aut meritum continere, nisi fiat ex sincero amore, quacumque ex caussa fiat, etiam spe mercedis aeternae. Hic tamen palmaris error sollemniter damnatus est ab Sancio Archiepiscopo Tarraconensi, & Nicolao Rosellio Quaesitore pro regno Aragonum. (*)

XX. *Ano-*

(*p*) Author est *Bulaeus* hist. Univ. Paris. t. 3. ad an. 1354. ex *Biblioth. Patrum Labigniana* ubi de Patribus Seculi XIV. Adduci solent cum aliis in priscis editionibus Magistri sent. ad calcem. Exscripsit & multa errata typographiae correxit *Dargentr.* variis editionibus secum invicem collatis, ipso teste in t. 1. collect. ad eum annum p. 374.

ADNOTATIONES.

(*) I. ITa fert *Eymericus* in direct. inquisitor. par. 2. q. XI. p. m. 283. Eumque deinceps errorem vulgo tradiderunt Haereseologi cum *Lutzemb. Castro*, *Pratzolo*, *Dargentr.* Ex iis vero *Lutzemburgus* erroris authorem vocat Bugantium, *Pratzol.* & *Castrus* Bugarium; quin & Codex Inquisitionis Bononiensis & alter Joann. Francisci Cardinalis de Gambara ap. *Pegnam* in hunc errorem, ipsum adpellant Benegrium, & Codex Jacobi Cardinalis Sabelli ap. cit. *Pegnam* Benigerium.

Ceterum standum potius videtur Eymerici authoritati; quippe qui & synchronus fuit, & ejusdem cum Berengario Provinciae Cataloniae; siquidem Gerundae natus circa 1320. ibidem in suo Praedicatorum conventu mortalitatem exuit ann. 1399. ex *Echardo* in bibl. Praed. in Eymerico t. 1. p. 709.

Adde, ex eodem *Echar.* Eymericum Rosellio ad purpuram evecto subcessisse generalem Aragonum Quaesitorem ineunte an. 1357. Quocirca Berengarii nomen certo nosse potuit & exscribere ex actis mss. publicae damnationis erroris, adservatis absdubio in tabulario Inquisitionis. Plura de scriptis & factis Eymerici ap. cit. *Echard.*

II. De amplissimo Cistercienfi coenobio Populeti, vulgo *Poblet*, frequens est mentio in jure canonico sub nomine Populeti, ait cit. *Pegna* Juris utriusque clarus Doctor. Plura de ipso coenobio *Angelus Manrique* in annal. Cisterc. t. 2. ad ann. 1153. cap. 18. a p. m. 250. Ejusdem Scriptores nuper edidit & illustravit Cl. Vir *Finestresius.*

III. Monet hoc loci laudatus *Pegna* in comment. 36. ad hanc Eymerici quaestionem XI. cui praefixus est titulus „ de haeresibus damnatis ab Inquisitoribus Aragoniae sine expresso mandato Papae „ non id intelligi quatenus Inquisitores possint propria authoritate dubia circa fidem definire, quum id Romani Pontificis munus sit; sed quatenus illi declararint haereses jam damnatas, & jusserint ut juxta sanctiones canonicas eorum punirentur authores.

At vero quod ad praefatum errorem attinet, potuit ipsum propria authoritate damnare Sancius; quum jus proscribendi arti-

XX. *Anonymus Pelagianus Anglus* in Oxonienſi Academia ſub an. circ. 1368. hunc numero XI. inter alios errorem diſſeminavit „ „ aliquis poteſt ex puris naturalibus mereri vitam aeternam „ Sed hunc tamen una cum aliis XXIX. ſevera lege damnavit an. 1368. v. Id. Novembr. Simon Lingham Archiep. Cantuarienſis. (*q*)

XXI. *Bertholdus de Rorbach* Germanus ad an. circ. 1359. hunc inter alios ſuae Beguardorum ſectae erroribus adjecit numero quintum „ quod oratio vocalis non ſit homini utilis vel neceſſaria & „ nihil conferat ad ſalutem, ſed mente orare ſufficiat ſine voce vel „ motu labiorum „ Spirae captus impoſtor ab Inquiſitoribus haereticae pravitatis publice errores plurimos confeſſus ac de ipſis convictus, ejurationem obſtinate renuens in ignem miſſus infeliciſſime animam efflavit (*) Ipſum itidem Bertholdi errorem profitebantur Cynici illi *Turlupini*, ſub Gregorio P. XI. damnati ad an. 1372. (*r*)

XXII. *Joan. Wicleffus* alias notatus, *organum* nempe *diabolicum, hoſtis eccleſiae, vulgi confuſio, haereticorum idolum, hypocritarum ſimulacrum, ſchiſmatis inſtaurator, mendacii promtuarium, adulationis ſentina*; quibus videlicet titulis Haereſiarchem merito exornat conterra-

articulos fidei adverſos ſingulis Epiſcopis & unicuique in ſua dioeceſi competat. Liquet apud eccleſiaſticam hiſtoriam ex frequentiſſimis id genus damnationibus publicatis ab Epiſcopis. Idem & potuit Roſellius Inquiſitor qua talis; quum ea authoritas ſacris quibuſque fidei Tribunalibus a ſummis Hierarchis, prout exigit rei ratio & conditio, generatim conceſſa intelligatur. Id quod pridem commonuimus in Tom. I. p. 355. nn. 211. 212.

Quod autem munus eſt ſummi Pontificis in hoc negotio, eſt inerrantia in ejuſmodi definitionibus, quum loquitur ex cathedra, ut ajunt, ei nobis tributa in eodem Tom. I. p. 344. a n. 168. quam tamen inerrantiam ulli alicui ex inferioribus tribunalibus immerito adſcripſeris.

(*q*) Conf. cit. *Wilkinſium* t. 3. ad eum an. p. m. 76. Ipſum documentum primum retulerant inter ſua Concilia *Labb. Harduin. Spelmann.* omnes ad an. 1368. ac rurſum exſcripſit cit. *Dargentr.* ad ipſum an. necnon *Nat. Al.* ad Sec. XIV. c. 3. ar. 21.

ADNOTATIO.

(*) AUthor eſt *Trithem.* in chron. Hirſaug. t. 2. pag. 232. quem exſcripſit cit. *Dargentr.* t. 1. p. 376. ad ann. 1356. Ceterum in editione ejuſdem chronici forſan priore de an. 1601. qua utor, haec impii Bertholdi cauſſa, niſi nimium fallor, penitus deſiderarur.

Quin immo *Joan. Nauclerus* Trithemio vetuſtior ipſam cauſſam, etſi calamo breviore refert ex integro in chronicis tom. 2. generat. 46. ſub an. 1356. ceteros item errores Trithemio productos recitat, quem vero in praeſentia in fide perdocti Abbatis propoſuimus, omnino praeterit. Anne hic ſubinde inter dubios revocandus? Aut potius credendum, illum excepiſſe Trithemium ex conſtanti documento, quod Nauclerum latuerit?

Adde, *Spondanum* in continuatione Baronii ad an. 1359. n. 3. itemque *Bzovium* ad ipſum an. n. 4. ſequutos *Nauclerum* & *Mutium* (hic tamen in hiſtor. Germanor. l. 25. p. m. 283. tres duntaxat recitat Bertholdi errores) reticere pariter cum Nauclero praefatum articulum, recitatis ceteris. Nec ullum quidem vidi, praeter *Dargentr.* qui dum differit de cauſſa hujus nebulonis, in teſtem adhibeat Trithemium. Scio equidem Naucleri chronica exigua pollere authoritate apud Criticos cum *Poſſev.* in adpar. ſect. 4. c. 1. At non video cur in hoc peculiari eventu ei neganda fides, quam utpote adhibent Mutius, Spondanus, Bzovius. Ex iis vero omnibus litem dirimant Eruditi.

(*r*) Conf. *Lutzemb.* & *Prat.* in Turlupinis, quos nonnulli confundunt cum Beguardis, quod ulterius ceteros iſtorum tenerent errores,

terraneus *Thom. Walsinghamus* (*s*) hic, inquam damnati nominis author in meritum perplurium bonorum operum stultissime invectus est. En tibi ejus placita a bene sapientibus quibusque proscripta.

Nimirum 1.° „ conferens eleemosynam fratibus est excommu- „ nicatus eo facto „ (*t*) Meritum hic articulus denegat eleemosynae Fratribus mendicantibus, qui Haeresiarchae magno erant odio, erogatae. Eum Constantinenses Patres in privatis confessibus hac censura profligarunt „ Ista adsertio videtur consonare haeresi Dio- „ trephes, qui prohibebat eleemosynam dare pauperibus fratribus, „ ut patet in epist. 3. Joannis in textu & in glossa, ubi sic dici- „ tur vers. 9. *qui primatum amat gerere in vobis Diotrephes, non re-* „ *cipit vos*. Et sequitur paullo post, quasi ea non sufficiant, *nec* „ *ipse suscipit fratres*: glossa, *id est indigentes* &c. (*u*)

2.° „ Sancti instituentes religiones praefatas (mendicantes & „ alias) sic instituendo peccaverunt „ (*x*) En tibi sublatum Sanctis Institutoribus summum quod erga Deum habuerunt meritum in erectione suorum Ordinum. Haec eorumdem Patrum in articulum censura „ Ista (positio) est falsa, erronea, haeretica & piarum aurium „ offensiva. Ex ipsa enim sequitur, quod instituendo ut aliquis vo- „ veat & observet Deo obedientiam, paupertatem & castitatem, „ peccat. Item „ &c. (*y*)

3.° „ Religiosi viventes in religionibus privatis non sunt de „ religione christiana „ (*z*) Quasi nullum sit meritum, immo exsecrabile demeritum religiosam vitam ducere. Sed audi censores Conciliares „ Ista (adsertio) est falsa & temeraria. Tum primo „ quia vitae perfectio secundum Augustin. epist. 83. consistit in „ amoris elevatione ab infimis, in cordis reformatione ac libidinum „ cohibitione in adhaerendo Deo & summis. Sed in his tribus con- „ sistunt religiones privatae „ &c. (*a*)

4.° „ Oratio praesciti nihil valet „ (*b*) Heic Patres „ Ista est falsa „ & erronea, si universaliter intelligatur. Quia tunc sequeretur, quod „ opus bonum de genere factum in caritate non esset meritorium „ alicujus praemii temporalis vel aeterni, contra istam regulam „ vulgatam, *sicut nullum malum impunitum, ita nullum bonum irre-* „ *muneratum*. Praeterea bona opera facta in mortali peccato ad ali- „ quid valent, saltem ad praemium temporale; igitur a fortiori „ bona facta in gratia & ex caritate „ (*c*)

Iis quidem censuris mirè consonant aliae in eosdem articulos, sicut & in ceteros hujus Wiclefianae damnationis, a privato quopiam

(*s*) In Ypodigmate Neustriae vel Normanniae ad an. 1585. p. m. 537.

(*t*) Est Articulus xx. ex damnatis a Concilio Constantiensi sess. 8.

(*u*) Ex Actis C. Constantiensis, collectis ab *Hermanno Vander Hardt*, editisque Francofurti & Lipsiae 1697. in parte 12. tomi 3. col. m. 184. ex antiquo codice ms. Academiae Lipsiensis.

(*x*) Est Articulus xxii. ex eisdem proscriptis.

(*y*) Ex eisdem Actis col. 136.

(*z*) Est Artic. xxiii.

(*a*) Ex Actis col. 188.

(*b*) Est Artic. xxvi.

(*c*) Ex Actis col. 190.

piam Doctore latae. Hic autem fusioribus dissertationibus perstringit citatum articulum xx. ceu insanum potius quam erroneum; articulos XXII. & XXIII. ceu haeretice erroneos; articulum XXVI. ceu simpliciter haereticum. (*d*)

5.° „ Quidquid Papa vel Cardinales sui sciunt ex sacra Scri„ ptura deducere clare, illud duntaxat est credendum, vel ad sua „ monita faciendum: & quidquid ultra praesumserint, sit tanquam „ haereticum contemnendum „ (*e*) Haud obscure meritum exterminat fidei supernae circa revelata, quae mera traditione innotescunt.

6.° „ Sciamus Orationem dominicam, Decalogum & Symbo„ lum, cum mediis facientibus ad eorum notitiam: & quaecumque „ alia notitia viantium nedum est superflua sed nociva „ (*f*) Ceterarum quarumlibet precum meritum e medio tollit.... 7.° „ Nos „ non debemus praestare aut donare aliquid peccatori dum cogno„ scimus ipsum esse talem, quia sic foveremus proditionem Domi„ ni nostri „ (*g*) Quasi erogantis eleemosyna meritum erga Deum ab statu duntaxat pauperis valorem adsciscat... 8.° „ Peccator sicut „ nec meretur pro tunc beatitudinem, sic nec meretur pro tunc „ ut aliquis mereatur sibi gratiam, nec bonum aliquod tempora„ le „ (*h*) (*)

Do-

(*d*) Prostant ejusmodi censurae apud eadem Concilii Acta e variis codicibus mss. in par. 13. tomi 3. a col. 260.

(*e*) Est articulus XVIII. ex 18. VViclefiani Trialogi, quem Synodus Londinensis proscripserat, a *VVilhelmo VVodfordo* impugnatis an. 1396. ap. *Orthuin. Gratium* in fasciculo rerum expetendarum & fugiendarum tom. 1. p. m. 190. edit. Londin. 1690.

(*f*) Est unus ex CCLXVI. articulis, quos, teste *Balaeo* in centuria 4. fol. m. 184, *Joannes Luck* ex operibus VVicleſi collegit: eum inter ceteros tradidit. cit. *VVodfordus* ap. laudat. *Gratium* p. 269.

(*g*) Prostat in eodem catalogo inter errores contra eleemosynam p. 270.

(*h*) Exscriptus ibidem est.

ADNOTATIO.

(*) HAec & valde plura, e suis met excerpta commentariis nequissimus sycophanta; & certe non modo dogmati nostro adversa, verum etiam permultis aliis; quasi in votis habuerit sub quadam solidioris pietatis specie, christianae religionis orthodoxiam ac disciplinam subvertere. Ejus errores sigillatim recitant *VVodfordus* proxime cit. ap. Gratium, *Gregorius* P. XI. in epist. ad Archiep. Cantuarien. & Episc. Londinens. ap. *VValsingham.* in hist. Angl. in Richiardo II. p. m. 204. sq. *C. Constantiense* sess. 8. *Thom. VValden*, vulgo *Valdensis* in suo Doctrinali antiquitat. fidei sparsim, *Nicol. Harpsfeld.* in hist. VVicleſiana cap. 2. & 3. *Knygthon* de event. Angliae l. 5. ad an. 1382. *Nat. Alex.* Sec. XIV. cap. 3. art. 22. §. 2. sq. *Dargentr.* in collect. t. 1. ubi de VViclefo p. 14. sqq. *Person.* in examine Kalendarii Protestantium cap. 3. n. 28. sqq. *Graſt* in hist. haeres. VVicleſ. sparsim.

Nimirum ingenii acuti & ardentis homo, superbus, ambitiosus, & scientia inflatus, in Oxonienſi Academia Theologus Doctor ac professor & ecclesiae de Lutthlevvorth dioecesis Lincolnienſis Rector; quod pontificio diplomate deturbatus fuerit a praefectura collegii Cantuarienſis Oxonii, quam praeter jus, falsque invaserat, tum, nonnullis reclamantibus, VVigornienſis Episcopatus repulsam passus; patrocinio demum fultus Joannis Lancastriae Ducis, qui tum in minore Eduardi III. Regis aetate omnia sua authoritate administrabat, sub an. circ. 1375. Rom. Pontifici, immo ecclesiae universae vibratis falsae doctrinae armis bellum indi-

Doctrina haec flagitioſiſſima inter Scriptores, alioſque Doctores privatos, prae primis Anglicanos, facto agmine complurimos pa-

dixit, quin plurimi defuerint ſocii, qui factionis novae ducem ſequerentur, eique ſuppetias ferrent.

Repulſam quidem Epiſcopatus facile crediderim, ſed eam tamen apud Authores ſatis ſtabilitam nondum reperi. Ex iis *Polid. Vergil.* Anglic. hiſt. lib. 19. in Eduardo III. p. m. 399. ſic de ea loquitur „ VVicleſ„ fus is, ut fama eſt, a primo indignatus „ quod non potuiſſet ad ſummos ſacerdota„ lis ordinis adſpirare honores &c. Quid ſimile habes ap. *Th. Valden.* l. 4. art. 3. c. 33.

Illico tamen orthodoxa caſtra, qua anathematis, qua publicis catechiſmis & concionibus, qua inflictis pro merito ſuppliciis hoſtem debellare ac proterere adgreſſa ſunt. Pravam videlicet Haereſiarchis doctrinam oppugnarunt, proſcripſeruntque & Academiae Oxonienſis ac Pragenſis, & Synodae multae, & extra Synodum permulti Epiſcopi ex Anglia, & Romana quaedam Synodus ſub Joanne P. XXIII. ann. 1412. & 1413. Conſtantienſe demum Concilium.

Anne etiam Pariſienſis Academia proſcripſerit? Ait quidem *Cochlaeus* in hiſt. Huſſitar. lib. 1. pag. m. 8. edit. 1549. tum *VVindeſordus* in l. cont. errores VVicl. quos ſequitur *Nat. Alex.* proxime cit. §. 6. n. 8. & *Author* hiſt. haereſeos VVicleffi, Huſſi & Hier. Prag. gallice conſcriptae an. 1682. p. 96. necnon *Patres* C. Conſtant. in epiſt. ad Bohemos circa ſupplicium Huſſi ap. Acta ejus Concilii t. 4. par. 8. col. 486. At minime tamen audiendi, quia enim, ſi fides cit. *Dargentraeo*, nullum hac de re proſtat in ſcriniis ejus Academiae documentum, ubi de pluribus valde minutioribus multa & exactiſſime quidem adnotata ſuppetunt.

Jam vero ſparſos errores coactus interdum publice revocavit impoſtor, ſaepius vero novis commentis communire pergebat, & qua pollebat doctrinae fama, & quamdam praeſeferens modeſtiae, ſeverioriſque pietatis ſpeciem, plurimos non modo e populo, verum etiam e coetu magnatum, Doctorumque grege ad ſe trahebat.

Haec de VViclefo differit *Knygthon* Leyceſtrenſis canonicus, de event. Angliae lib. 5. ad ann. 1382 p. m. 2644. „ In iſtis „ temporibus floruit Magiſter Joannes VVy„ clix ... Doctor in Theologia eminentiſſi„ mus ... in Philoſophia nulli reputabatur „ ſecundus, in Scholaſticis diſciplinis in„ comparabilis. Hic maxime nitebatur „ aliorum ingenia ſubtilitate ſcientiae & „ profunditate ingenii ſui tranſcendere, & „ ab opinionibus variare ... Evangelium „ „ quod Chriſtus contulit clericis & Eccle„ ſiae Doctoribus ... tranſtulit de latina in „ Anglicam linguam, non angelicam. „

Inſignis ille VVicleſi ſectator, foediſſimus ſcurra, ferox & maledicus homo *Bal* ſeu *Balaeus* centur. 4. a fol. m. 155. opuſculorum omnis generis ſui coriphei titulis multas opplet paginas ac pro coronide elogii ſubdit ad fol. verſum 157. ex teſtimonio *Aeneae Sylvii*, quod fuerint „ pluſquam ducen„ ta VVicleſi volumina pulcherrime con„ ſcripta per Subincum Leporem Archiepi„ ſcopum ad Pragam Bohemorum concre„ mata (ſed haec tamen ne cuncta crediderit diverſa authoris opera, verum multas paucorum operum exſcriptiones). Tran„ ſtulit quoque in anglicum ſermonem Bi„ blia tota cum quibuſdam veterum docto„ rum tractatibus „ quae demum hoc abſolvit epiphonemate „ Fieri non potuit, quin „ hoc pectus inhabitarit Spiritus ſanctus, un„ de tot libri tam eruditi prodierint. „

Quod vero contra iniquiſſimus Sathanae ſpiritus illud inhabitarit pectus, nec ſecus fieri potuerit, manifeſto argumento plura ſunt. Principio enim tot, tamque enormibus paradoxis, erroribus, haereſibus ſapiens & ſanctus hic Author recenſitos a Balaeo libros in perniciem populorum fidelium maculavit, ut merito illi omnes etiam atque etiam diris devoti ſint, anathematis perculſi, flammis adjudicati. Lege ſententiam damnationis doctrinae Joan. VVicleſi ap *Conc. Conſtant.* ſeſſ. 8. ubi praeterea legiſſe potuit Balaeus, coripheum ſuum ex ſententia oecumenicae Synodi *fuiſſe notorium haereticum, pertinacem ac in haereſe deceſſiſſe, ſuumque deniqne cadaver, ſi ab aliis diſcerni poſſet, exhumandum & comburendum*; quod plane tandem exſequutioni mandatum, congeſtis ejus cineribus in fluvium projectis.

Quin etiam Richardus II. Angliae Rex ſub ann. 1388. ſollemni edicto libros & ſcripta omnia VVicleſi, uti & ſociorum *Nicol. Herfordii* & *Jo. Aſton* ubicumque in regno & ditionibus ſuis reperiri poſſent, ad Conſilium ſuum ignibus addicenda deferri juſſit. Haec ne merita ſcriptorum hominis Spiritu ſancto adflati?

Idem

patronos adſeclas habuit, qui eam & auctorem ſuum ardenter protexerunt, atque hoſtes acerrimos, qui debellarunt. Ex utraque acie nominatiores in ſcenam ordine producere (quae celebris pars eſt cauſſae Wiclefianae) operae pretium duximus: patronos videlicet tanquam Errones & magnae inſipientiae ſceleriſque reos; hoſtes vero tanquam praeclaros veritatis Teſtes ac vindices.

Ii ergo patroni Errones.

Joan. Aſton primus VVicleſi diſcipulus, quod noluerit an. 1382. ſuos revocare errores cum Magiſtro, perpetuo carceri mancipatus eſt. Exſaravit rationem ſuae fidei... de recto uſu Sacramenti... contra uſurpationes cleri... conciones ad plebem.

Nicol. Heriford conſcripſit librum ſuper pia VVicleſi doctrina... de fratrum apoſtaſia a Chriſto... adverſus Petrum Stokes orthodoxum.

Philip. Repingdon Regularium Canonicorum Auguſtinenſium Abbas & Oxonienſis Academiae Doctor Theologus, librum defenſorium VVicleſi... pro ejus doctrina ad mores... de ſeculari dominio... ſermones ad utrumque ſtatum. At hic tamen palinodia recantata Londini an. 1382. creatus Lyncolniae Epiſcopus VVicleſianam factionem acriter vexavit, uti acerbe conqueritur *Balaeus* ubi de hoc Philippo.

Joan. Aſhwarbi Oxonienſis Academiae Doctor Theologus, & in eccleſia ejuſdem urbis ad S. Mariam vicarius, ut vocant, lib. contra Ricard. Maydeſton anti-vviclefitam... contra mendicitatem fra-

Idem inſuper arrogantiſſima ſuperbia, atque petulantiſſima & exſecrabili maledicentia ſe paſſim ſupra omnes venditabat. Nec apud eum catholici omnes aliud erant, quam homines ridiculi, infideles, hoſtes Dei; Epiſcopi vero, qui eum damnarunt, Pſeudoepiſcopi erant, apoſtatae, ignari, ſtolidi, haeretici, falſi Chriſti praenuncii, diaboli incarnati. Haec, pluraque id genus humillimi animi epitheta collegit ex Valdenſi *Harpſfeldius* in hiſt. VVicleſ. c. 6.

Peculiare itidem tam effrenis arrogantiae exemplum edidit quum excepit damnata ceu haeretica plura ejus aſſerta in Londinenſi Concilio a tredecim Epiſcopis, una cum Cantuarienſi Praeſide, ac triginta Magiſtris in Theologia ſub ann. 1382. Tunc enim, ut author eſt *Cochlaeus* hiſt. Huſſit. l. 1. p. m. 8. „ VVicleph adeo non emendavit errata, ut per contemtum & irriſio„nem vocaverit Synodum illam terraemotum, contra quam & in multis publice in„vectus eſt libris & ſermonibus„ Propter ejuſmodi fortaſſe virtutes eximias *Joan. VVicleph*, eodem teſte *Cochlaeo* ibidem p. 7. ſub fin. eſt anglice vulgo interpretatum *Joan. impiae vitae*; tametſi ejus diſcipuli magiſtrum „ famoſo & elato nomine, „ *Joannem Auguſtini* vocitabant „ ut notat *Valden.* t. 1. l. 1. art. 2. c. 34. p. m. 106. col. 2. fortaſſe, ut idem ſuſpicatur *Vald.* quod Haereſiarcha dixerit„ cum multis San„ctis antiquis & ſpecialiter *Auguſtino* con„venio.„

Ipſe demum inſignis ſcriptor ſaepenumero in citatis commentariis ſibi repugnat, a ſuis met dogmatibus recedit, ipſi ſibi palam & multiplicater contradicit; quemadmodum ex Valdenſi, aliiſque Authoribus ad oculum oſtendunt laudati *Harpſeld.* c. 7. & *Nat. Alex.* §. 8. Et vero meus ab Spiritu ſancto adflata, ſemper & ubique in recta fidei doctrina coſtans ſibi eſt. Definat ergo Balaeus miſerrime adorare idolum ſuum tanquam dignum quod ſanctorum faſtis adſcribatur, cui & poſtmodum mire conſenſit *Joan. Foxius*, qui VVicleſum (riſu dignum!) in Kalendario Proteſtantium perhonorifice repoſuit ceu *Praedicatorem Martyrem* ad diem 1. Januar. ap. *Perſon.* cit. tom. 2. poſtremae edit. ital. p. 3.

fratrum. Vivebat 1380. ap. cit. *Balaeum*.

Joan. Purvey liberalium artium Oxonii Magiſter, ardentiſſimus VViclefi diſcipulus, reliquit Symbolum ſuae fidei VViclefianae... pro doctrina VViclefi...de obliquo ſtatu cleri ... de Euchariſtiae profanatione... in ſynagogam Antichriſti &c.

Richard. VVith Presbyter, VViclefi obſequentiſſimus diſcipulus. Judici praeſentatus demum, nihil revocare voluit. Viv. 1380. Scripſit reſponſa XIV. articulorum ſibi adfictorum... contra venerato-res imaginum... conciones vulgares.

Academia Oxonienſis vulgavit praeclarum teſtimonium de doctrina & vita Joan. VViclefi, ſubſcriptum an. 1406. 5. Octob. Habetur in hiſt. Huſi jamjam adpellanda ad calcem tomi 2. p. 542. Vereor tamen ne illud ſoppoſititium ſit, vel profectum tantundem ab Oxonienſibus ſectatoribus VViclefi, uti indicat ex hiſt. Acad. Oxonienſis cit. *Dargentr.* p. 28. ubi illud ſubſcriptum refert an. 1403. (*i*)

Guilhelmus Thorpe Presbyter, liberalium artium Oxonii Magiſter, VViclefi fideliſſimus diſcipulus triginta & amplius annos perſeveravit, ſuperatis graviſſimis carceribus uſque ad 1407. quo propter fidem VViclefianam interemtus eſt. Edidit teſtamentum vitae ultimae... ad impoſitos ſibi articulos.

Joan. Oldecaſtell Dominus de Cobham, conjunctiſſimus olim VViclefo diſcipulus, poſt varia tormenta igne combuſtus 1418. Scripſit ut VViclefita ſymbolum ſuae fidei... Agricolae querimonias... ad parlamentum Angliae.

Joannes Hus haereſiarcha notiſſimus, doctrinae VViclefianae ſectator inſignis, ſcripſit actum pro defenſione libri Joan. VViclef de Trinitate ſancta... tum replicam contra Anglicum Joan. Stokes VViclefi calumniatorem ... defenſionem quorundam articulorum Joan. VViclefi. Exſtant in hiſt. & monumentis Jo. Hus atque Hieron. Pragenſis (*k*) Alias itidem Hus in eiſdem monumentis pro damnata VViclefi doctrina pugnat.

Hieron. Pragenſis in Concilio Conſtantienſi VViclefianam doctrinam vindicavit, eam impenſe laudans ceu orthodoxam & immaculatam; teſtatus ſubinde pervicaciter ſe illam profiteri, & ad mortem uſque profeſſurum. Id quod literis conſignatum eſt ap. cit. hiſt. & monumenta tom. 2. p. 526. ſq. & alias.

Nimirum VViclefus ſub Richardo II. exſilium ad aliquot annos eſt paſſus in Bohemia, quouſque ab eo reverſus in ſua paroecia mortem oppetiit an. 1387. 31. Decemb., haec adreſtante *Balaeo* in VViclepho ad calcem elogii. Pronum itaque fuit Haereſiarchae ſuos in eo regno errores diſſeminare, ſibique addictiſſimos ſectatores adſciſcere. Quin & *Hieron. Pragenſis* in judicio confeſſus eſt, ſe

(*i*) Vide acta C. Conſtant. t. 4. par. 6. col. 413. ſub fin. & col. 644. & *Pitſeum* in prolegom. ad Scriptor. Angliae, ubi de Acad. Oxon. c. 4. p. m. 30.

(*k*) De ann. 1715. tom. 1. pag. 131. ſqq.

ſe ex Anglia in Bohemiam manu propria exſcriptos adduxiſſe VViclefi dialogum ac trialogum. (*l*)

Adde, *Petrum Payne* Anglum VViclefitam, ex Anglia propterea profugum, ſecum in Bohemiam adduxiſſe ſui magiſtri libros & errores, ibidemque ſummo ſtudio docuiſſe & propagaſſe, ceu novae Sectae primipilum, Huſſo & Hieronymo jam exſtinctis. Quo videris ejus haereſis inter Bohemos exordia atque progreſſus.

Joannes Balaeus denique, ut plures mittam inferioris notae ab eo recenſitos, Sudovolcas, apoſtata & Offerienſis demum in Hibernia Praeſul, tenaciſſimus VViclefita, ſcripſit, ipſo teſte in cent. 5. quam abſolvit 1528., lib. in tres VValdeni tomos ... in faſciculum zizaniorum ejuſdem ... lib. 2. de ſectis Papiſticis ... lib. 2. de proditionibus Papiſtarum ... in verbi perverſores ... de corruptis Dei legibus ... Myſterium iniquitatis ... bella VViclefi contra Papiſtas ... Alcoranum Epiſcoporum. Quin etiam ejus centuriae IV. & V. VViclefitas Scriptores mox adductos, exceptis Huſſo ac Hieronymo Pragenſi, complexae, nihil aliud videntur ac prolixa & impudens apologia VViclefi adverſum orthodoxos ejus oppugnatores. Obiit an. 1559. aetatis 67. Porro ſacrilegum hunc monachum & presbyterum uxoratum pro merito vivis coloribus depinxit *Piſeus* (*m*). Scriptor eſt, ajebat *Labbeus* (*n*) *cujus in pleriſque vacillet fides*. Nec minus quidem adpoſite apud *Gretſerum* (*o*) eſt *fabulator ſummus*, atque *Notarius in curia impudentiae, & mendaciloquentiae immatriculatus*. Id quod pluribus demonſtrare pergit *Schvvarzius* (*p*) Calvinicola dicitur *Henrico Schüz* (*q*) Dignus demum, qui inter Scriptores primae notae reprobos ab Indice romano rejiciatur. Hic autem factioni VViclefianae primarios inter patronos famigeratiſſimus.

Iis procul dubio merito ſubnectendi Anglorum illi plurimi infeliciſſimi, qui vviclefianam doctrinam intrepide docuerunt ac praedicarunt, aut pro ea defendenda ſupplicia, ipſamque mortem obſtinatiſſime pertulerunt, nuncupati propterea *Confeſſores*, *Praedicatores* & *Martyres* in Kalendario Proteſtantium ab ejus architecto *Joan. Foxio* proxime cit.

His jam vero ſubcedant Hoſtes catholici.

Ex iis autem celebriores habentur quos *Harpsfeld.* cit. c. 15. idemque *Balaeus* centur. 4. ne tantorum hominum memoria periret, tranſmiſerunt ad poſteros. Nimirum, VViclefo adhuc ſuperſtite, ejus haereſes confutarunt Clari Pugiles, quos mox ſubjicimus.

Joan. Kiningam Ord. Carmelitani in Anglia & Hibernia inter ſuos Praefectus XXI. Oxonienſis Magiſter, rarae eruditionis vir. „

(*l*) Ap. *Acta* C. Conſtantienſis tom. 4. par. 8. col. 635.

(*m*) In prolegom. ad illuſtr. Angliae Scriptores p. 53. ſqq.

(*n*) De Script. eccl. art. *Marianus Scotus*.

(*o*) In comment. exegetico, ſeu Baſilico Doro c. 5.

(*p*) In collegio par. 3. p. 165. & par. 5. p. 470. & ſaepius.

(*q*) In comment. crit. de ſcriptis & ſcriptorib. hiſtoric. in Balaeo.

„ Papiſticus hic Achilles (*r*) primus in ſcholaſtica certamina venit ... „ cum eo viciſſim de ſcripturis & doctoribus conferebat VViclefus „ Scripſit lib. contra propoſitiones VViclefi, & lib. contra ideas ejuſdem. Denatus eſt 1399.

Guilielmus Jordanus Ord. Praedicat. Doctor Oxonienſis, edidit l. contra poſitiones VViclefi. Hunc ei adtribuunt commentarium *Pitſeus* & *Poſſev.* quos ſequitur *Echard.* Inde floruit ſub an. circ. 1380. non autem 1262. uti fert *Poſſev.* quum nempe Wiclefus nondum natus. Hunc incaute vocavit Joannem *Harpsfeld.* cit. cap. 16. quem exſcripſit minus caute cit. *Nat. Alex.* §. 7.

Joan. Bromiardus ejuſdem Ord. Oxonienſis Doctor & Cantabrigienſis Theol. Magiſter, ubi, ait *Balaeus*„ ſollemni juramento pro„ miſit regni Antichriſti (*s*) per ſcripturas defenſionem „ Edidit lib. contra VViclefitas. (*t*)

Joan. Tiſington Minorita, Oxonienſis Doctor & Profeſſor Theologus, ſtrenuiſſimus pro ſancta fide Wiclefitarum inſectator. „ Iſte „ unus erat (*u*) ex XII. primis Wiclefiſticae doctrinae cenſoribus, „ qui an. Dom. 1381. Oxonii in convocatione Doctorum ſub Gui„ lhelmo Berton Cancellario haereſeos Wiclephum damnabant „ Idem „ ſub an. 1392. cum Rege Richardo II. Epiſcopis & Do„ ctoribus interfuit Concilio Stanfordienſi, in quo praedicta hae„ reſis cum omnibus ſectatoribus publice ſollemniterque damnata „ eſt „ referente cit. *Pitſ.* ad an. 1395. quo Joan. noſter migravit ad ſuperos, laboribus, pugnis, victoriis clarus.

Scripſit adverſum novam haereſim lib. contra confeſſionem Wicleſi ... pro Euchariſtiae defenſione ... certamina ſcholaſtica ... de Sacramento Altaris ... de Sacramentis ... pro auriculari confeſſione.

Richardus Lavinghamus, aliis *Lavynam* & *Lavenhamus* Carmelit. Ord. Oxonienſis Magiſter. Hic Wiclefitas & Lolhardos „ tanquam „ inimicos Dei juratos & Eccleſiae capitales hoſtes ... diſputationi„ bus publicis, frequenter oppugnavit, immo viriliter expugna„ vit: hos in concionibus vehementer agitavit: hos libris ſcriptis „ evidenter confutavit, condemnavit, profligavit „ Haec cit. *Pitſ.* ad an. 1381. quem innominatum exſcripſit *Coſmas Teſſiers a S. Stephano* in bibl. Carmel. in hoc Richardo, qui obiit an. 1381. relictis poſteritati lib. de determinationibus contra Lolhardos & Wiclefitas, & lib. contra Jo. Purvejum Wiclefitam, & lib. contra quoſcumque haereticos.

Petrus Stokes ejuſdem Ord. praeclariſſimus vir, qui Wiclefum in ordinem redegit Oxonii & publica diſputatione convicit, propterea ſaepe ab illo inter ſua opera vocatus *Canis albus*. Exſaravit lib.

(*r*) Inquit cit. *Balaeus*.
(*s*) Lege *Jeſu Chriſti*.
(*t*) Conf. *Pitſeus* de illuſt. Angliae Script. ad an. 1390. n. 617.
(*u*) *Balaeo* Authore.

lib. contra Wiclefi errores... contra Philip. Repingtonum Wiclefitam... contra Nicol. Herifordium etiam Wiclefitam. (*x*)

Thomas Aſheburnus Auguſtinenſis, Oxonienſis Doctor & Profeſſor Theologus, edidit lib. cont. trialogum Wiclefi & lib. de identitate in Sacramento.

Thomas Winterton ejuſdem ordinis & Academiae alumnus exſaravit lib. ſuper adſertionem Euchariſtiae, & abſolutionem contra confeſſionem Wiclefi.

Vtredus Boltonus Ord. Bened. monachus Dunelmenſis de Wiclepho „ tanquam de hoſte publico ſuperato non ſemel triumpha„ vit „ inquit *Pitſ.* ad an. 1380. Dedit poſteris lib. de Sacramento Altaris... de dotatione eccleſiae... contra impugnantes eandem... de non auferendis eccleſiae bonis. Balaeum fugit Vtredus.

Nicol. Radcliffus ejuſdem Ord. monachus ad S. Albanum, ſtrenuus Wiclefianae haereſeos debellator, ſcripſit in eam dialogos de Ss. Euchariſtia, ſeu viaticum animae ſalubre... ſuper imaginum cultu... quaeſtiones diverſas. Ad plures abiit circ. 1390.

Guilielm. Berton Oxonienſis Academiae Doctor & Cancellarius, Wiclefi malleus, literis conſignavit determinationes contra Wiclefum... contra ejus articulos... ſuper ejus juſta condemnatione.

Radulphus Strodus, Poëta laureatus Anglus, collegii Mettonenſis Oxonii ſocius, ſcripto commiſit poſitiones & octodecim argumenta contra Wiclefum. *Pitſeo* inclaruit 1370.

Guilielm. Binkamus, ingenio, doctrina, zelo conſpicuus ſub an. 1370. inter primos inventus eſt, ſi non omnium primus, qui Oxonii haereſes detexit & confutavit eruditiſſimo libro contra poſitiones Wiclefi. Conf. *Pitſ.* ad eum an.

Hos deinde ac plures alios, vita functo Wiclefo, exceperunt quamplurimi, quorum nomina indicat cit. *Harpsfeld.* c. 15. ſcripta vero anti-vvicleſiana recenſent vulgati *Bibliographi* cum *Poſſev. Pitſeo* &c. Jam ad alia progredimur.

XXIII. *Wiclefitae veteres* primigenio Magiſtri ſyſtemati nonnullos in dogma noſtrum adjecerunt errores. Nimirum 1.° omnis petitio boni alicujus ſupernaturalis vel gratuiti, uni Deo eſt dirigenda... 2.° aliquam orare creaturam eſt committere idololatriam... 3.° nunquam fidelibus dirigenda eſt oratio ad Deum ſub ratione humanitatis, ſed ſub ratione duntaxat divinitatis. Haec *Guilielmus* cognomine *Sartor*, Londini damnatus an. 1422. quibus profecto omne meritum in invocationibus Sanctorum & Jeſu Chriſti humanitatis repoſitum e medio tollit. Pluribus ea, quae & ipſe retulit, confutat *Thom. Walden*. (*y*)

Tum 4.° Peregrinationes, orationes & oblationes factae caecis crucibus, ſurdiſque imaginibus de ligno & lapide ſunt proprie con-

ſan-

(*x*) Conſulendi *Balaeus* & *Pitſeus* in Petro Stokes, denato 1399.

(*y*) In doctrinali fidei tom. 3. tit. 12. cap. 103. fol. verſo 204. ſqq.

ſanguineae ad idololatriam . Sic *Wicleſitae* adverſus meritum peregrinationum , & cujuſcumque ſacrarum Imaginum cultus. (z) In perfidam haereſim ab Iconomachis exceptam proxime laud. *Walden* fuſe & acriter invehitur ... 5.° inutile cuiquam eſt ſe jejuniis macerare, aut corpus in ſervitutem redigere ... 6.° nec vita pie acta, nec jejunia ad ſalutem hominis prodeſſe poſſunt . Haec *Coubrigius* quidam (*a*) ... 7.° nulla alia oratione quam Dominica nobis utendum . Sic ex ipſis nonnulli . (*b*)

XXIV. *Wicleſitae recentiores* in Anglia ſub initia Seculi XVII. tenuerunt praeter alia , nulla eſſe bonorum operum merita : deinde non poſſe in uno eodemque templo plures uno die Miſſas fieri : ſcita inſuper Eccleſiae de jejuniis indicendis daemonum doctrinam eſſe : Chriſtum denique nec in humanitate adorandum eſſe , nec orandum . (*c*) (*)

XXV. *Joannes Hus* & *Hieronymus Prageuſis Wicleſitae* omnium famigeratiſſimi perſonam & doctrinam univerſam Wiclefi pertinaciſſimo animo exceperunt & vindicarunt aduſque comburium . Atque adeo quidquid ex nuper traditis peccavit VViclefus adverſus meritum bonorum operum , & ipſi enormiter peccarunt . Recolenda

(z) In libello de haereſi porrecto ad Parlamentum vel ſupremum Senatum Richardi Angliae Regis an. regni ſui circ. 18. ap. cit. *VValden* t. 3. tit. 19. c. 151. fol. 270.

(*a*) Ap. *Harpsfeld.* hiſt. VVicleſ. c. 4.

(*b*) Ap. *VValdenſ.* cit. tom. 3. cap. 13. fol. 34.

(*c*) Haec diſcimus ex oculato & auricto teſte cit. *Harpsfeld.* eodem cap. 4.

ADNOTATIO.

(*) HIſce deliriis ac ineptiis , ne quid profani ac impii in tanta errorum colluvie deſideres , magiſtri doctrinam amplificarunt diſcipuli . Et ii quidem una cum magiſtro , ut ſibi populorum fidem conciliarent , ſeveriorem ſimulabant pietatem ſub initium haereſis . Oxonii ſiquidem nudis pedibus incedebant , ſubrufa toga & uſque ad talos demiſſa induti .

Verum perpetua quum nequeat eſſe hypocriſis , paullo poſt ſimulationis pertaeſi , geſtabant jam „ lata caputia furrata , ex„ tenſa uſque ad ſcapulas , & ſuper eas eo„ rum camiſiae de tela ſubtili & tenui filo : „ ſimiliter eorum zonae ornatae argento & „ pendente longo „ uti rem enarrat *VVidefordus* in reſponſis contra VVicleſ. quaeſt. 12. ap. cit. *Dargentr.* p. 14. col. 1.

Ad extremum vero , abjecto cuivis congenito pudore „ tam viri quam feminae ex „ praeclara iſta VViclefi ſchola nudi prorſus in publicum prodiere , & ita omnibus „ ad morem Adami & Evae incedendum „ contenderunt in Hollandia „ uti refert cit. *Harpsfeld.* c. 4. laudato *Aenea Silo.* in hiſt. Bohem. Quid autem aliud exſpectaveris ab hominibus ſeditioſis , petulantibus , impudentibus , tot , tantorumque errorum pelago immerſis ?

Sed & quid aliud notatu dignum in iis addictiſſimis VViclefo alumnis animadvertere licet . Quod nempe ex iis nonnulli dum magiſtri haereſibus novas identidem adcumularent , eas confutabat VViclefus ; ſicut & contra complures interdum , quae hic pugnaciter tuebatur , intrepide illi oppugnabant . Id quod pluribus comprobat teſtimoniis proxime cit. *Harpsfeld.* Haec itaque Scholae VViclefianae in fucata doctrina contenſio . Paria iis monſtra nondum Africa pepererat . Vah , quanta haec ferocitate Eccleſiam Chriſti ſponſam vexarunt !

da de utroque Haereſiarcha mox dicta in elencho Scriptorum VVi-
cleſitarum ad pag. 346. (*) XXVI. *Eraſ-*

ADNOTATIO.

(*) SEd & complura ſuppetunt de conſtanti eorundem profeſſione & propagatione VVicleſiſmi documenta apud ſaepius laudata *Acta C. Conſtant.* t. 4. par. 6. & 8. *Cochlaeum* in hiſt. Huſſitar. l. 1. 2. 3. *Aen. Sylvium* cap. 35. ſqq. de hiſt. Bohem. *Concil. Conſtant.* in Actis ſeſſ. xv. & xxi. ap. *Lab.* & *Harduin.*

Ex iis audiamus *Cochlaeum* l. 1. p. m. 15.., M. Joan. Huſ... liberior factus, virus VVicleficum, quod in corde gerebat, per os in populum effundere palam coepit. Nam quum eſſet in ſermone potens, & mundioris vitae opinione clarus, nactus concionandi munus in celebri eccleſia Bethlehem... populum ſenſim perduxit in odium cleri per commendationem doctrinae VVicleſi. Et non ſolum ore, ſed & calamo ſtuduit impia illius haeretici dogmata ad laicos divulgare, transferens aliquot libros ejus in linguam bohemicam, quos vel magni muneris loco mittebat ad potentiores laicos... ad Moraviae Principem Marchionem Judocum tranſmiſit quatuor libros trialogi in vernaculum translatos, qui inter omnes VVicleſi libros maxime ſunt virulenti & haeretici„.

De Pragenſi vero, praeter alia, quae eodem ferme recidunt, haec ferunt articuli Conſtantiae in judicio eidem objecti ap. cit. Acta C. Conſtant. t. 4. par. 8. col. 650. „ *Item* quod idem Hieronymus ab uno, duobus, tribus, quatuor, quinque, ſex, ſeptem, octo, novem, decem, undecim, duodecim annis proxime praeteritis, & citra & ſupra fuit, prout hodie eſt homo malae famae & malae conditionis, ſeditioſus, haereſum inſequutor, novarum & ſuſpectarum ſectarum, & praecipue Joannis VVicleſi haereticae ſectae & errorum fautor, proſequutor, nutritor & dogmatizator.„

Ob haec igitur utrque, & ob alias haereſes rite probatas, ac tenaciſſime ab utroque retentas, a Synodo Conſtantienſi ad vivicomburium ultro dimmiſſus eſt. Licet autem Pragenſis metu mortis deterritus, in Concilio VVicleſiſmum ſollemniter ejurarit, facti tamen poenitens, ardentius & conſtantius olim ejuratas haereſes ſubſtinuit uſque ad flammas.

Porro imperitum Bohemorum VVicleſitarum vulgus abſumtos Joannem & Hieronymum quam cito ceu beatos coelites, invictoſque Martyres & Chriſti Confeſſores ſollemni cultu venerati ſunt. Nec deſiit, reor, uſque modo par Huſſitarum omnium plauſus. Ac laudata quidem hominum eorum hiſtoria & monumenta edita 1715. ab Huſſita haeretico, eos adpellant *ſanctiſſimos Chriſti Martyres*, ipſorumque integerrimam ſanctimoniam perfrequenter vindicant atque depraedicant.

Sed has tamen ſtultiſſimas ineptias invicte pluribus confutavit cit. *Cochlae.* l. 2. a p. m. 94. & l. 3. a p. 140. ſolidiſque argumentis evicit, publicatis utriuſque haereſiarchae ſceleribus, grave peccatum eſſe eos dicere *Sanctos*. At de iis nos alias ubi de cauſſa Huſſitica agendum erit. Reliquum vero eſt ut VVicleſianae finem imponamus; ſi modo ipſa hucuſque finem habuerit. Siquidem & Lutherus & Calvinus, & alii poſt VVicleſum exorti haereſiarchae praecipua VVicleſianae doctrinae capita adoptarunt, uti polemicae eruditionis peritis exploratum eſt.

Quod autem ſpectat hominum ſectam VVicleſi doctrinam & nomen retinentem, haud haec cum Huſſo & Pragenſi flammis abſumta eſt. Namque ſub annum deinceps 1431. *Paullus Crau* Bohemus a ſuis miſſus in Scotiam ad doctrinam VVicleſi per omnes ejus oras diffundendam, haud leviter ſparſo jam veneno captus eſt & a civilibus magiſtratibus ob ejus inſuperabilem in erroribus renitentiam rogo traditus; uti Author eſt *Joan. Leslaeus* Epiſc. Roſſenſis de orig. mor. & reb. geſtis Scotor. l. 7. in Jacobo I. ad eum an. p. m. 275.

Tum ann. 1447. *Reginaldus Pecoke* Ciceſtrenſis Epiſcopus VVicléfi erroribus publice adhaeſit; tametſi ab Epiſcopis Angliae condemnatus & e ſede ſua ejectus ad catholicam fidem redierit; referente *Dargentr.* cit. t. 1. ad eum an. ex hiſt. Univ. Oxon. p. 220

Anno deinceps 1476. promulgatum eſt Regis Angliae edictum adverſus Sectarios VVicleſi & Pecoki, ap. cit. *Dargentr.* ad hunc an. Adhuc itaque tum vigebat VVicleſiana ſecta.

Ab anno denique 1416. quo ſub diem 30. Maji Pragenſis Conſtantiae in cineres reda-

XXVI. *Eraſmus* Roterodamus de merito, quod praefert jejunium lege praeſcriptum haec ſentiebat „ Triſtia ſunt jejunia, quae praeſcribit lex: & ob hoc ingrata Deo, qui diligit hilarem datorem „ (*d*) Deinde „ Mihi purioris chriſtianiſmi videtur, magiſque conſentaneum evangelicae & apoſtolicae doctrinae, ſi nullum certum cibi genus praeſcribatur, ſed admoneantur omnes, ut quiſque pro corporis habitu veſcatur quae maxime conducunt bonae valetudini, non ad luxum, ſed ad ſobrietatem, cum gratiarum actione ac ſtudio bonae mentis „ (*e*)

Rurſum „ Adprobo quod dicis, eſca non commendat nos Deo; quum enim Deus univerſa creaverit ad uſus humanos, neque quidquam a nobis exigat praeter vitae pietatem, quid illius refert, piſcium, an quadrupedum, an volatilium carnibus veſcamur? Nihil enim pietati quidquam vel addit, vel adimit horum delectus: ſuperſtitioſum facere poteſt, pium nequaquam. Chriſtus nullum horum diſcrimen docuit. Proinde temeritas eſt, ſi quis homunculus conetur quemquam hujuſmodi conſtitutionibus onerare. Pro ſuo quiſque corporis adfectu veſcatur quibus velit, modo ſobrie, parceque ſuper omnibus gratias agens Deo.„ (*f*)

Poſtremo „ Paullatim irrepſit conſuetudo, quae diem Veneris piſculentum nobis reddidit. Deinde ubi hoc ſubceſſit, adjuncta eſt & Sabbati dies: nunc etiam Mercurii periclitatur; ob idque genus obſervationculas videmus homines adfligi & denique mori, ſibique Chriſtianos videri, quum ſint Judaei „ (*g*) His, ut vides, ſatis inſolenter Auctor hic nimium verſatilis & ambiguus carpit delectum pro jejunio ciborum ab Eccleſia praeſcriptum, & omnem meriti ſalutaris rationem ab ejus uſu ablegat.

XXVII. *Martin. Lutherus* ſtoliditate ceteros praetergreſſus, non modo eleemoſynae, orationi, ceremoniis eccleſiaſticis, jejunio; ſed univerſim ſingulis quibuſque bonis operibus meritum quodlibet potens ad remunerationem movere Deum impudentiſſime abjudicavit, uno

redactus eſt, ac deinceps perplures fuerunt Scriptores Anglici, relati apud centurias 4. & 5. Balaei, qui ſui VVicleſi perſonam & doctrinam editis commentariis propugnare pergebant: e. c. *Petr. Clarcke* an. 1420. *Guilelm. Taylour* 1422. *Guilelm. VVhyte.* circ. 1426. *Petr. Payne* circ. 1438. *Philip. Noris* circ. 1446. *Guilielm. Tyndale*, aliis *Hychyns* an. 1535. *Joan. Frith.* 1533. *Robertus Barnes* 1540. denique cit. *Joan. Balaeus*, quo recentiorem non vidi, ſcribentem 1548. Quo circa ſaltem ſub hunc annum vigebat adhuc in Anglia re & nomine ſecta VVicleſi.

Crediderim tamen, ſub id tempus, quod excepit horrendum ſchiſma Henrici VIII. fato functi 1547. ſectae nomen penitus deſiiſſe, doctrinam vero maximam partem diverſis ſubornatam cognominibus in pleriſque ſectis perduraſſe.

Et iſta quidem ſatis ſuperque de ſumma cauſſae VVicleſianae. Plura in eam dabunt Scriptores hac in Adnotatione laudati. Prae ceteris vero *Knygthon*, *VValſingham.*, *Acta C. Conſtant. Harpsfeldius*, *Cochlaeus*, *Piſeus*, *Nat. Alexander*, *Dargentraeus*.

(*d*) In paraphraſi ad cap. 2. Marci.

(*e*) In epiſt. paraphraſi primae ad Corinth. praefixa.

(*f*) In paraphraſi ad cap. 8. epiſt. 1. Cor.

(*g*) In epiſt. ad Epiſc. Baſileenſem.

uno contentus merito, quod fidei adſcripſit. Id unum e praecipuis ſuae doctrinae capitibus, quod ad nauſeam ingeminat, multiplicique vocum, phraſiumque circuitu explanare ſatagit. Tantiſper hunc magiſtrum audiamus pro ſuo palmari placito declamantem.

„ Vix eſt aliud, ait, naturalius homini vitium, & majore cu-
„ ra eradicandum, quam ſubtilis iſta praeſumtio, quae ſemper ni-
„ titur Deum praevenire & per opera ſua proprium facere. Ex
„ quo monſtro naturali fluxerunt etiam impia illa dogmata in Ec-
„ cleſia, quibus homines pro placando Deo & ſatisfaciendo pro pec-
„ catis ad opera & idulgentias impelluntur, fide Dei penitus omiſ-
„ ſa„ (*h*) In craſſis calumniis ſubſtruit hic architectus errorem impium. Namque nec intendit Eccleſia Chriſti noſtra opera gratia auxiliante praeventa, Deum praevenire, nec ullum agnoſcit ſupernum meritum ubi penitus abeſt theologica fides.

„ De peccatis in operibus bonis, concedo nullum eſſe opus bo-
„ num, quo Deo placere queamus, ſicut orat Eccleſia dicens, *Do-*
„ *mine ſecundum actum meum noli me judicare, nihil dignum in con-*
„ *ſpectu tuo egi*: & iterum, *ut qui tibi placere de actibus noſtris non*
„ *valemus* &c. Atque haec ipſa eſt gloria & gratia fidei, quod ſola
„ ipſa eſt opus placidum, quod noſtra omnia placita facit & om-
„ nia diſplicita facit.„ (*i*) Fucum facit dum diſſimulat, ſe olim didiciſſe, ac forte docuiſſe, ex dogmatis Eccleſiae nullum opus nudis naturae viribus elicitum Deo placere, vel quamlibet ab eo exigere tanquam ab ſuperno Authore remunerationem; ſecus vero adſpirantis auxilio gratiae communitum. Huc facit impoſtura illa, qua *Lutherus* idem agens de votis monaſticis (*k*) Monachos noſtrates traducit, quoniam, inquit „ principium perfidiae ſuae palam docent &
„ dicunt hominem poſſe ſuis operibus naturalibus gratiam & ve-
„ niam peccatorum obtinere„ Quo quid magis alienum a vero?

„ Quid ſunt opera externa ipſa mandatorum Dei & ipſius E-
„ vangelii, quam quaedam ceremoniae? (videlicet quovis merito
„ vacuae) Quid eſt orare, jejunare, vigilare, laborare manu, ju-
„ vare proximum, niſi ceremoniae? Verumtamen ceremoniae pro-
„ fanae, ſeu ritus politici & ſecularium rerum jura, ſive conſue-
„ tudines, aut quocumque nomine cenſeri debent... Ita ſacrae ce-
„ remoniae & ritus eccleſiaſtici, ſeu jura rerum, ut vocant, ſpi-
„ ritualium, ſunt multo periculoſiores„ (*l*) Audin' qua arte univerſam divinae legis & Evangelii Chriſti obſervationem e medio tollat?

„ Vide itaque ne te fallant operum pompae & humanarum
„ traditionum fallaciae, ut veritati divinae & fidei tuae non facias
„ injuriam. A fide Sacramentorum tibi incipiendum eſt ſine ullis
„ operibus, ſi ſalvus fieri voles, fidem autem ipſa ſequentur ope-
„ ra, tantum ne vilem habeas fidem, quae opus eſt omnium ope-

(*h*) In operat. in Pſal. 13. t. 2. operum ed t. Jenenſ. 1600. fol. verſo 144.
(*i*) Ibidem fol. verſo 145.
(*k*) In eodem tom. 2. fol. verſo 456.
(*l*) Ibidem fol. 346.

„ rum excellentiſſimum & arduiſſimum, quo ſolo, etiamſi ceteris „ omnibus carere cogereris, ſervaberis„ (*m*) Nec minus ea verborum pompa fallit, nec minus iniquus eſt in exſercitationem bonorum operum, ineptiſſime unius fidei meritum efferendo.

„ Haec opera (bona) dicuntur meritoria, neſcio an intelli„ gant (Romanae Eccleſiae Doctores) ego fateor me non intelle„ xiſſe. Fides eſt meritum totum, vaniſſimum eſt ut unus actus ſu„ bitaneus dicatur dignus vitae aeternae, oportet ut perſona ſit „ digna„ (*n*) Et vero nullus e noſtratibus eſt, qui non fateatur eum duntaxat actum eſſe vitae aeternae condignum, qui exoritur a perſona digna per gratiam ſanctificantem.

„ Quomodo poſſit eſſe meritum, quum tamen omnes ſancti „ peccent, juxta illud, *non intres in judicium cum ſervo tuo*, & „ Chriſtus, *vos quum ſitis mali* &c.„ (*o*) Quo plane recidit propoſitio illa ejuſdem Lutheri„ in omni opere bono juſtus peccat„ (*p*) tum ſexta illa theſis inter eas, quas an. 1518. Luthero Praeſide, defendit Heidelbergae Leonard. Bejer apud Auguſtinianos„ non ſic „ ſunt opera Dei merita (de iis quae per hominem fiunt, loquimur) „ ut eadem non ſint peccata„ (*q*) ac potiſſimum haec tertia inter eaſdem theſes„ opera hominum ut ſemper ſpecioſa ſint, bonaque „ videantur, probabile tamen eſt ea eſſe peccata mortalia„

Porro theſium idem architectus ad citata loca pluribus eas vindicare pergit; at fruſtra omnino. Eſto ſiquidem juſtus in omni opere bono peccet, ſeu aliqua ex parte deficiat, quatenus ut plurimum rarum eſt apud homines bonum opus undequaque perfectum, ac omnibus numeris abſolutum, uti conſentiunt Adſcetici Doctores & Myſtici (quo etiam pacto *Carpzov.* (*r*) abſurdam ſui Lutheri theſim emollire ac interpretari voluit) at multa plurimi elicuerunt valde perfecta, ut puta beatiſſima Virgo, Apoſtoli, plerumque Martyres, iique de quibus apertiſſime conſtat pleraſque virtutes in gradu heroico exſercuiſſe. Horrendum tamen eſt, ejuſmodi operibus, eſto nonnulla imperfectione infectis, ut plura ſimilia praeteream, lethalis culpae immanem gravitatem adpingere; immo & ſolius culpae venialis, quod Lutherus idem mitius loquens adſeruit in haec verba „ opus bonum optime factum eſt veniale peccatum„ (*s*)

Haec, iiſque conſentanea valde plura ſparſim in editis commen-

(*m*) De Captiv. babyl. Eccl. ubi de Baptiſmo in eodem tom. fol. verſo 271.

(*n*) In concione 3. de triplici juſtitia tom. 1. fol. verſo 151.

(*o*) Ibidem.

(*p*) Eſt Prop. xxxi. ex Luthericis ſollemni decreto damnatis a Leone P. X. tantoque furore ab Haereſiarcha vindicatis, praeſertim in tract. quem inſcripſit *adverſus exſecrabilem Bullam Antichriſti*, qui exſtat in tom. 2. a fol. verſo 286. & in adſertione omnium articulorum per bullam Leonis X. damnatorum, quae exſtat ibidem a fol. 292.

(*q*) Exſtat in eodem tom. 2. una cum reliquis & cum probationibus Lutheri a fol. 23.

(*r*) In Jagoge ad libros ſymbolicos lutheranarum eccleſiarum t. 2. p. 1327.

(*s*) Eſt Prop. xxxii. ex damnatis a Leone, quam *Lutherus* vindicare vanum nititur in eodem tom. 2. fol. 309. ſq.

mentariis famoſus hic Novator, oeſtro percitus adverſum ſanctam de merito bonorum operum doctrinam, quam Romana & univerſa Chriſti Eccleſia una cum ceteris fidei dogmatis perpetuo retinuerat. (*t*) Quid vero de hiſce magiſtri ſenſis ejus Sectatores cum veteres, tum recentiores cogitaverint, diligentius expendamus.

Phil. Melanchon ita cenſuit (*u*) „ Omnia hominum quantumvis „ laudabilia opera plane vitioſa ſunt, & morte digna peccata „

Nicol. Amſdorfius, Miſnienſis, quem Lutherus de plenitudine poteſtatis Neoburgenſem Epiſcopum creavit, librum edidit contra Georgium Majorem, quem inſcripſit, *Quod bona opera ſint perniciosa ad ſalutem*. Et in eo quidem ſic aſſerta digeſſit, ut commentarii titulo plane reſponderent. Haec inter alia blaterare non eru uit „ „ Qui docet quod bona opera ad ſalutem ſunt neceſſaria, hic jam „ anathematizatus eſt. Quamobrem ego Nicolaus Amſdorfius: qui- „ cumqae haec verba ut ſonant, *bona opera neceſſaria ſunt ad ſalu-* „ *tem* docet & praedicat hic eſt Pelagianus, Apoſtata & duplex Pa. „ piſta „ (*x*) (*)

Magdeburgenſes Centuriatores in centuriis XIII. hiſtoriae eccleſiaſticae ad cap. 4. de doctrina, ubicumque de bonis operibus, ſeu de Juſtificatione occurrit ſermo expoſitam ſui Magiſtri inutilitatem bonorum operum per fas nefaſque ſubſtinent, incautiſque lectoribus ſuadere conantur. Quod ut obtineant (uti eiſdem in more poſitum eſt circa reliqua lutherana dogmata) Authorum verba paſſim corrumpunt aut interpolant. Quin etiam Patres priorum v. Seculorum, ſi quid adferant ſuis adverſum placitis, infando auſu carpunt ac vellicant ceu primaevos ſancti dogmatis corruptores, vel in ſacra doctrina lapſos, vel humanum aliquid paſſos; eoſque demum authoritate propria quaſi centumvirali quadam haſta exauctorant.

En tibi plurium inſtar exemplum unum ex iis quae impuden-

(*t*) Conſulendus *Jo-Fiſcherus* Epiſcopus Roſſenſis in articulos Lutheri XXXI. & XXXII. a Leone damnatos.

(*u*) In loc. comm. edit. 1. ubi de bonis operibus.

(*x*) Conf. cit. *Coccius* t. 2. l. 3. ar. 3. ad ann. 1552.

ADNOTATIO.

(*) Hic *Amsdorfius* „ ad factionem „ rigidiorum Confeſſioniſtarum pertinet „ inquit *Refcius* in centur. evangelic. ſectar. art. *Amsdorfiani*, quorum factionis, bonorum operum meritis flagitioſiſſime adverſantis ipſe caput fuit.

Si fides *Siandae* in lex. pol. in Amsdor. fianis, Nicolaum Carolus V. ab ditione Imperii fugere coëgit; ſed apud Magdeburgenſes jam labe lutherica infectos quietum aſylum reperit.

Perperam vero ibidem *Sianda* inquit, Nicolaum Lutheri erroribus hunc alium addidiſſe de pernicie bonorum operum ad ſalutem; quippe non addidit, ſed quem ſaepius adſeruerat Lutherus, pluribus exponere & confirmare adgreſſus eſt.

Celebris ille *L' Advocat*, nec omnibus item ſatis ubique probatus, in lex. hiſt. liter. crit. de an. 1758. emortualem Amsdorfii diem revocat ſine ulla haeſitatione ad an. 1541. Ceterum laud. *Coccius* eum exhibet ceu viventem adhuc ſub an. 1552. In primo inſuper Lutheri tomo Praefationem habemus *Amſdorfii* ab eodem ſubſcriptam *Kalend. Januarii anno Chriſti* 1556. Exinde igitur corrigendus anachroniſmus Domini l' Advocat.

tiſſimi homines effutiunt in centuria II. Principio enim in Epiſtola nuncupatoria (y) inſtituta oratione de Patribus, qui Seculo II. ſanctorum dogmatum doctrinam literis conſignarunt, haec tradunt „ „ Doctrina de libero arbitrio ſtatim hoc Seculo coepit vitiari, ni- „ miumque viribus humanis tributum eſt „ Quo callide carpunt Patres, qui hominis arbitrio plenam indifferentiae libertatem ad. ſcripſerunt.

Pergunt Hiſtorici „ Articulum juſtificationis non ſatis perſpi- „ cue explicarunt, & operibus juſtificatorum plus quam debebant „ adſcripſerunt: quod forte ex pſeudoapoſtolorum errore de neceſ- „ ſitate operum ad ſalutem promanavit „ Sic vaferrimi homines ſanctum dogma erroris inſimulant, ut ad quamlibet impietatem viam ſternant.

Deinde in eadem centuria (z) haec diſſerunt egregii alumni *Germanici Prophetae*, qualem ipſi ſuum Lutherum nuncupant (a) „ „ Obſcurari coepiſſe Clementis aetate doctrinam de fine bonorum „ operum ex ipſius Clementis ſcriptis adparet „ Subinde Clementem Alexandrinum ceu ſibi non conſtantem, foedumque in dogma de operibus Erronem inſectantur, quod eorum meritum, pretiumque commendet in paraenetico, necnon in ſtromatum lib. 5. & 6.

Nec ſimili praeterea cenſura incorreptum relinquunt ſcientiſſimi Ariſtarchi ob peccatum omnino par Theophilum Epiſc. Alexandr. quoniam „ ſimilia, inquiunt, apud Theophilum deprehendas „ lib. 2. ad Autolic. ubi ex profeſſo ait liberum & ſui juris crea- „ viſſe Deum hominem. Quod tamen excuſari poſſet, niſi haec ſe- „ quentia adderet: legem & praecepta ſancta communicavit nobis „ Deus, quae ſi homo ſervaverit, ſalutem conſequi, & reſurgens „ hereditatem incorruptibilem nanciſci poterit „

Pluribus demum carpunt tanquam *perniciosa zizania*, *doctrinaeque Apoſtolorum & Prophetarum minime congruentia*, quae idem Clemens ſtromat. l. 6. & alias diſerte tradidit de fide una cum operibus juſtificante, ſimulque de ſublimi Apoſtolorum ſanctimonia, quos nempe adſeruit *omnibus numeris abſolutos eſſe*, adverſum ea quae mox vidimus contendiſſe germanum ſuum Prophetam Lutherum. Quibus adde ob idem crimen ab ipſis ſugillatos fuiſſe ceu errones Tertullianum & Cyprianum in centur. 3. c. 4. col. 80. ſq. tum denique Patres alios in cent. 4. & 5. Nec amplius quidem; nam qui in reliquis ſubſequutis centuriis ſcripſerant, ab iis doctoribus rejiciuntur penitus. Vide hominum vafritiem ac inſolentiam, quibus pſeudo-hiſtoriam lucubrarunt, ut incautis imponerent, ac, vel etiam abjecta quavis Pa-

(y) Ad pag. 2.

(z) In cap. 4. de doctrina, ſub titulo de operibus & perfectione col. 60. ſq.

(a) In praecitata Epiſt. nuncupatoria p. 4. §. *Maximae.*

Patrum authoritate ac traditione, lutherica anti-dogmata procaciter ſubſtinerent. (*) *Con-*

ADNOTATIONES.

(*) I. CEnturiatores architecti praecipui quatuor circumferuntur in prioribus ſaltem centuriis, in epiſtolis nuncupatoriis ſubſcripti; puta *Matthias Flacius Illyricus*, *Joannes VVigandus*, *Matthaeus Judex*, *Baſilius Faber*, quibus nonnulli addunt *Goeleſtinum Huttenum*, aliique *Nicolaum Gallum*, *Andream Corvinum*, *Gaſparem Nidrupium*, *Jo. Baptiſtam Hiencelium*, *Marc Pancratium Veldpock*, *Thom. Holthuterum*, *Ambroſ Hidfeld*, *Davidem Cicelerum*, *Caſparem Leunculum*, *VVilelm. Radenſem*, *Nicol. Beumullerum*, *Bernard. Nigrum*, *Petr. Schraëder*. Sed eos tamen omnes rectius dixeris adjutores Illyrici, qui potiſſimas hoc in opere partes egit.

In Centurias vel Secula diſpeſcitur haec hiſtoria, & centuria quaelibet annorum ad uſque decimam tertiam aChriſto nato capitibus ſexdecim abſolvitur hoc ordine: caput 1. dat ſummam tractandorum in centuria: 2. agit de loco Eccleſiae Chriſti ejuſque propagatione: 3. de externo ſtatu, hoc eſt de perſequutionibus & pace Eccleſiae: 4. de doctrina: 5. de haereſibus: 6. de ceremoniis & ritibus: 7. de gubernatione Eccleſiae, ejuſque rerum & perſonarum: 8. de ſchiſmatibus: 9. de Conciliis: 10. de Epiſcoporum & Doctorum vitis: 11. de haereticis: 12. de Martyribus: 13. de rebus miraculoſis: 14. de rebus judaicis externis: 15. de religionibus extra Eccleſiam: 16. de mutationibus in politicis imperiis.

Haec profecto prima ſaltem ſub tempora recentiora, quod ſciam, id genus hiſtoria generalis eccleſiaſtica, nec tenui quidem labore, nec ignobili methodo lucubrata & in lucem edita Baſileae ab an. 1559. ad 1574. ibidemque recuſa an. 1624. uno volumine centurias tredecim complexo. Fere ſub idem tempus *Lucas Oſiander* VVittembergenſis opus illud in compendium redegit. Multa porro haec hiſtoria enarrat & aſſerit vera, ut e. c. quod canones qui dicuntur Apoſtolorum, & libri conſtitutionum & recognitionum Clementi Papae adtributi, & pleraeque Pontificum epiſtolae decretales, ut vocant, ſub IV. priora Secula, quod inquam haec omnia vel prorſus notha ſint, vel manu interpolatoris maximam partem vitiata & corrupta: id quod jam modo Eruditi quique ſentiunt.

Ceterum multo plura pro veris venditat apertiſſime inepta, falſa, haeretica & impia; ubi praeſertim agitur de doctrina & inclinatione doctrinae ad cap. 4. ex iis quae modo idnuimus, tum de primatu Romani Pontificis ad cap. 7. de Epiſcopis & Doctoribus ad cap. 10. de miraculis ad cap. 13. ac de pleriſque aliis.

Eo videlicet exſecrando conſilio Illyricus cum ſociis ſpartam hanc adornandam adgreſſus eſt, uti jam indicavimus, ut vel etiam qualibet interpoſita fraude ac impoſtura, ſacratiores Eccleſiae Chriſti ritus & dogmata ceu erronea ſubruerent, lutherica vero ceu orthodoxa efferrent: quo quidem praetenſam reformatam Synagogam facili negotio ſtabilirent.

Heinc autem eos diſcipulos & ſectatores nacti ſunt ejuſmodi Hiſtorici, tamque obſtinatos, ut quidquid tandem in centuriis legerent pro puro puto Dei verbo, tanquam ipſa veritas loqueretur, recipiendum exiſtimarent, vel, ut *Alani Copi* verbis utar cum *Reſcio* in centuriis art. *Centuriatores* „ ſolos „ Magdeburgenſes quaſi Nabucodonoſoris „ ſtatuam, aut ſacratiſſimae Veneris ſta„ tuam adorarent„.

II. Quid vero noſtrates adverſus peſtiferam hanc & impiiſſimam hiſtoriam? Multa porro multi, ſparſim vero, & non niſi data confutationi opportunitate. Vix dum octo ex iis centuriis in lucem prodierant, ex ſententia Tridentinae Synodi duo percelebres ejus Theologi hiſpani *Petrus Pontidonius* & *Michaël Medina* juſſi ſunt a Pio IV. & Pio V. ſummis Hierarchis in virulentum opus calamos acuere, uti innuimus *ſupra* in Tom. I. pag. 53. rurſumque idem ipſis praeſcripſit Gregorius P. XIII. referente *Poſſev.* in adp. ſac. in Gregorio XIII.

Quid illuſtrius deinceps abſoluto Concilio excogitavit ejus olim inclytus Praeſes *Hoſius* Cardinalis; quippe qui author fuit Pio V. ut has ipſas centurias acriter repurgandas, hiſtoricae veritati aptandas, catholicis notis & obſervationibus illuſtrandas, atque hoc ipſo, quem Lutherici inſtituerant ordine, methodoque ad communem Eccleſiae Dei utilitatem, & illorum ſempiternam confuſionem, edendas curaret.

Datumque jam revidendi, perpurgandique negotium viris doctrina & eruditione con-

Confeſſioniſtae qui profiteri dicuntur articulos Auguſtanae Confeſſionis, ex hujus articulo VI. „ docent quod fides illa debeat bonos „ fru-

conſpicuis Alano Copo, tum Hoſii Cardinalis in Urbe Theologo, Sandero, laudato Medinae, Turriano, Latinio, Urſino, Stanislao Reſcio. Sigonius quoque, Sanctesius, Genebrardus, Lindanus, aliique e variis nationibus evocandi erant, ut mutuas operas excitando tam neceſſario operi conferrent.

Sapientiſſimo huic collegio praeſides adſignabantur Hoſius, Sirletus, Otto Auguſtanus Cardinales eruditiſſimi. Nonnulla quidem Sanderus, Copus & Medina in hoc genere ſcripta paraverant. Verum optima tandem conſilia, magnique operis progreſſionem Pii V. mors Kalendis Maji 1572. abrupit ac diſſipavit. Haec didicimus ex cit. *Reſc.* ubi de Centuriatoribus, quos nullus deinceps, quem viderim, penes praecipua pſeudo-hiſtoriae capita ex inſtituto convellendos ſuſcepit; quidquid Gregorius XIII. apud *Poſſevin.* proxime cit. quod Fontidonio & Medinae injunxerat „ per alios quoque „ deinceps ita fieri curarit, ut impoſturas „ illas centuriarum prorſus denique dete„ xerint „.

At vero nec penitus inultas centurias perfidas dimiſerunt orthodoxi Doctores. Principio enim *Guilielm. Heyſengrein de Nemeto* Spirenſis ſacra doctrina conſpicuus adverſus illas dimicavit catalogo teſtium veritatis locupletiſſimo, excuſo Dilingae 1565. Deinde *Alanus Copus* Anglus doctiſſimus ſex editis pereruditis dialogis an. 1566. Antuerpiae eos acerrime confutavit, ceu ſummi Pontificatus, monaſticae vitae, Sanctorum, ſacrarum imaginum oppugnatores; at ſuos inſimul eodem commentario conterraneos pſeudo-martyres exagitavit. Tum *Petr. Caniſius* S. J. haereticorum malleus centuriatores, alioſque catholicae Eccleſiae hoſtes commentariorum de Verbi Dei corruptelis tomis duobus Ingolſtadii editis 1583.

Praeterea *Onuphrius Panvinius* adverſus eoſdem, libros tres concinnavit de Primatu Petri & Apoſtolicae Sedis poteſtate, Veronae editos an. 1589. at Romae pridem epiſtola nuncupatoria dicatos ab Authore an. 1566 Kal. Martiis.

In ipſos item inſurrexit *Franc. Turrianus*, canones Apoſtolorum, & antiquiorum Pontificum decretales epiſtolas vindicare conatus; ſtrenue quidem ac erudite, at minus tamen feliciter.

„ nus

III. Si *Morerium* ad art. *Centuriatores* audias, quum ii ſuam cuderint hiſtoriam ut directa acie Romanam Eccleſiam impeterent, hac de cauſſa Cardinalis *Baronius* ut eorum conatus retunderet, Annales ſuos eccleſiaſticos triginta totos annos lucubravit. Id ipſum ab aliis non ſemel audieram, teſtatumque nuper video tanquam quid cunctis exploratiſſimum ab *Adhore* Praefationis adjectae adparatui Annalium Baronii. edit. Lucenſis 1740. n. VI. ad p. 5. Idem fere cenſuit *Caveus* in prolegom. ad hiſt. liter. ſect. 6. §. *Recentiorum*.

Firmum et vero documentum, quo doceant expreſſum iſtud conſilium ad conſcribendos Annales iniiſſe Baronium, aut apud Annaliſtam ipſum, aut apud alium Scriptorem illuſtris notae nondum reperi. Neque id quidem ex ſtructura & methodo Baronianorum annalium cuiquam facile ſubinferre licet.

Paſſim ſane clariſſimus Annaliſta ubi probata ſupperunt documenta Romanae Eccleſiae, Romanorumque Pontificum primatum, authoritatem, jura, nomen, ritus, ſacra geſta, merita (quae omnia paſſim quoque Centuriatores mendaciis, calumniis, ſcommatis denigrare atque convellere pergunt) potentiſſime vindicat, illoſque tum aliquando ſigillatim perſtringere innuit, e.c. ad an. 419. n. 48. ad an. 800. n. 18. & raro alibi.

Ceterum quod idem vindicet ex inſtituto praecipua religionis dogmata, quae perpetuo centuriae ad capita de doctrina & ſaepius alibi convellunt (quod omnium primum addicto illarum oppugnatori ſine dubio curandum erat) nobis heinc inde annales haud ſegniter percurrentibus minime adparet. Heterodoxus ille *Otius* proxime adlegandus, §. *Ex hiſ.* ita differit „ Certe nihil „ minus praeſtat Baronius, quam ut exacte „ atque ordine refutet Magdeburgenſes, un„ de liberrima methodo utitur; maxima & „ optima ne digito quidem extremo tangit, „ alia conſarcinat & legendis replet „.

Haud infrequenter quidem in prolixo opere vellicat centuriarum errores & calumnias, ſed quae tamen cum aliis delirantibus ſectis communes ſunt. Undenam ergo prudenter colligas ibi potius Centuriatores, quam alios ex mente Baronii conteri; praeſer-

„ fructus facere, & quod oporteat bona opera mandata a Deo fa-
„ cere, propter voluntatem Dei, non ut confidamus per bona ope-
„ ra

sertim quum eum sensum nusquam aperuerit Annalista, & eosdem ipsos authores raro aut nunquam toto in opere diserto vocabulo nominarit?

Ubi obiter carpendus *Author* Scaligerianorum sic de nostro Baronio differens art. *Baronius.* ad p. 36. edit. Hagae comit. 1669. „ nihil habet quam quod Centuriatores fe-
„ cerunt, & illos perpetuo reprehendit: pu-
„ tat ita tegere sua furta „ Audin'? Quot verba, tot inepta mendacia. Cum eodem Authore corripiendus *Jo. Enric. Ottius*, qui in exam. in Annal. Baron. centur. 1. in praefat. §. *Et quum.* illi cum plausu adsentitur. Heu qualis hic examinator Baronii! Sed ad hunc redeamus.

Adfectavit, inquies, eos negligere atque adeo consulto quorum errata tefellit, nomina reticuit. At non video quo consilio, aut cujus spe utilitatis adfectatione ista usus fuerit Baronius. Nec *Panvinius* quidem, nec *Conrad. Brunus*, nec *Heyfengrenius*, nec *Harpsfeldius*, nec *Copus*, qui eos adgressi sunt; nec item qui alios ejusdem furfuris perstrinxerunt hostes, *Vega*, *Castrus*, *Fev-ardentius*, *Bossuetus*, *Bellarminus*, *Becanus*, &c. illorum nomina reticenda duxerunt; quin immo ea palam revelare solatio erat fidelibus ac non exiguo decori orthodoxae fidei, quam utpote ab ejusmodi nominatim adversariis protectam & vindicatam absque involucris aenigmatum aperte proponerent.

Magnae subinde gloriae verteretur sanctae fidei quod foedissima juxta ac impudentissima Magdeburgensium historia ab adversa Baroniana, quae intervallo pene infinito pluribus ex capitibus illi praestat, adnotatis ubique hostium nominibus, propalam nullo monente confoderetur.

Quid insuper detrectasset Author eorum recensere nomina & non ita pridem effusos in lucem errores, quos palam pro viri li confutandos toties decreverunt summi Pontifices Pius IV. Pius V. Gregorius XIII?

Porro nuperus Baronii biographus *Raymun. Albericius* l. 1. c. 13. perculsam inquit, atque in nihilum redactam evanuisse centuriatorum machinam invicta Baronianorum annalium virtute; quod vero id ipsum exsequi sigillatim adversum centuriatores secum ipso Baronius constituerit, nusquam ille adfirmare ausus est. At diserte tamen inter alios adfirmavit ex schola Protestantium *Jo. Frider. Mayer* in ecloga de fide Baronii ipsis Pontificiis ambigua c. 1. n. 4. p. m. 7. edit. Amstel. 1697. & *Conringius* ap. Schvvarzium in colleg. histor. par. 3. q. 5. p. m. 172. proxime ante crisim de centuriis Magdeburgensibus.

Age vero & expendamus tantisper ejusdem Baronii effata, quae opinionem nostram evertere cuipiam videantur. Hic autem sub initium praefationis in annales, centutiatores tacite ac acerbe describit ceu turpissimos historicos mendaciorum coacervatores. Additque illico, ad eorum conatus infringendos satis superque sibi futurum, si germanam ac finceram Ecclesiae vultus imaginem ex antiquo prototypo demonstret, quam utpote se se demonstraturum pollicetur.

Sed haec tamen non evincunt ipsum eo destinato consilio historicam suam imaginem depinxisse, ut ipsam centuriis objiceret tanquam nothae legitimam. Alioqui pari jure dixeris ceteros historiographos Baronio recentiores imagines Baronianae omnino similes posteris eodem consilio tradidisse. Quod quis prudenter adserat?

Tum in dedicatione tomi 1. annalium ad Sixtum P. V. §. *Quod a.* refert Baronius se ad contexendam historiam plura adversaria congessisse „ praesertim contra Novato-
„ res nostri temporis pro sacrarum traditio-
„ num antiquitate, ac S. Romanae catholi-
„ cae ecclesiae potestate „ Sed haec tamen aeque feriunt Zvvinglium, Oecolampadium, Lutherum, Anabaptistas, qui pariter illa duo capita oppugnabant, ac Magdeburgensium centurias; quas propterea quum speciatim non nominet Baronius, intelligendus non est intendisse eas particulatim convellere.

Praeterea Sixtus V. epist. ad Baronium data ann. 1588. 26. Jun. inquit, intellexisse ex Cardinali Caraffa, eum scribere ac edere historica commentaria „ quibus non tan-
„ tum res gestae exacte per annos singulos
„ recensentur, & quae de iis obortae sunt
„ controversiae elucidantur, sed etiam ipsii
„ apostolicarum traditionum fontes purissim
„ aperiuntur, atque haereticorum mendacia
„ confutantur. „ Haec vero confutatio stat quam optime absque expresso Baronii animo confutandi singillatim Centuriatorum commenta atque mendacia.

Idem

„ ra juſtificationem cum Deo mereri „. Addunt ex xx. ejuſdem Confeſſionis articulo „ falſo adcuſantur noſtri quod bona opera pro- „ hi-

Idem denique Baronius in gratiarum actione S. Phillippo Nerio pro annalibus eccleſiaſticis, quibus contexendis filio pater vel author fuerat, vel perpetuus ſuaſor & compulſor, §. *Exaeſtuanſ.* arbitratur, Sanctum prophetico pene adflatum ſpiritu vidiſſe „ e „ portis inferis in Eccleſiae detrimentum „ progreſſas eſſe centurias ſatanae „ quocirca decreverit ipſe per Baronianos annales „ ex adverſo conſurgere pro domo Iſraël, „ praeliaturus praelia Domini „.

Sed ominatio iſta eſt Baroniana. Si vero Sanctus haec noverit & animo decreverit, quid aliquando non ſuaſerit Baronio ut in expreſſam centuriarum confutationem concinnaret annales, quorum ferme quotidianum penſum reſcire vellet ſanctus Pater? At de hujuſmodi indicatione nihil a Baronio, aliove Scriptore commonemur. Quod ſi is tum fuiſſet Baronio animus, eum abs dubio cum S. Patre communicaſſet, nec id ipſum ubi haec differit in gratiarum actione praeteriiſſet.

Ut luce meridiana clarius adpareat contra Authorem cit. Praefationis in Lucenſem annalium editionem num. xiv. pag. 7. „ Baronio *non* propoſitum eſſe in hiſtoria „ eccleſiaſtica contexenda centurias prorſus evertere „ libeat ſtrictim centuriam II. Magdeburgenſium cum Seculo II. Baroniano conferre quantum ad capita quae ex inſtituto adverſanti Baronio confutanda erant.

Itaque Centuriatores ad cap. 4. de doctrina ex Patribus hujus Seculi perperam intellectis & expoſitis *Juſtino, Iren. Clem. Alex.* peracerbe oppugnant Ss. Euchariſtiae Tranſubſtantiationem & verum ſacrificium col. 48. ſq., invocationem Sanctorum col. 50., cultum ſacrarum imaginum col. 54.

Deinceps vero ceu errones ac verae fidei corruptores traducunt ejuſdem Seculi Patres qui adſeruerunt liberum hominis arbitrium col. 58. ſq. bonorum operum meritum & perfectionem col. 60. ſqq. ſacrificium Euchariſticum & Sanctorum invocationem col. 63.

Sugillant itidem *Ignatium* quod in epiſtolis Martyrium & virginitatem plus aequo commendarit col. 64 ubi & epiſtolam ad Heronem, hodiernis criticis certo notham, ceu genuinam laudant: tum quod in epiſt. ad Philadelph. praeſcribat obſervandas eſſe traditiones humanas eccleſiaſticas de celebrando paſchate ac de jejunio ſtatis diebus perferendo, *Epiſtolas* demum canonicas *Jacobi* & *Judae* tanquam adulterinas rejiciunt col. 71. ſq.

Ad cap. 5. de haereſibus inter haeretica Gnoſticorum dogmata referunt col. 79 quod coluerint quaſdam Jeſu Chriſti imagines coloribus depictas, ſeu ex auro etiam, argento & ſimili materia factas.

Ad c. 6. de ceremoniis & ritibus peracerbe inſectantur ritus varios in aliquot eccleſiis fere jam tum introductos, praeſertim in Romana, quam ut liberius proſcindant, exhibent col. 114. ſq. decretales Pontificum ejus centuriae epiſtolas, quas ut commentitias reſpuunt col. 143. ſqq. Id quod rurſum agitant ad cap. 7. de gubernatione Eccleſiae col 131. ubi etiam a col. 137. Pontificis Romani primatum pluribus oppugnant.

Haec quidem, ut alia minoris momenti ſileantur, praecipua capita, in quae tela deberet acriter intendere conſtitutus Centuriatorum antagoniſta hiſtoricus. Quid jam vero in ea Baronius ad Seculum II? En tibi quae ab illo excepimus.

In primis SS. Juſtinum, Irenaeum, Clem. Alexandrinum laudat, eorumque ſcripta in ſuis locis; ſed nec eos ibi, quum locus erat pugnanti cum ejuſmodi hoſtibus, nec ſancta dogmata ab ipſis aſſerta, & ab Centuriatoribus impetita vindicat. Nihil pariter ibidem ex inſtituto de Tranſubſtantiatione & vero Sacrificio SS. Euchariſtiae, uti & de ceteris mox laudatis dogmatis, quae Patres illi a fide docti tradiderant.

Ignatium deinde, ejuſque epiſtolas ceu traditionum puriorum promtuaria pluribus commendat ad an. 109. n. 5. ſqq. ſed eum tamen ab erroribus, quos fingunt centuriae, minime purgat. Sub eundem annum multa & optima, Ignatium interpretans, ſparſim differit de traditionibus Apoſtolicis & veteres, qui eas deſpiciebant, haereticos commemorat. Centuriatores vero ſui temporis, quos, ſi debellare conſtituiſſet, pronum eſſet illis adnumerare, prorſus reticuit, quemadmodum & quum ſub idem Seculum laudat eccleſiarum, praeſertim Romanae ceremonias pluribuſque Romani Pontificis ſuper Eccleſiam univerſam effert authoritatem.

Quid plura? Sane in anteceſſum ad Seculum II. ſub an. 63. num. 9. ſqq. canonicam Ju-

„ hibeant. Nam ſcripta eorum, quae exſtant de decem praeceptis „ & alia ſimili argumento teſtantur, quod utiliter docuerint de „ omnibus vitae generibus & officiis, quae genera vitae, quae ope„ ra in qualibet vocatione Deo placeant. De quibus rebus olim „ parum docebant concionatores, tantum puerilia & non neceſſaria „ opera urgebant, ut certas ferias, certa jejunia, fraternitates, „ peregrinationes, cultum ſanctorum, roſaria, monachatum & ſi„ milia. Haec adverſarii noſtri jam admoniti dediſcunt „ &c. In hiſce binis articulis quinque reperit palmares falſitates *Pichlerius* haud ignobilis Polemicus. (*b*)

Nimirum prima, quod falſo adcuſati ſint primi praecones Lutherici quod bona opera prohibeant. Recole expoſitos Lutheri errores. Secunda, quod Catholici parum olim docuerint de decem praeceptis, officiis, & operibus, quae in qualibet vocatione Deo placent. Tertia, quod iidem tantum urſerint ac promoverint puerilia & non neceſſaria opera, ut jejunia, cultum Sanctorum & ſimilia. Quarta, quod ipſi a Lutheranis admoniti haec dedidicerent. Quinta, quod vexarint conſcientias doctrina operum, nec propoſuerint ex Evangelio conſolationem.

Eaſdem fere pridem adnotaverat, pluribuſque perſtrinxerat ſtrenuus ille Luthero-Maſtyx *Jo. Cochlaeus* (*c*) His nempe larvis, technis & cavillis vaferrimus Confeſſionis & Apologiae architectus Melanchthon hec ſubdole intendiſſe videtur. 1.° proſpicere doctrinae ſui Lutheri, e qua Confeſſionis articulos callide idem excerpſerat.

Jacobi epiſtolam ceu genuinam vindicavit, uti & epiſtolam Judae ſub an. 68. n. 5. Tum Euchariſtiae verum Sacrificium comprobat ex traditione Patrum ad an. 34. n. 53. ſqq. apoſtolicas in Romana Eccleſia, ceu illarum divite depoſitorio traditiones ad an. 58. n. 130. ſacrarum Imaginum cultum chriſtianum ad an. 57. n. 113. ſqq.

Ceterum egregiae id genus vindiciae peraeque convellunt complures alios haereticos, qui oppoſita iis dogmata ore & calamo multo pridem docuerant, ac centuriatores. Undenam ergo extundas, tacente Baronio, hunc ex deſtinato propoſito intendiſſe iſtos convellere, non autem univerſim omnes ejus furfuris heterodoxos?

Ex iis itaque omnibus rite perpenſis ita mihi concludendum videtur. Minime Baronio in contexenda hiſtoria eccleſiaſtica ex deſtinato animo propoſitum fuit centurias prorſus evertere. Hanc in eum generalem finem concinnavit hiſtoriam, jam ſepties in ſuo Oratorio triginta annorum ſpatio audi-

ſitoribus repetitam (ut idem teſtatur in gratiarum actione ad S. Philipp. Nerium pro annalibus §. *Exaeſtuans.* ſub fin.) ut completum, caſtigatumque univerſae hiſtoriae eccleſiaſticae corpus exhiberet, quo verum, nitidumque Eccleſiae Chriſti protorypum omnium oculis objiceret, eamque univerſim a calumniis & commentis haereticorum vindicaret.

Quum vero dum incumberet annalibus Baronius, preloque jamjam committendi eſſent, negotium de oppugnandis ſtrenue centuriis in ore & animo Romanorum ſapientum verſaretur, quippe quod jam ex parte a nonnullis feliciter coeptum erat, nonnihil author operi nondum ad amuſſim perpolito adjecit, tumque praefationi ejus primariae, quo indicaret, etiam ſuis annalibus ſparſim, nullo monente, centuriarum commenta ac delitia confodi (generatim & quaſi aliud agendo) ac debellari. Hactenus de cauſſa Centuriatorum.

(*b*) In obſervationibus ſuper eam Confeſſionem, obſervat. 10.

(*c*) In Philippica 3. in Apologiam Phil. Melanchthonis & in diſcuſſione Confeſſionis & Apologiae Auguſtanae articulorum omnium, ubi de articulis 4. 5. 6. 20.

2.° ſimulare, illos quantum ad ſubſtantiam in nullo religionis capite cum catholica romana Eccleſia non conſentire. 3.° concedere quidem in juſtificatis bonos fructus aut bona opera a fide ſanctificante profecta, eis tamen quodvis erga Deum adimere meritum. 4.° permittere facienda opera, quae Deus praeceperit; ceteras vero quaſlibet ceremonias ab homine inſtitutas, puta eccleſiaſticos ritus, ſtata jejunia & id genus alia ceu inutilia, nec Deo placentia penitus abrogare. 5.° conflare invidiam orthodoxis, quod inutilia opera ſummis viribus promoverint, nihilo tamen ſubſtantialia, nempe fidem certam in Deum de venia peccatorum, in qua fingit Lutherus repoſitam poenitenti ſummam pacem & conſolationem. Viden' vafritiem ac temeritatem placitorum? Hic iſta latet anguis in herba. (*d*)

Exſcripſimus quidem eos textus ex recitata per *Pichler.* Confeſſione, quam ipſe ex *Georgio Coeleſtino* Lutherico, & ex *Forero* Socio ait eſſe authenticam, ac inter cetera 20. diverſae editionis exemplaria latina poriſſimum originali conformem. Haec nihilominus legimus in Confeſſione V Vittembergae edita 1562. ad artic. VI. fol. verſo 4. Tenemus „ placere etiam (Deo) obedientiam erga legem „ & reputari quandam juſtitiam & mereri praemia „

Haec inſuper ubi de bonis operibus fol. 18. „ Debet autem ad „ haec dona (ſuperna fidei, dilectionis &c.) adcedere exſercitatio „ noſtra; quae & conſervat ea & meretur incrementum, juxta il„ lud, *habenti dabitur*, & Auguſtinus praeclare dixit, *dilectio me„ retur incrementum dilectionis*, quum videlicet exſercetur. Habent „ enim bona opera praemia, cum in hac vita, tum poſt hanc vi„ tam in vita aeterna. Quia enim Eccleſia in hac vita ſubjecta eſt „ cruci & morti corporali, differuntur praemia pleraque ad futu„ ram vitam, quae etiamſi per miſericordiam certo propter Chri„ ſtum contingit his qui fiducia Chriſti juſtificati ſunt, tamen etiam „ eſt compenſatio bonorum operum juxta illud *merces veſtra copio„ ſa eſt in coelis* „

His tamen Melanchonica Confeſſionis Apologia edita 1541. ubi de impletione legis in reſponſione ad argumenta fol. 115. hunc exhibet commentarium „ Sequitur quod propter Chriſtum per miſe„ ricordiam, non propter legem, juſtificati conſequantur vitam „ aeternam. Quid igitur de mercede? Primum ſi diceremus vi„ tam aeternam dici mercedem, quia debetur juſtificatis propter „ promiſſionem, nihil abſurdi diceremus ... Sed ſcriptura vitam „ aeternam vocat mercedem, non quia propter opera debeatur, „ ſed quia compenſet adflictiones & opera, etſi propter aliam cauſ„ ſam contingit. Sicut hereditas venit filio familias non propter „ officia ſua & tamen eſt merces, & compenſatio officiorum filii ... „ Non

(*d*) Oppido conſulendus *Cochlaeus* ad loca proxime laudata, tum in ejuſdem reſponſione privata ad confeſſ. auguſtan. & in explicatione actorum Auguſtae inter ſeptem & ſeptem, & in viis ſeptem praeparatoriis ad ineundam per colloquium concordiam, ubi de praefatis articulis ſermo inſtituitur.

„ Non eſt igitur vita aetetna merces, quia opera ſufficiant, quia „ debeatur pro operibus; ſed conſequutive, quia quum propter a- „ liam cauſſam contigit, tamen compenſat opera & adflictiones „ Idemque aduſque finem capitis pluribus perſequitur.

Num vero expoſitam Confeſſionis & Apologiae doctrinam ſubinde reliqui exceperint, retinuerintque Confeſſioniſtae, inter tot valde diverſa ſentientes, ſubſectas factiones quis liquido dignoſcere poſſit? Vide tanti diſcriminis ſpecimen ap. *Laurent. Forerum* ſub larva *Thomae Viti* (*e*) Porro ſi conſulas *Jo. Bened. Carpzovium* (*f*) plures reperias adnotatos Confeſſioniſtas circa varia de bonis operibus capita heinc inde ſecum digladiantes; qui Melanchonem ambabus ulnis amplectuntur, qui interdum carpunt.

Idem denique *Carpzovius* (*g*) haec tanquam vulgo explorata apud Confeſſioniſtas ex formula Concordiae adſerta recitat & illuſtrat.

1.° „ Bona opera, quamvis fidem vivam certiſſime ſequantur, „ a juſtificatione tamen & ſalutis negotio penitus excludenda „ ſunt „ ...2.° „ Falſum eſt bona opera ad ſalutem vel neceſſaria, „ vel pernicioſa eſſe „ ...3.° „ Nullus eſt inter Theologos Aug. „ Confeſſionis diſſenſus vel de bonorum operum cauſſa efficiente, „ vel materia, vel forma, vel fine „ ...4.° „ Bona opera creden- „ tibus non quidem neceſſitate coactionis, ſed ordinis, mandati, „ voluntatis divinae & noſtri debiti neceſſaria ſunt „ ...5.° „ Bona „ opera vere talia minime coacta ſunt, aut contra voluntatem agen- „ tis extorquentur, ut externe tantum in ſpeciem, hypocritarum „ more fiant, ſed ſponte libero ſpiritu ab iis, quos filius Dei libe- „ ravit, fieri debent „ ...6.° Phraſes de bonis operibus ad ſalutem „ neceſſariis non docendae, defendendae aut pingendae, ſed potius „ in eccleſia noſtra ut falſae & non ſincerae explodendae atque re- „ jiciendae ſunt.„ Haec literis conſignabat *Carpzov.* ante an. 1657. quo e vivis exceſſit. (*)

(*e*) In laqueis lutheranis ad veram Chriſti Eccleſiam contritis edit. Diling. 1621. p. 11.

(*f*) In Iſagoge in libros eccleſiarum lutheranarum ſymbolicos ubi de Aug. Conf. Mar- ejuſque Apol. in cap. de bonis operibus tom. 1. a pag. 261. & in formulam concordiae etiam ubi de bonis operibus in tom. 2. p. 1325. ſqq.

(*g*) In tom. 2. a p. 1327.

ADNOTATIO.

(*) HAec illa percelebris, alias indicata Confeſſio Auguſtana Lutherica; cui rigidi ſaltem Confeſſioniſtae adhaerent ceu ſymbolo fidei ſuae publico ac indubitato, utpote ex Dei verbo de praecipuis religionis capitibus concinnato, quemadmodum ipſi jactitant cum ſuo *Diclerico* in inſtitut. catechetic. Quot iidem, quantiſque eam praeconiis efferant, ediſcere licet ex cit. *Carpzov.* t. 1. p. 99. ſqq.

Illam *Melanchon* excerptam ex 17. Lutheri articulis, qui exſtant tom. 5. german. edit. Jenenſ. fol. 14. ſq. digeſſit, & in articulos 28. diſpeſcuit, quorum 21. priores ad fidei doctrinam pertinent ſub titulo *Articuli fidei praecipui*, poſtremi 7. ad mores ac ritus, & inſcribuntur, *Articuli de Abuſibus, qui in externis ritibus mutati ſunt*.

Statim ac Confeſſio in Auguſtanis comitiis promulgata eſt, & ſcriptis quoque pri-

Martinus Buzerus docere non dubitavit „ quod ita gratis juſti-
„ ficamur a Deo, ut ante juſtificationem revera peccatum ſit, iram-
„ que

privatis & publicis oppugnata eſt a cit. *Cochlaeo* Canonico Uratiſlavienſi & *Arnoldo VVeſſalienſi*. Addit *Nat. Alex.* ad Sec. xvi. cap. 2. art. 10. §. 4. ab *Eckio* & *Fabro*; ſed iſtorum tamen ſcripta non vidimus.

Repoſuit Apologiam *Melanthon*, qua & Confeſſionem vindicaret, & ſuos in propoſito tuendi Confeſſionis decreta tenaciores redderet. At neutrum tamen Prometheus ille adſequutus eſt. Noſtri ſiquidem quotidianis, acribuſque concertationibus Confeſſionis Apologiae nova placita convellebant; & iidem Lutherani ſubinde in rigidos & molles ſubdiviſi, Confeſſionem heinc propugnabant, inde proſcindebant.

Deliberabat Ferdinandus Romanorum Rex Confeſſionis ſectatores cum orthodoxis Doctoribus in concordiam ſuaviter revocare. Quamobrem in mandatis dedit Cochlaeo ut expendat, ſibique proponat, quidnam in 28. Articulis Proteſtantium Principum ac Statuum Confeſſionis „ ſit a catholica eccle-
„ ſia tolerandum aut adceptandum; ſi quo
„ modo in iiſce articulis per amicum tracta-
„ tum cum eis concordari queat„ uti refert idem *Cochlaeus* in compendioſa explicatione Actorum Auguſtae in Septenorum tractatu & colloquio Haganojae eidem Ferdinando tradita an. 1540. 17. Jun. in qua videlicet & ſuam mentem Regi aperit, & ea in quibus ad ſingulos quoſque articulos in eo colloquio conſenſus fuerat, aut diſſenſus, exponit.

Ediderat jam tum *Cochlaens*, nimirum an. 1534. quatuor in Apologiam Philippi Melanthonis Philippicas. Ac inſuper concordiae cupidiſſimus, lucubravit opuſculum de ſeptem viis praeparatoriis ad ineundam per colloquium concordiam; tum Ratiſponae an. 1541. „ diſcuſſionem omnium Con.
„ feſſionis & apologiae Auguſtanae articu-
„ lorum, quidnam in eis poſſit & quid non
„ poſſit a Catholicis adprobari ac recipi „. Sed haec tamen, quae tot laboribus urgebatur concordia, nondum ad optatum uſque exitum perducta eſt. Interea *Andreas Fabricius* ſub ann. 1573. celebrem illam edidit *Harmoniam Confeſſionis Auguſtanae*, qua Confeſſioniſtae mirum in modum vexati ſunt.

Alia et vero ut iniretur inter diſſidentes invicem Lutheranos concordia tentatum eſt. Formula quaedam Concordiae, quae uberius explicaret aliquot Confeſſionis Auguſtanae articulos ex iis qui ardentioribus contentionibus exagitabantur inter Confeſſioniſtas propoſita eſt, atque exſequutioni mandata.

Eam inchoarunt aliquot ad id muneris deputati in conventu Torgae inſtituto ſub an. 1576. menſe Jun. perfecerunt vero, correxerunt & conſummarunt in coenobio Bergenſi prope Magdeburgum inſequenti an. 1577. ſex illi apud ſuos magni nominis Theologi *Chemnitius*, *Jacobus Andreas*, *Selneccerus*, *Chytraeus*, *Cornerus*, *Muſculus*; indeque concordia haec vulgo *Bergenſis* audit.

Undecim continet articulos, quorum 1. de peccato originis, 2. de libero arbitrio, 3. de juſtitia fidei coram Deo, 4. de bonis operibus, 5. de lege & evangelio, 6. de tertio uſu legis, 7. de coena Domini, 8. de perſona Chriſti, 9. de deſcenſu Chriſti ad inferos, 10. de adiaphoris, 11. de praedeſtinatione. Hic autem operis ordo. In IV. diſpeſcitur partes, quarum 1. exhibet prooemialia, 2. relatos undecim articulos, 3. ſollemnem omnium haereſum reprobationem, 4. catalogum teſtimoniorum cum Scripturae, tum antiquitatis purioris de perſona Chriſti.

Liber hic primum, reor, juſſu Ludovici Ducis VVittembergae cuſus eſt Tubingae 1580. curante Smidelino Tubingenſis Academiae Cancellario; ſtatimque pervulgatae formulae ſubſcripſerunt ad octo milla Proteſtantium, inter quos plures referas licet Principes, Miniſtros, Profeſſores, ludimagiſtros, hypodidaſcalos.

Nihilo ſecius varia haec nova Concordia diſcordiarum pertulit fata. Etenim e Confeſſioniſtis plerique ei non adquieverunt; immo ſeſe oppoſuerunt integrae regiones, urbes, Academiae; quibus ipſi Reges, Principeſque praerant.

Eam illico Flaciani, Sacramentarii, Calviniſtae, tum Theologi Neoſtadiani, Anhaltini, Bremenſes cum *Cyriaco Herdeſiano* ſub larvato nomine *Ambroſii VVolfii* in hiſt. Auguſt. Confeſſ. aliiſque e grege Proteſtantium ſcriptis manu exſaratis, preloque commiſſis confutarunt.

E noſtratibus vero poſt aliquot annos *Bellarminus* a viro doctiſſimo rogatus ſuum ſcripſit judicium de libro Concordiae Lutheranorum, ex quo depromtos palam no-

Ma-

„ què Dei in nos provocet, quidquid boni operis facere videamur; „ juſtificati autem bona opera facimus neceſſario „ (*h*) Igitur abſque merito, quod utique libertatem neceſſario importat.

Saxonicae Eccleſiae in Confeſſione doctrinae per Melanchthonem digeſta ſub an. 1551. ut Synodo Tridentinae exhiberetur, circa bona opera eandem (quis dubitet?) cum Auguſtana Confeſſione profitetur doctrinam. (*i*) Eandem Confeſſionem datis ſcripto nominibus adceperunt, adprobarunt & confirmarunt Legati Marchionis Brandeburgenſis 26. Jun. 1551. Legati Comitis Gebhardi a Mansfelt Kal. Aug. ejuſdem anni, Miniſtri eccleſiae Argentoratenſis eodem, reor, anno, Miniſtri demum eccleſiarum citerioris Pomeraniae 21. Jan. 1552. (*k*)

Iis quantum ad dogmata de bonis operibus ferme penitus adcinentes repereris pleraſque omnes vetuſtiores Luthericorum coetuum *Confeſſiones*, quas in Proluſione proxima peculiari inſertas ſyllabo indicavimus.

Theologi Lutherici Ducis Saxoniae in colloquio de juſtificatione Altemburgi habito cum Theologis Electoralibus a die 20. Nov. 1568. aduſque 9. Mart. 1569. has adſeruerunt & conati ſunt tueri blaſphemias adverſus alios, qui orthodoxe contendebant bona opera eſſe ad ſalutem neceſſaria. Illas patienter audi „ Chriſtiani Concio- „ natores praedicare debent verum Evangelium & non legem —. „ Opera bona legis & nova obedientia non ad regnum Chriſti, „ ſed ad mundum pertinent. Lex non docet bona opera, nec id- „ circo praedicanda eſt ut bona opera peragamus. Nihil ad nos „ Chriſtianos praecepta Decalogi pertinent. Qui credit chriſtianus „ ſu-

tavit, rejecitque VI. errores, & mendacia LXVII. Judicium iſtud acerrimum protinus Ingolſtadii typis commiſſum a Davide Sartorio, ſtatimque latine ac germanice recuſum invectiva edita perſtrinxerunt *VVittembergenſes Theologi* ſub titulo „ Bellarminiana „ mendacia form. Conc. imputata atque refutata a Theol. VVittemberg. „ a quibus rurſum *Bellarmin.* ſuum brevi Apologia vindicavit judicium. Sed & ipſam Bellarminianam cenſuram iterum perſtrinxerunt ex eodem grege *Theologi Tubingenſes, Froreiſen, Hoë.*

Pluribus inſuper ſuam cauſſam defendere conati ſunt *Concordiſtae* vulgatis opuſculis quorum hi tituli „ Apologia Formulae Con- „ cordiae ... Articuli viſitationis Miſnicae „ ... Deciſio controverſiae Tubingenſis, „ ejuſque Apologia ... Deciſio controver- „ ſiae Rathmannianae ... Defenſio Pupil-

(*h*) In lib. de bonis operibus contra Jungum, referente *Nat. Alex.* ad Sec. XVI. cap. 2. art. 10. §. 3.

(*i*) Habetur inter opera Melanchthonis, „ lae Anguſt. Confeſſ. ejuſque Apologia „ Ipſam poſtremus, quem viderim, *Carpzov.* expoſuit, illuſtravit, vindicavitque Concordiam in tom. 2. a p. 1131. ad 1696. & poſtremus, quod ſciam, ſcriptis publicis debellavit *Pichler* in examine ſuper Auguſtana Confeſſ. art. 4.

Prae omnibus, puto, ubertime de fatis Concordiae pertractavit Luthericus ille (alias vero impudentiſſime mendax) *Rodolph. Hoſpinianus* Tigurinus, in commentario, quem inſcripſit „ Concordia diſcors, „ hoc eſt de origine & progreſſu formulae „ Concordiae Bergenſis „ Dicatus ab ipſo eſt Ottoni Landgravio Tiguro Kal. Aug. 1607. editus vero ille, quo utor, Genevae 1678.

Et haec curſim de celebri cauſſa Confeſſionis Auguſtanae, quam latius, ſi Deus dederit, alias exponemus.

edita VVittembergae 1562. cum ejuſdem Philippi praefatione a fol. 236.

(*k*) Proſtant ibidem haec documenta a fol. 303.

„ ſupra omnem eſt obedientiam & ſupra omnem legem. Ad Sata-
„ nam ſpectant chriſtiani cum operibus bonis. Sola fides ſine ope-
„ ribus bonis efficit omnia, non ſolum quod ad meritum, ſed etiam
„ quod ad praeſentiam bonorum operum adtinet. Precari Deum
„ oportet ut in fide ſine bonis operibus omnibus ad finem uſque
„ conſtantes perſeveremus. Ab Apoſtolo Paullo non ſolum bono-
„ rum operum meritum, ſed etiam bona opera noſtra excluduntur.
„ Paullus in ſemetipſo adeo ſeparat opera & juſtitias a ſalute, ut
„ ea pro rejectamentis, atque adeo damnis ſalutis deputet. Falſa
„ eſt propoſitio *Opera ſunt neceſſaria*. Adeo neceſſaria illa non ſunt,
„ ut etiam ad ſalutem incommodent, ſintque pernicioſa „ (*l*) Haec tamen impia paradoxa, mea quidem ſententia, potius Libertiniſmum atque Atheiſmum ſapiunt, quam nudum Lutheraniſmum.

Venio ad recentiores Lutheranos, noſtrae viciniores aetati, quos ex eorumdem ſcriptis a Seculo medio XVII. uſque modo floruiſſe novimus. Et ii quidem plerique omnes, ut video, procul repudiato Lutheraniſmo rigido, una cum intoleranda Lutheri ſententiarum duritie, Auguſtanae Confeſſioni & Apologiae propius adhaeſerunt, noviſque interpretationibus, & rationum momentis adornarunt, ne in dogmate tanti ponderis, ut vehementer ſuſpicor, cum catholica doctrina noſtra conſentire viderentur.

Porro ſuam *Carpzovius* per adſerta nuper expoſita ſententiam protulit. At non unius illa fuit Carpzovii, ſed & perplurium interpretum in Formulam Concordiae, & aliorum, qui primum theologicos commentarios in lucem ediderant, e quibus nempe Carpzovius ſuum architectatus eſt opus.

In illorum cenſum facile referre poſſis *Gerhardum*, *Balduinum*, *Hopfnerum*, *Hulſemannum*, *Wellerum*, *Danuhaverum*, *Calovium*, *Geſnerum*, *Hutterum*, *Botfaccium*, *Mylium*.

Eadem fere, variis pro cujuſque ingenio adhibitis interpretamentis, opinati ſunt in hanc rem ad noſtram uſque aetatem ceteri e Lutherana ſchola ſcriptores; quemadmodum ediſcere nobis licet exempli gratia ex *Jo. Adamo Oſiandro* de an. 1679. (*m*) *Samuele Bened. Carpzovio* an. 1677. (*n*) *Jo. Henr. Hottingero* an. 1660. (*o*) *Jo. Franc. Buddeo* an. 1723. (*p*) *Iſraële Theoph. Canzio* an. circ., ut reor, 1730. (*q*)

Sum-

(*l*) Author eſt cit. *Coccius* art. 3. ad an. 1568. ex ipſo Colloquio Jenae typis excuſo 1570. Idemque inter Theologos Electorales recenſet Paull. Eberum, Henric. Salmuth, Andr. Freiches, Caſpar. Crucigerum juniorem: inter alios vero Ducis Saxoniae Joan. VVigandum, Jo. Frider. Coeleſtinum, Chriſtophor. Irenaeum.

(*m*) In ſyſtemate theolog. par. 3. art. 9. de bonis oper.

(*n*) In examine novae praxeos, propoſitae a Jacobo Maſenio S. J. conſiderat. 11. de neceſſitate oper. ad ſalutem.

(*o*) In curſu theolog. methodo altingiana expoſito, in loco 17. de juſtificat.

(*p*) In inſtitutionib. Theol. dogmaticae l. 3. c. 1. §. 14. ſq. & l. 4. c. 1. §. 8. & alias.

(*q*) De uſu Philoſ. Leibnit. & VVolfianae in Theologia c. 11. de juſtif. §. 1498. ſqq.

Summa vero ſyſtematis in iſtorum, ſimiliumque Scriptorum ſententia haec ferme capita complectitur 1.° nullum opus bonum poteſt congrue aut condigne mereri gratiam aut gloriam. 2.° bona opera ſunt homini a Deo praecepta. 3.° bona opera vel non ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, vel ideo late dicuntur neceſſaria, quatenus ſunt fidei ſigna & effecta gratiae, fidem nempe & gratiam neceſſario conſequentia; item ratione praeſentiae, non efficientiae; ratione praecepti & conditionis ſine qua non oſtenderet Deus ſuam liberalitatem & indulgentiam erga authorem boni operis, non autem ratione medii aut meriti, quod Deum obliget ad remunerationem; quum ratio meriti expoſcat obſequium ei prorſus indebitum, cui exhibetur, quod creato erga Deum obſequio nulli competit. 4.° ut ſummum bona opera ex Dei pacto & liberrima indulgentia praemia temporalia & ſpiritalia adcidentalia in patria, minime vero praemium ſubſtantiale vitae aeternae, quod in viſione beata ſitum eſt, promerentur.

Haec vulgo & ſparſim Lutherici Scriptores proxime adlati. Quae tamen, ſicut & reliqua acatholica Lutheraniſmi paradoxa pluribus exagitant ubi de ſancto bonorum operum dogmate noſtrates Polemici cum *Eckio*, *Roſſenſi*, *Bellarm.* *Becano*, *Burghaber*, *Pichler* &c. Hactenus de cauſſa lutherana circa praecipuum hoc de bonis operibus dogma, quod, ne ſuum Lutherum penitus deſererent, reor, tot technis & cavillis obſcurarunt. Oppido tamen in hanc rem conſulendi *Walenburchii* Fratres. (*r*)

XXVIII. *Antinomi*, Authore *Jo. Iſlebio*, dicto *Agricola*, Lutheri, ſibi poſtmodum infenſi hoſtis, cive ac diſcipulo, haec habent dogmata „ lex non eſt digna ut vocetur verbum Dei. Si meretrix es, ſi ſcortator, ſi adulter, vel quicumque alius peccator, tantum crede, & es in via ſalutis, quum in medio peccato penitus haeres. Decalogus ad curiam pertinet, non ad ſuggeſtum .... Dictum Petri, *certam facite vocationem veſtram per bona opera* eſt inutile. Quandocumque tibi talis incidit cogitatio, hoc vel illo modo in eccleſia rem geri debere, ut ſint homines boni, honeſti, ſancti & caſti, jam aberraſti ab Evangelio„ (*s*)

XXIX. *Sebaſtianus Francus* haec impudenter dogmatizavit (*t*) „ Opera quantumvis bona non juſtificant, ut peſſima quaeque non „ damnant, ſed teſtantur modo de homine„ Tum „ opera non ſunt „ peccatum, neque juſtitia „

XXX. *Jo. Calvinus* ubi de merito bonorum operum orationem inſtituit, erubuit quidem profanis quibuſque Lutheri ſui veſtigiis inſiſtere, ſic inquiens (*u*) „ nihil porro inter nos controverſiae eſt „ quin

(*r*) Tom. 2. tr. 8. de meritis.

(*s*) Ex confeſſione Mansfeldenſium in ſecta Antinomorum ap. cit. *Coccium* art. 3. ad an. 1540. Conf. *Lindan.* in Dubitantio dial. 2. tum *Pluchet.* & *Reſc.* art. *Antinomi.*

(*t*) Paradoxo 243. & 244. ap. cit. *Cocc.* ad an. 1540.

(*u*) In antidoto ſeſſ. 6. Tridentin. cap. 17. p. m. 249. col. 1. tom. 8. oper. edit. Amſtel. 1667.

„ quin exhortandi ſint ad bona opera fideles, & propoſita etiam „ mercede ſtimulandi „ ſed impudentiſſima tamen inſania in Tridentinos Patres, doctrinam de hoc ſacro dogmate definientes debacchatus eſt, eos nempe inſolentiſſime adpellitans *miſeros, nimis craſſe impieque hallucinatos, errorum adſertores, porcos cornutos, aſinos, nebulones* (x) Cur ita vero? Quod in Seſſ. VI. cap. 17. & pleriſque canonibus proprii meriti rationem ad gratiam & gloriam bonis operibus, poſt adcuratiſſimam rei diſcuſſionem jure optimo adtribuant. (y)

Ergo urbaniſſimus hic & ſapientiſſimus Sycophanta ſuam contra meritum bonorum operum Tridentinis cenſoribus definitum doctrinam, luthericae mitiori valde conſentaneam ſaepius exponit, pluribuſque illuſtrare pergit. Eum tantiſper audiamus.

„ Quin bona piorum opera mercede proſequatur Deus, prioreſque gratias aliis novis & amplioribus cumulet, non negamus. Opera autem quiſquis augendae juſtificationis cauſſam eſſe adſerit, ille nec quid nomen juſtificationis valeat, nec quid ſit cauſſa tenet „; Hac cenſura perſtrinxit eximius doctor canonem XXIV. laudatae Seſſionis VI. Tridentinae. (z) Hac rurſum ridet anathema, quod comminatur canon XXXII. (a) „ Nos ergo crepare ſinamus Patres iſtos, „ meritum a gratia ſeparando, perperam lacerantes quod vere „ unum eſt. Quid porro mereantur opera qui ex ſuperioribus cen„ ſuris noſtris didicerit, non magnopere praeſentem anathematis „ crepitum exhorreſcet. „

Rurſum „ Quis neget ita paſſim delirare homines, ut compa„ rare ſe vitam aeternam operum merito exſiſtiment? „ (*)

Vel

(x) Ibid. col. 1. & 2. ac deinde p. 252. col. 2. & p 253. col. 2.

(y) De actis Synodi in hac ſeſſione ſuper decretis in rebus fidei ſatis diximus *ſupra* ubi de juſtificat. in proxima Proluſione.

(z) Ibidem p. 252. col. 2.

(a) Ad pag. 253. col. 2.

ADNOTATIO.

(*) HAec pluribus amplificat in ſupplici exhortatione ad Carolum V. alioſque Principes & Ordines, Spirae Imperii conventum agentes de neceſſitate reformandae Eccleſiae, in eodem tom. 8. p. 54. col. 2. Heinc, reor, Calvino ſpecioſus titulus *Reformator* Eccleſiae, & Calvini ſectatoribus titulus *Reformati*, quem videlicet ipſi jactitant, quod Calvino duce, ad amuſſim reformarint Evangelium, ſymbolum fidei, Patrum doctrinam, Sacramenta, & Sacramentorum ceremonias, eccleſiae miniſtros, templa & monaſteria, feſta & jejunia.

Et hac quidem ratione iidem contendunt ſibi & mundo univerſo certae viam ſalutis reperiſſe: Calvinus autem tantae felicitatis initium aliis Authoribus adceptum refert in eodem opuſc. p. 3. col. 2. in haec verba „ Deus initio Lutherum & alios exci„ tavit, qui nobis facem ad reperiendam „ ſalutis viam praetulerunt, & quorum „ miniſterio fundatae ſunt & inſtitutae no„ ſtrae eccleſiae „ Luthero igitur, aliiſque potius ac Calvino ejuſque adſeclis pompoſus hic titulus jure adſcribendus eſſet.

Quid vero? Eum diligenter excuſſit Calviniſticum titulum famoſus *Becanus* in opuſc. de titulis Calviniſtarum, titulo 2. & perdocte juxta ac facete profligavit. Hunc, ſi nolint Calvinicolae propudioſo rubore ſubfundi, minime conſulant.

Addit ibidem Calvinus „ Tantum „ profetre in medium volo, quam juſtae „ & ne-

Vel ipſum meriti nomen male audit apud doctorem noſtrum ita effatum „ De *meriti* nomine id mihi praefari neceſſe eſt: qui„ cumque primus illud operibus humanis ad Dei judicium compa„ ratis aptavit, eum fidei ſinceritati peſſime conſuluiſſe „ (*b*) Et paucis interjectis „ Quantum autem ipſum offenſionis in ſe conti„ neat, magno cum orbis detrimento patet „ Eidem capiti 15. hunc praefixit titulum „ Quae de operum meritis jactantur tam Dei „ laudem in conferenda juſtitia, quam ſalutis certitudinem everte„ re „ Id quod pluribus fulcire connititur adverſus orthodoxos Theologos de Schola, quos *Semipelagianos* & *Sophiſtas* vocitat, eorumque *Pythagoram*, ut ait, *Lombardum*, quin *Scholam Sorbonicam* taceat *errorum omnium matrem*, quo praeconio illam dignatur Doctorum Antiſtes. Iis adſinia complura alias ſparſim is docet (*c*) & noſtrates quoſlibet ſibi adverſantes ceu garrientes & a vero aberrantes deſpicit atque retundit. (*)

„ & neceſſariae cauſſae nos ad hanc muta„ tionem quae nobis vitio vertitur, coëge„ rint „. Quo plane ſubindicat tacite, alteram ex cauſſis ſui, ſuorumque diſceſſionis ab eccleſia Catholica fuiſſe dogma de merito bonorum operum, quod utique inter alia ſemel iterumque recitat Haereſiarcha, & convellere ſtudet.

Eamdem hoc duce & Authore ſingillatim conſimilis diſceſſionis cauſſam adferre memini *Carpzovium* alioſque Lutheranos, quibus e Calvinicolis adceſſit *Eilbrachtius* in Epanort cap. 14. A Calvino tamen ſuo, ceteriſque longe abeſt *Crocius*, haec differens in theol. cap. 31. n. 1. Reformati „ a Papi„ ſtis ſeparati ſunt. Non ſunt ſeparati cor„ pore ob quaeſtionem de merito. Nec ab „ omnibus animo. Non enim defuere qui „ recte ſentirent „. Ac dein n. 33. „ No„ quidem ex hac cauſſa a Papiſtis facta ſe„ paratio. Si Papalis factio non feciſſet „ ſchiſma, Reformati ob hanc controver„ ſiam non receſſiſſent a corpore, quamvis „ in meritum proprie dictum non poſſint „ conſentire „.

Cuinam ergo potiſſimum jure fidem adhibeas? Quidquid vero de lite ſit, conſtat apud cordatos quoſque, valde iniquam fore reputandam ejuſmodi cauſſam receſſionis, quum Eccleſia univerſa dogma tamdiu receptum de bonis operibus per Patres Tridentinos retinendum acquiſſime definierit.

(*b*) Inſtit. l. 3. cap. 15. ſect. 2.
(*c*) Ex. gratia Inſt. l. 3. c. 12. & 14. fere per tot & eodem l. c. 11. 13 & 17. tum in praecitata exhortat. pag 40.

ADNOTATIO

(*) HAereſiarchen ita in ſuis erroribus & conviciis inſultantem ex inſtituto, ac prae ceteris noſtratibus ardentius, acerbiuſque exagitant *Franc. Horantius* in locis catholicis contra Calvin. l. 1. a cap. 66. ad 71. *Fev-ardent.* in theomachia Calviniſtica l. 8. c. 6. & alias, *Romaeus* in effigie Calvini colore 65. a §. 11. & in confeſſione Calvini ex equuleo ad artic. 19.

Et merito quidem vapulat hic tenebrio quum nomen & rem arrogantiſſimo ſupercilio abjiciat meriti, quod Tridentini Patres, uno Calvino plane oculatiores, e ſacris literis, & primis Patribus, e communi Eccleſiae orthodoxae adſenſu definiendum duxerunt.

Nihilo tamen ſecius ſi hunc ſcriptorem cum blaterante Luthero, aut cum primaevis ejus adlectis diſputantibus hac in re per otium conferas, tanum & ſobrium eſſe dixeris. Quod ut oſtendam, nonnulla ejuſdem effata producere ſatis eſto.

Sic autem is diſſerit Inſt lib. 3. c. 15. ſect. 3. „ Placent itaque Deo bona opera, „ nec ſuis authoribus ſunt infructuoſa: quin „ magis ampliſſima Dei beneficia remune„ rationis loco referunt; non quia ita me„ rentur, ſed quia divina benignitas hoc „ illis ex ſe ipſa pretium ſtatuit „ Quo recidunt quae ſub initium articuli ex eodem recitavimus.

Sic in ipſo l. c. 16. ſect. 1. „ Hoc uno „ ver-

Quod si paucis disquirere lubeat in sensum Scholae Calvinianae super hoc sancto dogmate, ipsum facile docemur ex nonnullis Scholae Magistris, qui sua in hanc rem adserta literis mandata reliquerunt.

Nimirum haec tradidit *Theodor. Beza* (*d*) „ Tantum abest igitur ut bene & sancte vivendi studium fides exstinguat, ut etiam illud cieat & inflammet in nobis, unde bona opera necessario consequuntur... profitemur bona opera, quae duce ipsius (Dei) Spiritu edimus, non respici a Deo ut per ea justificemur, aut filii Dei censeri mereamur, quoniam perpetua dubitatione & trepidatione fluctuaremus, nisi satisfactione illa niteremur, per quam nos omni noxa Jesus Christus exemit. „

Petrus Martyr Vermilius „ Non tamen id negamus mercedem „ adpellari cum vitam aeternam, tum salutem. Addimus nihilo„ minus, ex debito vel obligatione, quae contrahatur ex operum „ dignitate non dari, sed tantum ex mera Dei voluntate & misе- „ ri-

„ verbo refelli potest impiorum quorundam „ impudentia, qui calumniantur nos abo„ lere bona opera, atque ab eorum studio „ abducere homines, quum dicimus eos „ non justificari ex operibus, nec salutem „ mereri... Non enim aut fidem somnia„ mus bonis operibus vacuam, aut justifica„ tionem, quae sine iis constet: hoc tan„ tum interest, quod quum fidem & bona „ opera necessario inter se cohaerere fatea„ mur, in fide tamen non operibus justifi„ cationem ponimus „.

Sic in respons. contra Pighium de lib. arb. in eodem tom. 8. p. 153. col. 2. „ Et „ ipsa vita aeterna, quae in fine habebitur, „ & utique praecedentibus meritis reddetur. „ Tamen quia eadem merita, quibus red„ detur, non a nobis parata sunt per no„ stram sufficientiam, sed in nobis facta „ per gratiam, etiam ipsa gratia numcupa„ tur, non aliam ob caussam nisi quia gra„ tis datur, nec ideo tamen non datur me„ ritis, sed ideo quia data sunt ipsa merita, „ quibus datur „.

Sic in praelaudata exhortat. ad pag. 54. col. 1. „ Fatemur quidem Christi sanguine „ nos ablutos esse a peccatis, sed ita ut se „ quisque adscitis heinc inde lavacris pur„ get. Habet quidem mors Christi sacrifi„ ci i titulum, sed ita ut quotidianis homi„ num sacrificiis peccata expientur. Dici„ tur quidem Christus reconciliasse nos Deo „ Patri, sed conditio additur, ut satisfa„ ctionibus suis redimant homines poenas „ Dei judicio debitas „.

Quid plura? Satis superque, reor, ex iis conficitur, ad mentem Calvini requiri necessario bona opera ad impetrandum peccatorum remissionem & gloriam: tum ad bona opera exstimulandos esse homines, opera demum bona esse meritoria coram Domino, non autem ratione sui, aut ex propria dignitate, sed ex Dei indulgentia & miseratione, qui etiam solus, opera donans, id ipsum efficit, ut haec merita sint, & gloria & se ipso digna.

Ecquis immo vero doctrinam sic exposi tam, erroris jure insimulaverit? Porro in simili rationem proprii meriti bonis operibus hoc temperamento adornatam cujusvis erroris expertem esse pluribus comprobavit *Castrus* de haeres. art. *Meritum*. & post ipsum *Walenburchii* Fratres t. 2. l. de meritis c. 19. quibus haud inviti adstipulamur.

Dicendum itaque, si veritati litandum sit, quod Calvinus in doctrina de merito vel sibimet non semper constitit, vel eo duntaxat titulo boni operis meritum ab orthodoxis adsertum ceu erroneum oppugnavit, quod intelligeret aut confingeret illud adseri se ipso dignum & merens, seorsim ab omni Dei promissione aut indulgentia, quemadmodum ab hodiernis scholasticis haud infrequenter propugnatur. Ex qua tamen opinione haud vulgaria ille absurda (facile alias a Doctoribus nostris explosa) ut constitutis Tridentinis conflaret invidiam, conatus est eruere.

(*d*) In Confessione fidei Gallicarum Ecclesiarum ab eodem digesta & exhibita Carolo IX. Regi an. 1561. §. 22.

„ ricordia „ ... Plura faciunt contra meritum, quod dicunt, bo-
„ norum operum ... vox *meritum* non eſt in ſacris literis „ (*e*)

Confeſſio fidei Helvetica (*f*) „ Opera neceſſario ex fide progi-
„ gnuntur. Ac improprie his ſalus adtribuitur, quae propriiſſime
„ adſcribitur gratiae ... Placent vero, adprobanturque a Deo ope-
„ ra, quae a nobis fiunt per fidem ... Docemus Deum bona ope-
„ rantibus amplam dare mercedem ... Referimus tamen mercedem
„ hanc, quam Dominus dat, non ad meritum hominis adcipientis,
„ ſed ad bonitatem vel liberalitatem & veritatem Dei promittentis
„ atque dantis. „ Plura iis conſimilia adnecti poſſent ex pleriſque aliis *Confeſſionibus* fidei calvinianae. (*g*)

Synodus Dordrechtana (*h*) „ Opera quae a bona fidei radice pro-
„ ficiſcuntur, coram Deo bona, eique adcepta ſunt ... Verumta-
„ men ad nos juſtificandos in cenſum rationemque non veniunt ...
„ Facimus igitur bona quidem opera, ſed neutiquam ut iis prome-
„ reamur ... Interim tamen non negamus, Deum bona opera re-
„ munerari, verum gratiae eſſe dicimus, quod coronet ſua dona „

David Paraeus (*i*) „ Falſum eſt quod dicamus opera eſſe neceſ-
„ ſaria non niſi neceſſitate praeſentiae. Et quod bona opera nullam
„ omnino relationem habeant ad ſalutem, ne quidem ut conditiones,
„ hoc inquam falſum eſt. Etiamſi enim non habeant relationem
„ cauſſalem, habent tamen, vel poſſunt habere relationem ordi-
„ nis, qualem habet medium ad finem, antecedens ad conſequens,
„ conditio ſine qua non ad effectum cujus conditionis praeſentia
„ quidem non efficit, abſentia vero impedire poteſt ſalutem „

Ameſius ſimiliter (*k*) „ Non negamus bona opera ullam rela-
tionem ad ſalutem habere; habent enim relationem adjuncti, con-
ſequentis & effecti ad ſalutem, ut loquuntur, adeptam; & adjun-
cti antecedentis & diſponentis ad ſalutem adipiſcendam, atque etiam
argumenti confirmantis fiduciam & ſpem ſalutis: ſed negamus ulla
opera noſtra cauſſam eſſe poſſe meritoriam juſtificationis ac ſalutis „

Jo. Davenantius (*l*) „ Non efficientiam omnem negamus operi-
bus bonis in relatione ad ſalutem, ſed efficientiam meritoriam, vel
efficientiam proprie ſumtam, nimirum quae adtingit vel producit
ipſum effectum ſalutis. Efficientiam autem late ſumtam, quae ſci-
licet operatur aliquid praecedens effectum ſalutis, bonis operibus
libenter concedimus. „

Rurſum (*m*) „ Oppugnamus non nudum nomen meriti inno.

(*e*) Haec, pluraque adſinia in 1. Cor. cap. 3. 8. & cap. 15. 57 tum in epiſt. ad Rom. c. 2. 6. & cap. 6. 23. & cap. 11. poſt verſ. 36. ubi ſermonem inſtituit de juſtificat. p. m. 899. edit. Tigur. 1559.

(*f*) Cap. 16. ap. ſyntagma confeſſionum fidei p. 29.

(*g*) Eas ſparſim exhibet idem *ſyntagma*.

(*h*) Cap. 24. ap. ipſum ſyntagma p. 139.

(*i*) Adverſus Bellarminum de juſtificat. l. 4 c. 7.

(*k*) In Bellarmino enervato l. 6. c. 6. in idem cap. 7. Bellarmini.

(*l*) De Juſtitia habit. & actuali c. 32.

(*m*) Ibidem cap. 54.

xio ſenſu a Patribus olim frequentatum, ſed ſuperbam & falſam meriti condigni opinionem a Pontificiis nuper in eccleſiam introductam. Nam quod Patres ſub meriti nomine intellexerunt, nimirum opus hominis fidelis & renati ſupernaturali bonitate praeditum, in ordine ſupernaturali Deo gratum & adceptum, atque ad praemia gratioſa tam hujus, quam futurae vitae, ex munificentiſſimi Dei promiſſione ordinatum, id totum noſtri ſemper conceſſerunt. „

Quid vero plura idem iis, vel illis verbis adſerentium circa meritum boni operis teſtimonia congeram? Pauciores ulterius ex eadem Schola nominare atque fideliter citare ſufficiat. En illos.

Jacob. Arminius parens Arminianoram, alias Remonſtrantium (*n*) *Franc. Gomarus* Contraremonſtrantium dux (*o*) *Samuel Mareſius* (*p*) *Ludov. Leblanc* (*q*) *Moſes Amyraldus* (*r*) *Franc. Turrettinus* (*s*) *Franc. Burmannus* (*t*) *Jacob. Piceninus* (*u*) *Hermann. Witſius* (*x*) *Benedict. Pictet*. (*y*)

Pluribus itaque & multo ingenio praenotati Scholae Calvinianae Doctores placita haec a Luthero adcepta & a Calvino mirum in modum emollita, adornare & communire adgreſſi ſunt, praeſertim aetati noſtrae viciniores, quorum profecto (ſi unum aut alterum exceperis) & comitas erga adverſarios, & ſubtilitas in diſputando haud exiguam apud me laudem promerentur. Vereor tamen ne tanta ſubtilitas in eliminando a bonis renatorum operibus proprii meriti rationem, eo tendat, ne in re tot utrinque conatibus agitata dicerentur nobiſcum ratione convicti aliquando, ut par eſſet, conveniſſe.

Adverſum iſtos juniores Calvinicolas ſic de merito bonorum operum differentes pauci e noſtratibus, quos viderim, ex inſtituto pugnarunt. Ameſium confutandum ſuſcepit *Vitus Erbermannus*; & Piceninum *Gotti*, *Tonti*, *Semery*, *Anton. a Venetia*, *Joſeph. Baron.* Et

(*n*) In declaratione ſententiae ad Ordines Hollandiae & VVeſtfriſiae p. m. 127. edit. ejus operum theologicor. 1629. & in reſponſione ad artic. 5. poſteriorem ibidem a p. 173.

(*o*) In explicatione Matthaei c. 5. 11. p. m. 41. ſq. int. 1. ejus operum edit. 1664. & in Matth. 20. ibid. p. 75. ſq. & alias ſparſim in utroque tomo.

(*p*) In ſyſtemate theol. loco 12. §. 19. 20. 21.

(*q*) In theſibus theologicis edit. Londin. 1675. ubi de bonis operibus a p. 565. ad 614. oppido conſulendus.

(*r*) In tr. gallico de merito operum adverſus Theoph. Brachetum, Milleterium ſparſim.

(*s*) In inſtitutione Theologiae elencticae par. 2. loco 17. quaeſt. 5. latiſſime a p. 777. edit. Genev. 1696.

(*t*) In Synopſi Theolog. l. 6. c. 8. ed. Amſtelod. 1699.

(*u*) In apolog. pro Reformatis edit. 1706. cap. 16. art. 6. & in triumpho verae relig. contra Andream Semery edit. 1712. cap. 20.

(*x*) De oeconomia foederum Dei cum hominibus l. 3. c. 8. a §. 39. p. 378. edit. 1712.

(*y*) In theologia chriſtiana gallice edita Genevae 1721. tom. 2. l. 12. cap. 2. & 3.

Et haec de cauſſa calviniana, quod noſtrum ſpectat dogma. (*)

XXXI. *Michaël Bajus*, ut vulgo fertur, de meritis aliiſque conditionibus bonorum operum haec diſſeruit. 1.° „ Nec Angeli, „ nec primi hominis adhuc integri merita recte vocantur gratia. „ (z) Famoſus ille Baji vindex *Gerberonius* in hanc Propoſitionem ſic diſſerit (a) „ Non eſt Michaëlis Baji, ſed ex c. 4. libri primi *de meritis operum* male excerpta „ Verum egregie fallitur contra confeſſionem ejuſdem *Baji*, qui in Apologia pro ejuſmodi damnatis theſibus (b) ad hanc theſim, quam ipſe ſententiam nuncupat, haec reponit „ Haec ſententia in libello (de meritis operum) per ſe (hoc „ eſt

ADNOTATIO.

(*) E Calvinianis, quos praememoravimus, Scriptoribus mihi prae ceteris etiam atque etiam commendandus *Ludovicus Leblanc* in Sedanenſi Academia Theologiae Profeſſor ab an. circ. 1645. Is enim more ſuo ea modeſtia & comitate diſputat, ut videatur nolle uſpiam hoſtem ferire, ſed ubique intendere quae vera putat qua talia proponere & vindicare.

Ac ſuas inſuper theſes theologicas, variis temporibes in Academia Sedanenſi editas & ad diſputandum propoſitas ea methodo digeſſit, concinnavitque, ut plerumque ſuum non definiat placitum, quin primum ex inſtituto quaeſtionis ſtatum perſpicue aperiat ac elucidet, & utriuſque litigantium partis (nempe heinc eccleſiae Romanae, illinc Reformatorum ſcholae) fundamenta & opiniones rem concernentes, probatiſſimis utrinque Authoribus citatis, ſincere, docte ac pererudite narret.

Quo plane fit ut dum Lectorem ſapienter erudit varios interdum palam oſtendat errores, vel abſurdiores ſenſus, quos pars utraque alteri viciſſim minus ſapiens adpingere conſuevit: quae porro & veritati & polemicae paleſtrae quanto ſint bono, nemo non videt.

Hac inſuper cordati animi adcuratione utitur. In ſingulis nempe quaeſtionibus diverſos obſervat, ſiqui ſint vocum uſus in utralibet ſchola & λογομαχίας inde naſcentes a certis de re controverſiis diſcernit.

Nec de ſenſu cujuſpiam authoris judicat ex verbis ab eo obiter & aliud agente conſcriptis, ſed ex iis, quae rem ex inſtituto tractans edocet; nec ulli uſpiam adſerit tanquam ejus placita & dogmata in negotio religionis, niſi quae idem pro ſuis agnoſcat ac tueatur.

Diſtinguit praeterea privatas Doctorum opiniones a communi & publica ſententia & noſtrae Eccleſiae & ſuae reformatae: nec noſtrae quidem tribuit quidpiam ceu propriam ejus doctrinam, praeter id quod noſtra ſanxere concilia, ſummive Pontifices, ſeu quod in ſcholis noſtratibus communi adſenſu docetur.

Et certe ut audio ex Authore Praefationis in commentarium noſtri *Le Blanchii*, „ iidem Doctores Eccleſiae Romanae teſti„ monium illi perhibent, quod fideliter ſuam „ & ſuorum ſententiam referat, & Refor„ mati, quod Proteſtantium doctrinam ve„ re & prout ſe habet exponat. Nam qui„ que ſui ſenſus eſt optimus judex & inter„ pres „.

Hanc profecto adcuratiſſimam juxta ac cordatiſſimam methodum ſi reliqui ſcriptores polemici obſervaſſent, abſdubio res polemica exactam haereſum, errorumque adverſus ſancta dogmata Hiſtoriam nanciſci poterat, & utriuſque partis Scriptores jure abſtinuiſſent a multis conviciis, quibus partem alteram (haud ſatis perſpectis, captiſque ejuſdem ſenſis) viciſſim, nec infrequenter laceſſere non dubitarunt. Ac inde quidem facilius, feliciuſque (quo nihil optandum magis) poſſent errones ad viam veritatis adduci.

Utinam quiſpiam e noſtratibus perdoctus vir conſimilem ſibi percurrendam provinciam, & quantum ad ſingulas omnino polemicas controverſias adcurate perficiendam adſumeret!

(z) Eſt Propoſitio 1. ex damnatis a Pio P. V. & Gregorio XIII.

(a) In Bajanis, in indice, quem dedit, propoſitionum Bajo perperam adfictarum, p. 224.

(b) In Bajanis p. 80.

„ eſt conceptis verbis) non habetur , ſed continetur in ſententia „ ſeptima „ quae nempe , ſicut & aliae mox recitandae , ſollemne illud continent Baji paradoxum de gratia ſtatui naturae integrae in prima rerum molitione debita , quod jam *ſuperius* oxpoſuimus. (c)

2.° „ Sicut opus malum ex natura ſua eſt mortis aeternae me- „ ritorium , ſic bonum opus ex natura ſua eſt vitae aeternae me- „ ritorium „ (d) Ibidem *Gerberon.* ab omni labe intendit purgare articulum , quoniam „ eſt duntaxat titulus capitis 2. l. 2. *de mer. oper.* „ Et vero titulus eſt ,& ſumma totius capitis , quo pluribus Author in gratiam eorum , qui ſic opinentur oſtendit , opus bonum ſuapte natura , ſeorſim a gratia ſanctificante , vitam aeternam promereri.

3.° „ Et bonis Angelis & primo homini ſi in ſtatu illo (in- „ tegritatis) perſeveraſſent uſque ad ultimum vitae , felicitas eſſet „ merces & non gratia „ (e) Heic *Gerberon.* „ Non eſt Michaëlis „ Baji , ſed ex ipſiuſmet ſancti Auguſtini ſenſu & verbis a Michaë- „ le Bajo relatis in c. 2. 3. & 4. l. 1. *de mer. oper.* male excerpta „ Pace tamen eruditi viri , quam fideliter excerpta eſt theſis ex iis , quae citat , Bajani libri capitibus , in quibus nempe illa ſaepius inculcatur . Porro Bajus in cap. 3. & 4. (minime in 2.) tum in Apologia ad hanc theſim , eam communit Auguſtini verbis , & quidem ad rem diſertiſſimis. Vereor tamen , ne illa , quae in Auguſtino ſaniſſima eſt , proſcribatur in Bajo , quod merces illa ad ejus ſenſum innitatur falſo ſuo de gratia naturae integrae debita principio.

4.° „ Vita aeterna homini integro & Angelo promiſſa fuit in- „ tuitu bonorum operum : & bona opera ex lege naturae ad illam „ conſequendam per ſe ſufficiunt „ (f) Vindex *Gerberon.* „ Eſt Mi- „ chaëlis Baji l. 2. c. 2. de mer. oper. in terminis & in ſenſu ca- „ tholico „ Conſultius tamen diceret , non eſſe a Bajo adſertam , ſed propoſitam tanquam dubiam , ex adferendis ſtatim . In eadem prope verba & in eundem ſenſum recidunt proſcriptae , quae ſequuntur , Propoſitiones , ut puta v. ex l. 1. c. 2. praecitati libri , & ex VI. l. 1. c. 3.

5.° „ Primi hominis integri merita fuerunt primae creationis „ munera , ſed juxta modum loquendi Scripturae ſacrae non recte „ vocantur gratia : quo fit ut tantum merita , non etiam gratia de- „ beant nuncupari „ (g) Reponit *Gerberon.* „ Non eſt Michaëlis Baji , „ ſed ex c. 4. l. 1. *de mer. op.* male excerpta „ Verum haec ſunt Baji verba ad eum locum „ Quia enim priora illa (primi homi- „ nis) merita fuerunt primae creationis munera , non quidem ali- „ quorum praecedentium operum meritis reddita , ſed nec mali „ quidpiam merentibus in ſua creatione donata . Ideo juxta modum „ loquendi Scripturae ſacrae non recte vocantur gratia , quo fit ut „ tan-

(c) In Tom. III. p. 68. & 130. ſqq.
(d) Eſt Prop. II.
(e) Eſt Prop. III.
(f) Eſt Prop. IV.
(g) Eſt Prop. VII.

„ tantum merita, non etiam gratia debeant uuncupari.„ Ergo ne male excerpta? In idem ferme recidit Prop. IX.

6.° „ In redemtis per gratiam Chriſti nullum inveniri poteſt „ bonum meritum, quod non ſit gratis indigno collatum „ (*h*) Exinde (ut alias rationes mittam) ſuſpecta redditur haec theſis, quod praeſupponere videatur, bonum meritum homini integro non gratis, ſed ex debito juſtitiae fuiſſe donatum.

7.° „ Solutionem poenae temporalis, quae peccato remiſſo ſaepe remanet, & corporis reſurrectionem non niſi Chriſti meritis adſcribendam eſſe. „ (*i*) Si *Gerberonio* credas„ Non eſt Baji, ſed ex „ c. 9. l. 1. *de mer. oper.* male excerpta „ Sed audiamus tamen in loco adducto Baji verba, quae talia ſunt „ Abolitio poenae tempo„ ralis, quae peccatis per ſacramentum poenitentiae remiſſis quan„ doque relinquitur, converſatio ſancta & perſeverantia uſque in „ finem vitae hujus temporalis, immo & ipſa corporis reſurrectio „ proprie non niſi Chriſti meritis adſcribenda ſunt„ Nec ipſe quidem *Bajus* in Apologia theſim non fatetur ut ſuam, ubi eam exponere ac illuſtrare pergit ex Trident. Bonavent. Durando.

8°. „ Quod pie ac juſte in hac vita mortali uſque in finem „ converſati vitam conſequimur aeternam, id non proprie gratiae „ Dei, ſed ordinationi naturali ſtatim in initio creationis conſtitu„ tae, & juſto Dei judicio deputandum eſt: neque in hac retribu„ tione bonorum ad Chriſti meritum reſpicitur, ſed tantum ad „ primam inſtitutionem generis humani, in qua lege naturali con„ ſtitutum eſt ut juſto Dei judicio obedientiae mandatorum vita„ „ aeterna reddatur „ (*k*) Perperam heic *Gerberon.* „ Non eſt Baji, „ ſed ex c. 9. l. 1. de mer. oper. male excerpta„ quia enim utraque theſeos pars, etſi invicem tantiſper ſeparata, jacet expreſſis verbis apud citatum Baji caput; niſi quod ubi caput habet, *id non propoſito gratiae Dei*, theſis collector inſeruit, *id non proprie gratiae Dei* „ quod an errore, an dolo fecerit, ut facilius damnaretur, ne„ ſcio„ inquit idem *Bajus* in Apol. ubi tamen fruſtra in rectum ſenſum theſim exponere adgreditur, quum manifeſto praeſeferat ſuum de gratia naturae innocenti debita paradoxon.

9.° „ Pelagii ſententia eſt opus bonum citra gratiam adoptio„ nis factum non eſſe regni coeleſtis meritorium „ (*l*) Haec, ait *Gerberon.* „ eſt duntaxat titulus capitis 4 l. 2. *de mer. oper.* „ At *Bajus* ſub eo titulo haec ſtatim ſub eo, quo ibi diſputat, ſenſu habet„ Nec qui ita ſentiunt ea in re Pelagio conſentiunt (ſicut qui„ dam imperite clamitant) ſed hi potius, qui contra adſerunt: „ opera bona non eſſe regni coeleſtis merita, niſi ab eis facta, qui „ prius in filios Dei adoptati digni ſunt regno Dei „ En ibi tanquam pelagiano errori adhaerentes eos traducit, qui defendunt, nul-

(*h*) Eſt Prop. VIII.
(*i*) Eſt Prop. X.
(*k*) Eſt Prop. XI.
(*l*) Eſt Prop. XII.

nullum bonum opus ab adoptato per gratiam in filium Dei non profectum coeleſte regnum promereri. Hanc theſim ſub aliis verbis ſynonimis, neſcio quo conſilio repetit Propoſitio XVII.

10°. „ Opera bona a filiis adoptionis facta non recipiunt rationem „ meriti eo quod fiunt per ſpiritum adoptionis inhabitantem corda „ filiorum Dei, ſed tantum ex eo quod ſint conformia legi, quod„ que per ea praeſtetur obedientia „ (*m*) Nihilo pene ab iſta differunt ſubſequutae Propoſitiones XIV. & XV. Sed merito ad eas reponit *Bajus* in Apolog. „ Hae ſententiae & aliae plures, quae „ poſteriore libello *de meritis operum* ſaltem ſenſu utcumque conti„ nentur, nullo modo adſeruntur, ſed tantummodo dicuntur ſalva „ pace catholica inter fideles poſſe diſputari „ Et quidem liber 1. ſic definit „ ſumto alio exordio ad eas (quaeſtiones) tranſeamus, „ de quibus inter fideles, ſalva pace catholica, varie diſputatur „ Caput vero 1. libri 2. ſic incipit „ Inter eas quaeſtiones, quae de „ meritis operum etiam a catholicis varie diſputantur, prima occurri„ „ finitque „ eorum ſententia, qui in bonis operibus totam „ meriti rationem ex eo metiuntur, quod ſint obedientia mandatorum Dei, his rationibus oſtendi poſſe videtur „ totoque pergit libro, non ſimpliciter adſerens tanquam ex propria ſententia, ſed dubia problematice proponens.

11.° „ Dicit (libellus idem 2. de mer. oper. cap. 6.) opera „ catechumenorum, ut fidem & poenitentiam, ante remiſſionem „ peccatorum facta, eſſe aeternae vitae merita; quam tamen non „ conſequuntur catechumeni, niſi prius praecedentium delictorum „ impedimenta tollantur „ (*n*) Praepropere de iſta inquit *Gerbe-ron.* „ eſſe minus adcurate collectam e citato libello „ uti iſtum vel oſcitanter percurrenti plane conſtat. At jure tamen reponit *Bajus* in Apolog. quod & de aliis mox adductis „ Iſtud in libello non „ adſeritur, ſed tanquam dubium vel incertum ſignificatur „ Plura quidem expendere pergit pro parte adfirmante, quae tamen admiſſo in peccatoribus merito de congruo evaneſcant ſtatim oportet. (*) XXXII. *Jan-*

(*m*) Eſt Prop. XIII. (*n*) Eſt Prop. XVIII.

ADNOTATIONES.

(*) I. PRoſcripta heic habes potiſſima errorum capita in dogmata de merito theologico, reperta in utroque Baji libro. Is porro ex iis primum elucubravit adverſus illos ſui temporis haereticos qui quamlibet proprii meriti rationem bonis operibus adimebant, ut idem teſtatur ſub initium capitis primi. Dolendum tamen, quod haereſes novis erroribus oppugnare conſtituerit perdoctus alias vir. Non ita quidem pugiles illi paullo antiquiores Bajo, qui ab haereticis meritum bonorum operum vindicarunt, puta *Eckius*, *Cochlaeus*, *Koffenſis*, *Jo. Faber*, *Tapperus*, *Andreas Fabricius*; nihil enim in iis a ſaniore abhorrens doctrina reperire licet.

In altero vero libro, Authore ipſo adteſtante, ex mox adlatis, ſuas non tradidit ſententias, aut proprii ingenii adſerta, ſed quaeſtiones, quae tum etiam a catholicis Doctoribus varie diſputabantur. Quocirca ii omnes jure corrigendi veniunt, qui Bajum in ſuis ſcriptis notarunt ceu verum indubiumque authorem theſium ex eo libro excer-

XXXII. *Janſenius* junior adſerere, multiſque promovere non dubitavit, quod „ ad merendum & demerendum in ſtatu naturae la-

excerptarum, prout eas praecitatae Pii & Gregorii Bullae complectuntur.

Ejuſmodi vero ſunt inter alios *Suar.* de grat. l. 12. c. 14. *Vazq.* in 1. 2. diſp. 190. c. 18. *Bellarm.* de juſtit. l. 5. c. 12. & ibidem in notula ad iſtud caput *Erfermann, Ripald.* de ente ſupern. diſp. 78. ſect. 1. *Fraſſen* t. 4. in adpend. de merito quaeſt. 3. concl. 2. *Munieſſa* de merito diſp. 26. ſect. 1. Ii quippe Scriptores vel Baji librum non viderant, vel quod adnotabatur de dubio authoris ſenſu non ſatis ut par eſſet animadverterant.

Itaque propoſitiones illae omnes ex 2. Baji libro excerptae a Collectore dici debent & credi Pontificia Bulla proſcriptae, non autem in Bajo tanquam ab eo ex animo adſertae. Inquiri tamen poſſet, qua ipſae cenſura inurendae veniant ubi adſerunt, conſiſtere meritum aeternae vitae condignum ſeorſim a gratia ſanctificante, quae bonum opus tanta mercede reddat dignum.

Porro in Schola ab aetate Magiſtri uſque modo contraria opinio vulgo, tanquam certa obtinuit, nullo ferme in ſcriptis editis contra nitente. Hanc tradiderunt *Mag.* in l. 2. diſt 27. & *Thom.* 1. 2. q. 114. a. 2. eoſque Interpretes uno quaſi adſenſu ſequuti ſunt cum *Suar. Vazq. Rip.* proxime laudatis.

Veritas certa & catholica eſt, adſerebat *Suar.* n. 3. *ſine ſtatu gratiae non eſſe in homine meritum de condigno, praeſertim vitae aeternae.* Et expreſſius *Valentia* in 1. 2. diſp. 8. q. 6. pun. 3. *certum ex fide eſt, meritum eſſe proprium effectum gratiae.* Nec alii quidem de ſchola diſſentiunt. Probantque more ſuo ex Scripturis, Conciliis, Patribus, ratione. Quin etiam nominatim *Vazq.* & *Rip.* momenta pro adſerto ſui libri adducta a Bajo pro viribus diluunt. Et una ferme omnes e recentioribus ab iſta damnatione theſium, quae vulgo Bajanae audiunt, colligunt firmiter certitudinem ſcholaſticae ſententiae, ſubindeque falſitatem & errorem oppoſitae a Bajo diſputatae, quam propterea quis forte cenſeat ceu falſam, erroneam, vel haereticam in Piana Bulla configi.

Verum enim vero non adeo perſpicua ſunt, me judice, Scholaſticorum documenta pro ſua theſi, ut nequeant eludi ac in alium ſenſum facile detorqueri; non ſecus ac ipſimet objecta Bajana interpretantur. Nec uſpiam illa theſis ut fide ſancta definita palam eſt ab unanimi adſenſu Eccleſiae, vel oppoſita profligata, ceu fidei aut veritati adverſa; ſed illa duntaxat in ſchola tanquam ſcholaſtice certa uſque ad Pianam Bullam, non ſecus ac plures aliae, pacifice obtinuit.

Ergo ne ſubinde Pius, poſt conſultos Romanos Cenſores, abſdubio Scholaſticos, qui theſes illas diſcuſſerant, in eam deſcendit ſententiam ut intenderit praefatam opinionem a Bajo diſputatam, nec leviter promotam, ceu haereticam, erroneam, aut falſam profligare? Ita fortaſſe praefati Scriptores ſecum ipſis rem habere conſtituerunt. Ipſis et vero ſuffragari non auſim; quum extundi minime liceat ex Bulla, qua nominatim cenſura ſingulas, quas recitat, adficiat theſes.

Mihi demum ubi pro certo ferendo judicio documentum ſuppetit nullum, in hunc modum ominari liceat. Nimirum quo tempore Bajus noſter, a Carolo V. ſacrarum literarum Profeſſor Lovanienſis Academiae inſtitutus an. 1551. quaeſtiones theologicas magno cum auditorum plauſu praelegebat, variae illos inter ſcholaſticos Academicos effervebant concertationes. Ex iis altera eo tendebat, num meritum vitae aeternae condignum neceſſario exigeret, ſaltem juxta praeſentem Prpvidentiae legem, ſtatum gratiae, nec ne. Haec inquam quaeſtio hinc inde vehementi animorum contentione agitabatur.

Quaeſtionis partem negantem ſi non adſeruit Bajus ob reverentiam univerſae antiquiori Schola debitam, indicabat ſaltem eam tuto defendi poſſe, probatiſque argumentis communiri. Quod ut palam oſtenderet, librum illum ſecundum de meritis operum, una cum aliis opuſculis in lucem primum emiſit an. 1564.

Diſſertatio haec pro parte negante docte ac pulcre adornata, & prima, quod ſciam, in id argumentum, quae publicam in orbe ſcholaſtico adſpexit lucem, pleraſque excitavit turbas atque tumultus inter adſeclas & aemulos Baji, qui propter novas ejus opiniones plurimi numerabantur una cum Tappero, Tiletano, Cunero Petri; a quibus nempe opinio illa negans, utpote ſcholae antiquae univerſae contraria, qua novitatis, qua erroris, qua haereſeos paſſim, ut in ejuſmodi contentionibus uſuvenire ſolet, inſimulabatur,

Ubi

„ pſae non requiritur in homine libertas a neceſſitate, ſed ſufficit „ libertas a coactione „ (*o*) Innititur haec adſertio caracteriſtico Au.

(*o*) Eſt ordine iii. inter v. famoſas Propoſitiones, quam uti & ceteras vehementer exagitant commentatores Anti-Janſeniani, cum *Dechamps*, *Martinonio*, *Manſio*, *Viva*, *Franc. Annato* - Recole quae in illam & reliquas *ſupra* paucis diſſeruimus in Tom. III. p. 178. ſqq.

Ubi autem de adcuſatione apud ſummum Pontificem novarum theſium Baji & ejus ſectatorum deliberatum eſt, earum collector quum illas exſcriberet, quae parti neganti utcumque faverent, adnotabat pariter, earum novitatem in ſchola eo uſque inauditam, plurimas exciviſſe turbas. Qua tandem obſervatione commotus Pontifex, ut huic malo in poſterum mederetur, ac perpetuae Lovanienſium Academicorum paci conſultum iret, quas fortaſſe nec haereticas cenſebat, ut *ſcandaloſas* aut *falſas*, vel ſummum ut *erroneas*, vetuit ac profligavit.

Haec profecto ſi fortaſſe vera non ſint, at facile tamen evenire potuiſſe conjicio ex iis, quae de cauſſa Baji tradunt Bajana per *Gerberonium* collecta: quamvis enim collector iſte tum in Hollandia profugus, ſuique Ordinis & orthodoxae religionis ob cauſſam janſenianam Apoſtata, in vindicando Bajo frequenter hallucinetur, & quum de Romana Eccleſia vel de ſummo Pontifice ſermo incidit ſaepe inſaniat; ſed tamen in exponendo temporum, rerum, eventuumque ſerie mihi ut plurimum adcuratus & verax ducitur.

II. Quid vero, reponat quiſpiam, ſi quos inter erroneos aut certo falſos adnumeravimus articuli ex iis ſint, qui ex tenore Pianae Bullae ſub finem „ aliquo pacto ſu- „ bſtineri poſſent in rigore & proprio verbo- „ rum ſenſu ab adſertoribus intento „? En tibi agitatiſſimam illam de commate Pianae Bullae interjecto controverſiam.

Nimirum acriter diſputatur, an interjectio commatis adpoſita ſit in recitata Bullae particula poſt verbum *poſſent*, ita ut ſit ſenſus, quod nonnullae ex ſententiis in Bulla contentis aliquo pacto ſubſtineri poſſent, adnexo reliquo cum damnatione ſententiarum „ in rigore & proprio verborum ſenſu „ ab adſertoribus intento; vel potius poſt verbum „ intento „ quo deſignaſſet Pontifex, nonnullas aliquo pacto ſubſtineri poſſe etiam in rigore & proprio verborum ſenſu ab adſertoribus earumdem proſcriptarum ſententiarum intento?

Hoc ſecundum ajunt, pluribuſque documentis promovere contendunt Bajani & Janſeniſtae cum cit. *Gerberon.* in Bajanis a p. 235. animadverſ. 5. Primum vero & oppoſitis documentis, & rationibus graviſſimi momenti ſuffulti noſtrates vulgo propugnant cum cit. *Ripald.* in prooem. diſp. 1. ſect 2. n. xt. p. 7. ſq. quem exſcripſit *Laderch.* an. 1567. p. 369. ſq.

Porro ſi fides cit. Gerberonio, in antiquioribus genuiniſque Pianae cenſurae exemplis, quae multa profert, & ſe vidiſſe teſtatur in archivis Belgii, famoſum illud comma poſt vocem *poſſent* non reperiebatur, immo in pleriſque documentis a ſe lectis diſertis verbis habebatur, adſerere Bullam, quod *nonnullae ex illis ſententiis aliquo pacto in rigore & proprio verborum ſenſu ab adſertoribus intento ſubſtineri poſſent*.

Quid tum vero? Fateor quidem in Bulla MS. Roma ad Bajum miſſa comma deficere poſt verbum *poſſent*; ſed & cetera quaeque deficiebant commata; namque, ut moris erat Romanae curiae, qui etiam hodieque obtinet, manu deſcribuntur Bullae abſque ulla interpunctionum nota.

Heinc vero facile factum eſſe credideris ut Bajani, aliique minus cauti ſic illam periodum interpretarentur, ut exiſtimarent non adponendum comma poſt *poſſent*, rederentque verba ſenſum, quem inducit Bajaniſmi fautor Gerberonius.

„ Quod ſi verum ſit (reponimus nos cum Facultate S. Theol. Duacena ap. *Mejer.* hiſt. controv. de auxil. l. 6. c. 25. p. 710. col. 2.) quid ſupereſt quod in iis damnent „ Pontifices, niſi ſe ipſos? Immo quis in „ Bulla articulus ſupererit, qui excipi non „ poterit a cenſura pontificia, & defendi in „ rigore & proprio verborum ſenſu ab (ad- „ ſertoribus) intento? Hoc ne eſt Bullam „ amice amplexari, an inter amplexus ho- „ ſtiliter elidere? [illegible] ne eſt ſanctius & „ Apoſtolicae Sedi convenientius Bullam „ interpretari, an irriſioni haereticorum „ ineptiſſima interpretatione exponere, ve- „ lutque tormentum contorquere in Pontifi- „ ces, ut ſe ipſos ſanctiſſimi condemnent?...

„ Ca-

Authoris ſyſtemati de duplici delectatione relative victrice, ac de diſcrimine gratiae pro ſtatu naturae integrae & lapſae. De genuina vero libertate ad rationem meriti requiſita ſtatim cum Theologis diſputabimus.

XXXIII. *Quakeri* in Anglia, a voce anglica *Quakers*, quae ſonat *Trepidantes*, quod ejus ſectae alumni quum ſe ſe divinitus adflari crederent, totis tremare membris adfectarent, auctore *Georgio Fox*, calceorum operario, ſub medium Seculum XVII. & coriphaeis deinceps *Guilielmo Penn*, *Georgio Keit*, *Roberto Barclay*; illi, inquam, Errones preces liturgicas ab Eccleſia inſtitutas, & alias quaſlibet, immo & omnia bona opera, quae fiunt, pendentque a libero hominis arbitrio, abſque intima conſcientia divinae inſpirationis, quae certo ad illa exſequutioni mandanda mentem & cor agitarit, ſeu compulerit, omni vacua erga Deum merito reputant; immo ceu ſuperſtitioſa atque idololatrica repudiant. Idcirco hujuſmodi Enthuſiaſtae nullam religionis ceremoniam admittendam ducunt; & potiora ſectae ſuae exſercitia ſita volunt in collectione interiore ſui ipſius ad audiendas (ut ajunt) divini Spiritus motiones, quibus & opera externa ex amuſſim conforment. (*p*)

XXXIV. *Michaël Molinoſius* in merita bonorum operum iniquiſſimus fuit. Impiis doctrinae placitis ſub ſpecie ſublimioris virtutis author fuit hic hypocrita ſuis obcoecatiſſimis ſectatoribus ut ſanctiora deſpicerent opera, ac obſcoeniſſima quaeque ſcelera perpetrarent; quaſi iis admiſſis ineſſet perſonae agentis meritum erga Deum, illis vero demeritum. Nec juvat quidem, nec licet ſingulorum enarratione noſtras conſpurcare paginas, & lectoris animum offendere. Plurium inſtar unum aut alterum ex iniquiſſimis

(*p*) Plura de hiſce trepidantibus *Barclayus* idem in famoſa Apolog. pro ſecta ſua, *Pluchetus* in hiſt. haer. in Quakeris, *Voltaerius* in literis philoſophic. ſup. relig. Anglo-

„ Caveant, ne demto e Bulla pontificia uno „ commate, ingemiſcens orbis chriſtianus „ ſe Calvinianum eſſe miretur „.

Propterea igitur & Facultas S. Theologiae Lovanienſis cum vetus, tum recentior, & Duacena, & orthodoxae Theologorum ſcholae univerſae, ac Doctores plerique omnes e noſtratibus in commentariis theologicis ita eas theſes proſcriptas eſſe intellexerunt, ut nullas quis deinceps ſubſtinere poſſit in rigore & proprio verborum ſenſu ab earum adſertoribus intento.

Si tamen exceperis (ad ſenſum *Suarezii* de grat. proleg. 6. c. 2. n. 14. & cit. *Vazquii* 1. 2. diſp. 190. c. 18. n. 177. adnuente *Toleto* ap. Vazq. cit. & mordicus adhaerentibus *Janſenio* Iprenſi de ſtatu nat. lapſae l. 4. c. 25. & *Serryo* hiſt. congr. de auxil. lib. 4. c. 20. a col. 570.) eos plerumque articulos, quos non niſi propter acerbitatem cenſurae, qua partis adverſae doctrinam ab aliis Doctoribus orthodoxis defenſam ſugillant, & propter ſcandalum quod ingenerare aliis poſſent, proſcripſit Pius. Ii ſiquidem articuli, ut interpretes ſunt laudati Doctores, ablata cenſura ſubſtineri poſſunt in rigore ac proprio ſenſu verborum ab adſertoribus intento; ſiquidem is jure exiſtimetur aliunde orthodoxiae non diſſentaneus.

Pluribus hiſtoriam de famoſo commate perſequuntur laudati *Ripald.* in prooem. diſp. 1. ſect. 2. & *Mejer* l. 6. c. 25. per tot. tum cit. *Ducheſn.* in elucidationibus ad calcem hiſt. Bajan. epiſt. 2. ubi pro reponenda, ſubintelligendaque commatis interjectione non minus acriter dimicat, ac cit. *Mejer.*

rum ubi de Quakeris, *Auctor* hiſtor. Quaker. Amſtelodami edita 1695. *L. Anton. Reiſerus* in Antibarclayo.

placitis referimus, quae proscripta sunt & profligata ab decreto Innocentiano *Coelestis Pastor*.

1.° „ Vota de aliquo facienda sunt perfectionis impediti-
„ va „ (*q*) .... 2.° „ Activitas naturalis est gratiae inimica, im-
„ peditque Dei operationes & veram perfectionem, quia Deus vult
„ operari in nobis sine nobis „ (*r*)... 3.° „ Qui suum liberum ar-
„ bitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec de
„ Inferno, nec de Paradiso, nec desiderium debet habere propriae
„ perfectionis, nec virtutis, nec propriae sanctitatis, nec propriae
„ salutis, cujus spem purgare debet „ (*s*)... 4.° „ Qui divinae vo-
„ luntati resignatus est, non convenit ut a Deo rem aliquam pe-
„ tat, quia petere est imperfectio, quum sit actus propriae volun-
„ tatis & electionis &c. (*t*) ... 5.° „ Sicut non debet a Deo rem
„ aliquam petere, ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debet,
„ quia utrumque est actus propriae voluntatis.„ (*u*) ... 6.° „ Non
„ convenit animabus hujus vitae internae, quod faciant operatio-
„ nes etiam virtuosas ex propria electione & activitate, alias non es-
„ sent mortuae; nec debent elicere actus amoris erga B. Virgi-
„ nem, Sanctos, aut humanitatem Christi, quia quum ista objecta
„ sensibilia sint, talis est amor erga illa „ (*x*) Reliqua perinde
impia & iniqua in sanctum de merito bonorum operum dogma cupienti dabit laudatum decretum Pontificium. Interea famosam causam Molinosianam, spectantem utique prae primis Historiam polemicam, paucis contexere tandem adgredimur. (*)

XXXV. *Ar-*

(*q*) Est in laudato Decreto Prop. III.
(*r*) Est Prop. IV.
(*s*) Est Prop. XII.
(*t*) Est Prop. XIV.
(*u*) Est Prop. XV.
(*x*) Est Prop. XXXV.

ADNOTATIO.

(*) Haec causae Molinosianae summa ex paucioribus, quae nancisci nobis licuit, documentis.

Quum Romae Molinosius sub larva pietatis celeberrimum perplurium, quos voce & scriptis perpetuis confovebat, in directione spiritus magistrum ageret, opusculum exaravit, praenotatum *Manuductio spiritualis*, typisque excudi curavit an. 1675. opera P. Joan. a S. Maria Minoritae, Provinciae S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Praefecti, doctissimorum Urbis Theologorum, etiam S. Officii Congregationis Qualificatorum, ut ajunt, adprobationibus communitum & exornatum.

Eo subcessu & plausu per universam fere Europam libellus ab Mystices studiosis exceptus est, ut intra sex priores a prima editione annos plusquam vigesies sub diversis idiomatis prelo recusus sit, ut author nobis est Illustr. *Jacobus* Panormitanus Archiepiscopus in documento pastorali an. 1681. 7. Mart. quo librum denuo suis editum sumtibus gregis sibi commissi ovibus ad christianam perfectionem contendentibus magnopere commendat.

Porro humilis libelli author in praefatione jactitat, se raro usum vulgatis mysticorum Interpretum sententiis, potissimum vero a Deo sibi adspirante adceptis. Verum qui sacris in illis Interpretibus versatus sit, plane viderit bona omnia quae adfert libellus, in eis reperiri, mala vero multa quae vel diserte, vel tacite subindicat, ab uno molinosiano cerebro prodiisse.

Haec edita opella, quam statim excepit alia *de quotidiana communione*, Romanis etiam formis excusa eodem ann. 1675. paribus Adprobatorum suffragiis fulta, Molinosianae scholae discipuli numero frequentissimi

XXXV. *Arminiani juniores*, vulgo *Remonſtrantes*, eo quod inter ebullientes cum Reformatis lites ſuper Praedeſtinatione electorum cer-

mi cujuſque ſexus, generis & conditionis traditis a magiſtro dogmatis firmius inhaerebant, ipſaque ardentius propaganda curabant. Prae ceteris vero Illuſtr. *Petruccius* e Congregat. Jenenſ. Oratorii, tum Jenenſis olim Epiſcopus, deinde Cardinalis, alias notiſſimae probitatis & ſapientiae vir, pluribus jam ab an. 1676. ſcriptis editis illa ſtudioſe tueri ac illuſtrare ſatagebat adverſum hoſtes plurimos, qui ea tanquam orthodoxiae ab Scripturis, Patribus, & Myſticis Interpretibus traditae parum conſona palam refutabant, & Anti-Quietiſtae audiebant.

Nimirum quod Molinoſius enixis viribus promoveret ſtudium erga contemplationem adquiſitam, qua obtendebat per ſimpliciſſimum & unicum fidei actum haberi perpetuam animi *quietem*; inde praetenſae quietis inventor, ejuſque ſectatores *Quietiſtae* adpellati ſunt, & *Antiquietiſtae* factionis adverſarii.

Ex iis vero duos reperio, qui aperto marte doctrinam molinoſianam confutarunt, *Paullum Segneri* e Soc. J. in concordia laboris cum quiete inter orandum, Venetiis edita 1680. & *Franc. Pacium* Cathedral. Montis Politiani Canonicum in principiis ſeptem parum ſolidis, quibus innititur nova oratio quietis, excuſis itidem Venetiis 1632.

Et Segueri quidem manuductionem Molinoſii ex directo impetivit, uti palam oſtendunt in ſumma ejus concordiae *Acta Eruditor. Lipſienſ.* ad an. 1687. a p. 19. Pacius vero librum alium ejuſdem furfuris, conſcriptum a *Franc. Malavallio*, Quietiſta gallo laico & coeco, atque, ut ajunt, propter paritatem doctrinae Molinoſio familiari, praenotatum „ pratique facile pour élever l'ame á la contemplation „ vulgatum gallice Pariſiis 1670. ac Romae italice 1672. interprete Lucio Labaccio Presb. romano. At Pacius tamen Malavallium illum eum Molinoſio confundit, aut confundere adfectat, uti ex ejus epiſtola nuncupatoria, & praefatione ſatis liquet.

Prae ceteris vero molinoſiana doctrina magnopere ſibi adverſantem habuit celebraſſimam illam Virginem, ſanctimonia, donisque ſupernis conſpicuam, Caprenſis coenobii, aliorumque plurium Carmelitanorum Inſtitutricem, *Seraſinam de Deo*, fato peri unctam 1699. aetat. 73.

Haec enim coeleſti lumine perfuſa, vix orationem illam quietis in manuductione Molinoſii expoſitam perlegit, illico ceu abſurdam & haereticam abjecit, damnavitque, immo quoslibet ejuſmodi libellos ſuo Caprenſi coenobio ſparſos in unum faſcem collectos flammis quam cito adjudicavit; nec unquam deinceps deſtitit, quominus eam doctrinam, ejuſque authorem, ſectatoreſque ſtrenue data occaſione profligaret ceu erroris graviſſimi reos.

Et haec quidem prudentiſſima illa Virgo, cujus cauſſa in probationem ſui Spiritus una cum cauſſa Molinoſiana in Romano ſancti officii Tribunali agebatur. Quo clarius adpareret, eam in tanta Eccleſiae procella elegiſſe Deum in propugnatricem orthodoxae fidei adverſum turbines Molinoſiſmi tum furentes. Lege vitam hujus venerabilis Virginis editam a *Thoma Pagano* 1723. l. 3. cap. 2. a p. 328.

Serpebat interea, & pene graſſabatur ubique exceptae doctrinae Molinoſianae virus, quae nempe eo tacite collimabat ſub ſpecioſo orationis quietis nomine, ut ad quodlibet infandum ſcelus, in damnatis Molinoſii articulis expreſſum, proſcriptumque cujuſdam innocentiae ſpecie animos perduceret. Siquidem, ut palmare illius principium erat, ex anima in contemplatione annihilata (ut vulgo loquuntur) Deoque unita, & minime de iis ſolicita, quae corpori obveniunt, nullum effluere poſſe actum expreſſum aut praemio, aut poena dignum; quum nec anima, nec ejus potentiae, utpote annihilatae, cooperentur.

Id quod ut obſcoeniſſimus nebulo confirmaret experientia, ſtatutis horis congregabat in uno cubiculo utriuſque ſexus perſonas, quibus poſt peractam exhortationem ad orationem quietis, ſimul commiſceri permittebat. Haec quidem *Sianda* in lex. pol. in Quietiſtis; at quum unus ille mihi teſtis ſit, nullumque prodat pro tam immani ſcelere documentum, vehementer haereo.

Hac infectas tabe ſibi concreditas oves plures Italiae Epiſcopi doluerunt, ſummoque Pontifici renuntiarunt, cujus propterea juſſu, Cardinalis Cibus nomine congregationis S. Officii literas encyclicas an. 1682. 15. Febr. dedit ad univerſos Italiae Epiſcopos, eos de avertendo periculo enixe commonens.

At latebat adhuc tanti prima mali labes do-

certum libellum ſupplicem titulo *Remonſtrantiae* Ordinibus Hollandis obtulerint (*y*) haec de meritis, aut bonis operibus qua generatim,

(*y*) Conf. *Limborch.* in relat. hiſtor. de orig. & progreſſu controverſiarum in foederato Belgio de Praedeſtinatione p. m. 15. edit. 1730.

donec poſt varias delationes occultas a S. Officio exceptas, maturo conſilio ſub ann. 1685. 18. Jul. de repente captus eſt Molinoſius, & in carceres S. Inquiſitionis, obſtupente Roma, detruſus; repertis tum in ejus ſcriniis quatuor mille aureis ac duodecim mille epiſtolis, quarum ope, reor, plurimi ejus errores, ſectatoreſque innotuerunt, e quibus mox in eoſdem carceres numero ducenti conjecti ſunt, quorum haud pauci non minus probitate, quam ſcientia praeſtantes reputabantur.

Duorum ſupra viginti menſium intervallo diſcuſſa & abſoluta eſt quantum ad mores & doctrinam cauſſa famoſi illius rei, qui in Urbe non modo ignobiles e populo, verum etiam primores e ſanctuario Principes miranda in dictis factiſque ſuis hypocriſi artiſſime devinxerat ſibi; ferunt quippe, ut alia mittam, quod Innocentius XI. eum, quem viderat renuiſſe Epiſcopatum a ſe oblatum, habuiſſe in votis inter Cardinales Principes cooptare.

In judicio itaque urgentibus documentis ſibi objectis reus convictus eſt, ac propoſita infanda ſcelera & dogmata tanquam a ſe dictata ſponte confeſſus. Subinde pernicioſa haec dogmata ſollemni decreto primum ab eodem Tribunali proſcripta ſunt 1687. 28. Aug. ac deinceps ab Innocentio in Bulla *Coeleſtis Paſtor*.

Ajunt *Bernin.* hiſt. haer. ſec. XVII. ubi de Moliniſmo, *Sianda* lex. pol. art. *Quietiſtae*, & *Pluchetus* art. *Moliniſm.* erronea illa dogmata excerpta fuiſſe ex libris Molinoſii. At falluntur egregie. Namque in libro de communione quotidiana ſi quid jure exprobrari poſſit, illud opinor eſt, quod addignam ejuſmodi communionem una omnino ſufficiat immunitas a peccato lethali.

Nec inſuper in manuductione ſpirituali omnes illi 68. articuli in Bulla proſcripti continentur; immo perpauci in libro proſtant, qui conceptis verbis, aut quantum ad ſenſum proſcriptis undequaque reſpondeant.

Sic enim ex damnatis articulus VIII. excerpi, arbitror, poterat e lib. 1. manuductionis n. 46. & 93: articulus IX. partim ex eodem l. n. 65. & 103. ac l. 3. n. 60: articulus XXI. ex l. 1. n. 22: articulus XXIV. fere ex l. 1. n. 63. & 73: articulus XXXII. fere ex l. 2. n. 100: articulus XLIII. quoad primam partem ex l. 3. n. 34. Licet enim indicata loca in ſenſum bonum aut non malum poſſent fortaſſe detorqueri, pravum tamen eorum ſenſum ad mentem authoris, ex contextu ejuſdem doctrinae alias explicatae ſatis percipimus. Pro ceteris vero articulis ne veſtigium quidem in toto opuſculo quiſpiam, reor, animadverterit.

Et hypocritae quidem veteratoris erat in opella, qua pii, experti, eloquentis, acuti directorum Magiſtri nomen & famam aucupari vellet, ea doloſo ſilentio monſtra obvolvere, quae in damnatis articulis cum tanto eccleſiae univerſae ſcandalo adparuerunt. Quin immo fallere aſſuetus vaferrimus ille impoſtor, doctrinam, quam clanculum ſpargebat articuli V. oppugnare palam adfectat ibidem l. 1. n. 38. & 84. ac l. 1. toto c. 16. doctrinam articuli XXXV. quod ſpectat Chriſti Domini humanitatem, ut alia id genus praeteream.

Diſplicent itidem laudati *Bernin.*, *Sianda*, *Pluch.* quod ſuo effato anſam dent aliis, ut Molinoſii errores omnes ex iis tantum metiantur, quae docet in manuductione, unde concludant, eos plurimos, qui ibi deſiderantur, impie a cenſoribus authori adfictos eſſe. Id quod *Anonymum* in votis habuiſſe adgredi in defenſionem Molinoſii aperte diſcimus ex *Actis Erud. Lipſienſ.* ad an. 1688. p. 430. ſq.

Excerpti ergo ſunt mea opinione confixi articuli ex ſumma doctrinae Molinoſianae ſeu voce, ſeu ſcriptis traditae, prout ab Inquiſitoribus excepta eſt e literis familiaribus tam ſcriptis, quam receptis a directore Moliniſio, tum ex ejuſdem conſiliis & ſermonibus, quos Haereſiarchae olim adſeclae ad eoſdem judices jurati detulerint.

Coactus denique ſceleſtiſſimus reus de pegmate erecto in templo S. Mariae ſuper Minervam coram Senatu S. R. E. Cardinalium, frequentiſſima nobilitate, ac populo immenſo palinodiam recantare die 3. Septemb. 1687 ad perpetuos carceres damnatus ac reclusus eſt, ubi ſerio criminum poe-

ni-

tim, qua particulatim habent in dogmatis (z) 1.° opera bona ſuperna non ſunt ratione ſui proprie merita relate ad gloriam, ſed im-

(z) Ap. & cum *Limborchio* ſuo in Theol. chr. l. 5.

nitens, ut fertur, die 28. Decembr. 1695. ſexageſimum aetatis annum agens ad plures abiit.

Quidquid in cauſſa Molinoſiana peregerat Inquiſitionis Tribunal illico confirmavit Innocentius, ſeu potius ſuo juſſu peractum indicavit in praelaudata Bulla *Coeleſtis Paſtor*, ubi praeterea opera quaecumque Molinoſii, aut typis excuſa, aut manu exſarata ſeveriſſima lege prohibuit, flammiſque tradi praecepit. Recole, ſi vacat, Bullam, in damnatiſſimi nominis impoſtorem praefervide detonantem.

Eodem an. 1687. *Aug. Herman Franck* edidit latine verſa molinoſiana opuſcula de manuductione ſpirituali, ac de communione quotidiana; neſcio an curantibus Molinoſianae factionis adſeclis in odium pontificiae damnationis.

Anno tamen inſequenti 1688. 5. Febr. Innocentius Pontifex damnavit, inhibuitque plura opera olim edita a memorato Cardinali Petruccio & Benedicto Biſcia, Coogregationis Oratorii Firmani Presbytero, utpote Molinoſiano ſyſtemati, in manuductione ſtabilito, quod radicitus evellendum ſatagebat Pontifex, nimium conſentanea. Conſtat ex decreto Inquiſitionis Romanae, quod latum eſt ſub eo die.

Ipſumque ſtatim exceperunt *Anonymi* breviores conſiderationes in doctrinam Michaëlis de Molinos, & aliorum Quietiſtarum, ſcilicet Cardin. Petruccii & Franc. Malavallii, editae Coloniae 1688. poſt diem 5. April. quo ſubſcripta eſt trium Doctorum Lovanienſium una adprobatio.

Sub idem tempus *Jo. Frider. Mayerus* edidit 1688 Kiloni orationem de perſequutionibus Quietiſtarum Molinoſianorum, ab ipſo ibidem habitam, quum ſollemniter ad profeſſionem Theologiae inauguraretur.

Fertur a nonnullis de Molinoſmo agentibus *Anonymi* libellus apologeticus pro Molinoſio, tum temporis Romae excuſus; iſque Anonymo cuidam ap. *Acta Lipſienſia Eruditor.* ad an. 1688. p. 430. cenſetur Cardinalis Petruccius, *Placcio* vero in theatro anonymor. & pſeudonym. n. 860 art. *Quietiſta*. p. 160. Guilielmus Burnetus. At vereor utrumque falli, atque omnes Apologeticum confundere cum opuſculis de oratione vulgatis a Petruccio & peramici Molinoſii producto ſyſtemati ſatis faventibus; aut potius cum Romana editione Malavallii mox indicata.

Laudata *Paulli Segneri* concordia, uti audio, fuit aliquando Romae prohibita, tum puto quum fervebant occultae contra Molinoſianos contentiones ante incarcerationem ſui ducis, & illam quidem Venetiis excuſam ann. 1680. inter libros prohibitos apud famoſam quamdam Bibliothecam Romanam olim repoſitam invenio, non autem in ullo Indice librorum prohibitorum, juſſu Innocentii XI. aut alius Pontificis edito.

Sed & ipſam inſuper ab Authore *correctam* Romae Superiorum facultate an. 1691. excuſam lego. Quid tum vero? Fortaſſe inhibita fuit ejus lectio ob vitandum acriorum contentionum ſcandalum, vel ob aliquem, qui Authori praefervide, ſed minus caute ſcribenti irrepſerit, errorem; quo deinceps correcto, litibuſque poſt damnationem Molinoſii pacatis, victrice fide ac veritate, rurſum egregii opuſculi lectio permiſſa ſit.

Lipſienſes Scriptores in Actis Eruditorum ad an. 1687. p. 590. relatis ſummis capitibus articulorum Molinoſii, quos Inquiſitio Romana decreto ſuo proſcripſit, haec pronuntiant „ Haec hujuſque furfuris alia dog„ mata toto pectore exſecramur. Non dif„ fitemur autem, aliqua iiſdem propoſitio„ nibus ineſſe, quae melioris commatis „ ſunt, v. g. *crucem voluntariam mortifica„ tionum eſſe oneroſam & abſque fructu*; „ *nullam creaturam, nec beatam Virginem, „ nec alios ſanctos in corde noſtro ſedere debe„ re, quia id ſolus Deus occupare velit* &c. „ Abſit vero ut de illius in hujuſmodi dog„ matibus conſenſu nobis gloriemur „ Utpote quem & iidem Proteſtantes ceu fanaticum ac ſceleſtiſſimum hominem abjecerunt.

Continuatores Morerii art. *Molinoſ.* plura referunt & quidem valde ſingularia Molinoſianam cauſſam concernentia. Quum vero ea teſtimoniis adcurate notatis non confirment, nec ea inſuper vel indicata leviſſime reperiamus apud alios de hoc argumento Scriptores, quales dixeris *Jo. Bapt. Pacinchellum* in epiſt. fam. t. 1. p. 120. *Bernin.* cit. in Innocentio XI. *Dupin* ad Sec. XVII. in hiſt. Quietiſmi ejuſque ducis Molinoſii

improprie & large quatenus conditio neceſſaria ſunt ad obtinendam beatitatem bene operantibus a Deo liberaliter promiſſam (*a*) Verum, me judice, ubi contra turbas alias Proteſtantium ii cordatius neceſſitatem propugnant bonorum operum, parum refert haec proprie aut improprie vocari merita ... 2.° opera mere externa, e. c. jejunia, ſupplicationes, peregrinationes, ritus ac ceremoniae eccleſiaſticae Pontificiorum &c. nullam habent per ſe ſe rationem divini cultus : nec ea per ſe ſe bona ſunt, Deo grata, ſupernum quidquam merentia, ſed ratione tantum boni finis, cujus gratia exſercentur, quemadmodum & cetera opera mere externa. (*b*) Id ipſum & noſtrates quidem ferme omnes docent ubi agitur de moralitate ſeu bonitate actus externi; alio tamen ſenſu Arminiani, pertendentes utique carpere plures ex iis, qui apud nos vigent, ſanctos mores ceu inutiles aut ſuperſtitioſos, eſto fine ſancto non careant, ut puta jejunia ſtatis diebus &c.

Tum 3.° in Voto nullus eſt Dei cultus, atque adeo & meritum nullum. (*c*) ... 4.° Vota monaſtica Pontificiorum non ſunt merita; nec enim ſunt a Deo (*d*) immo & temeraria & noxia ſunt (*e*) ... 5.° Ritus Pontificiorum in conſecrandis templis, in con-

(*a*) L. 5, c. 78. §. 12. p. m. 656.
(*b*) L. 5. cap. 74. §. 6. ſqq. & c. 75. §. 2.
(*c*) L. 5. c. 76. §. 6. p. 645.
(*d*) Ibid. §. 17.
(*e*) Ibid. §. 19. & 23.

t. 3. a p. m. 605. edit. Pariſienſ. 1727. ideo ipſa non inviti praeterimus.

Porro ex factis illis ſingularibus nonnulla Continuatores excerpere potuerunt e literis, quas citant, cujuſdam Angli, videlicet Gilberti Burneti, qui Romae dum agebatur Molinoſi jam capti cauſſa commorabatur. Quid vero? Earum ſummam literarum habemus in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* ad an. 1688. a p. 422. ſub his titulis „Epiſtolae tres de praeſenti ſtatu Italiae, in ſupplementum literarum D. Burneti „ & „collectanea de Quietiſmo & Quietiſtis, ſive de Michaële Molinos ejuſque doctrina „ & diſcipulis „.

Quam tamen viro prudenti fidem faciat homo haereticus, hoſtis infenſus Romanae Eccleſiae, ſummo Hierarchae, Cardinalibus, Monachis, Inquiſitionis Tribunalibus? qui praeterea, quaſi cum prudentioribus chorum agens, ſtabat a partibus Molinoſi, etiam ſceleratiſſimi rei convicti atque confeſſi, cui ſubinde apologetica oratione protegendo materiam parabat & ab amicis experebat? Abſit ergo ut ejuſmodi ſcriptori alias *Anonymo*, ignotoque homini, ſingularia facta enarranti fidem ullam praeſtemus.

Nec plurimi, reor, nobis faciendi plerique alii ex ſchola Proteſtantium, qui de hoc argumento ſuſe ad palatum ſuum pertractarunt ap. & cum *Jablonſkio* inſt. hiſt. chriſt. t. 2. ad ſec. XVII. ſect. 5. §. 7. ſq.

Nondum vero ſub ann. 1689. Romae Molinoſiſmus extinctus erat, uti diſcimus ex ejuſdem anni epiſtola, qua Cardinalis quidam Roma per amicum exorabat famoſum illum Armandum Jo. Bouthillierum de Ranſè poenitentiſſimi coenobii Trappenſis Inſtitutorem, ut ſcriptis haereſim illam ſtrenue confutaret. Quod tamen Armandus perpetuis, gravibuſque oppreſſus aegritudinibus exſequi non potuit. Exſtat Epiſtola in Vita Armandi italice e gallico reddita a *Nicol. Burlamacchio* Lucae 1706. l. 2. c. 9.

Hactenus de ſummis capitibus Molinoſianae cauſſae, quod ſpectat Molinoſium Romae docentem, damnatum & extinctum; ne quid ulterius addere opus ſit ubi in decurſu operis de proſcripta ejuſdem Haereſiarchae doctrina ſermo incidat.

Quod ſi lubeat pravae haereſeos ſcintillas, aut potius ardentes flammas ad Galliam ſub nomine *Quietiſmi* transfuſas, aut denuo conceptas perſpicere atque mirari, adeas cit. *Dupin* p. 642. ſqq *Boſſuet.* in Quietiſmo redivivo, *La regueram* in Theol. myſticam Godinezii tom. 2 in Adpendicib. & notis ad calcem tomi p. 880. ſqq. §. 6. a n. 44.

conficiendis ſacramentis, in recitandis roſariis, ac id genus valde pluribus nullam habent rationem meriti, quoniam ſuperſtitioſi ſunt, vani utpote ac inepti, nec enim a Deo praecepti ſunt, nec ullum cum virtute, hoc eſt cum officiis vel a Deo praeſcriptis, vel a recta ratione dictatis commercium habent, ſed potius perſuaſione mere humana innituntur, quocirca per eos verus Dei cultus irritus redditur. (*f*) Haec Auctor, alias quidem valde moderatus, ac in pluribus cum dogmatis, tum ſcholaſticis placitis adverſum alias Proteſtantium ſcholas nobiſcum mire conſentiens.

XXXVI. *Paſchaſ. Queſnellus* haec adſeruit „ Oratio impiorum „ eſt novum peccatum; & quod Deus illis concedit eſt novum in „ eos judicium „ (*g*) Uno ictu impetit, exploditque adſertio quidquid boni poſſit homo in ſtatu peccati conſtitutus operari. Indefinita quippe eſt, & quodlibet peccatoris meritum, ſeu bonum opus tacite malum dicit. Adcinit haec perpluribus, quibus Author omnia ſine caritate opera eſſe peccata duriſſime inculcat (*h*) tum aliis, quae miſeriam hominis in ſtatu peccati conſtituti aequo animum efferunt (*i*) Horridam adſertionis impietatem pluribus commonſtrant, convelluntque Anti-Queſnelliani Commentatores. (*)

(*f*) L. 5. c. 34. §. 3. ſqq.

(*g*) In obſervat. moralib. in Joann. cap. 10. 25. p. 641. edit. Pariſ. 1693. tum in alia earumdem obſervationum editione, an. 1694. inchoatam, perfectam vero & proſtantem an. 1695. Pariſiis & Lovanii ap. Aegidium Denique; admittiturque in Hexaplis de an. 1715. p. 72. & in longioribus de an. 1721. tom. 1. par. 2. p. 392. & 394.

Eſt Prop. lix. ex proſcriptis in Conſtitut. *Unigenitus*.

(*h*) Exempli gratia ex damnatis Prop. xliv. xlv. xlvi. xlvii. de quibus *infra*, ubi de caritate, ſermonem inſtituemus.

(*i*) Puta Propoſit. i. ii. xxxviii. xxxix. xl. De iis in propria cujuslibet fede vel actum eſt, vel agendum adhuc.

ADNOTATIO.

(*) *Anonymus* ille Theologiae ſuplicis Author ut Queſnellum a tanta impietate vindicet, & delatorem adſertionis ceu falſarium traducat, iis cauſſae patronum agit ad cap. 4. libelli §. 1. p. 25. ſq.

„ Indefinita apud Queſnellium non le„ gitur hujuſmodi propoſitio, ſed reſtricta „ certiſque limitibus circunſcripta. Nempe „ quum de oratione aperte agat Queſnel„ lius, *iniquo, maligno, arroganti, ingra„ to, fallaci animo facta* (qualis erat Ju„ daeorum ad Chriſtum ſupplicatio, *ſi tu „ es Chriſtus, dicito nobis*) conſiderationem „ ſubjungit Author his verbis expreſſam, „ *talis oratio impiorum eſt novum peccatum*, „ ſeu ut ſcribit gallice, *une telle priere eſt un „ nouveau peché*.

Pergit. „ Id ergo ſcire Theologi „ avent, an ea tantum damnata ſit propoſi„ tio, ut eſt a delatore truncata & mutilata? „ an ut eſt Queſnellii libris inſerta, nempe, „ *talis impiorum oratio (iniquo ſcilicet, ma„ ligno, arroganti, ingrato, fallaci animo „ facta) eſt novum peccatum; & quod Deus „ illis concedit eſt novum in eos judicium*„ ?

Haec ille, qui pluribus proterea vapulat a ſodali alias laudato *Vanden dick* in vindiciis pro Conſtit. *Unigenitus*. c. 7. §. 1. p. 344. ſq. Et merito quidem. Nam ut mox obſervavimus, in textu Queſnelli de an. 1693. & de an. 1695. poſt enarratam ſubdolam & malignam Judaeorum interrogationem, ſubjecto clauſulae fine ſeu puncto, ſic nova incipit periodus ac indefinita, nullam praeferens ad malignitatem Judaeorum relationem, *La priere des impies* &c. *Oratio impiorum* &c. eandemque omnino lectionem ſequuntur *Hexapla* de an. 1715. & 1721. quae inſuper etſi notent obiter, in editione anni 1699. haberi *une telle priere*, quo plane denotatur relatio ad iniquam Judaeorum ſupplicationem, ac inde ſatis adpoſite colligi-

XXXVII. *Obtrectatores varii* praerecenſitis erronibus jure adnecti poſſent. Qui nempe bona opera, ſeu actiones complurimas, ex catholico Eccleſiae ſenſu rationem veri, ſupernique meriti praeferentes, tanquam ineptas, pravas, ſuperſtitioſas, aut idololatricas deſpiciunt & infectantur. Ejuſmodi quippe ſunt & fuerunt hoſtes plurimi veritatis, qui diſtribute ſumti & intellecti eo nomine oderunt religioſum cultum erga coelites, eorumque lipſana & imagines; tum erga Chriſtum Jeſum qua Deus homo eſt, nobiſque veriſſime exiſtimatur, nec non ejuſdem Redemtionis Crucem; erga ipſum itidem, qua ſub elementis eucharifticis latet; inſuper erga divam Virginem, qua vere Θεοτοκος eſt; erga VII. denique Sacramenta, ut alia mittam, qua inſtituta ſunt & creduntur a divino Servatore. Sed ii tamen Obtrectatores univerſi vel primum opportuniorem nacti ſunt ſedem (*k*) vel eam poſtmodum (*l*) Deo Auſpice, nanciſcentur.

De erroribus plus ſatis. Ad placita ſaniora elucidanda tempus eſt ut progrediamur.

tur, quamlibet aliam ei adſimilem novum eſſe peccatum; nihilo ſecius priorem lectionem de iis peccatoribus intellectam, qui ullo abſque ſenſu poenitentiae aut converſionis Deum precantur, ceu veram pluribus comprobandam ſuſcipiunt.

Adde, in editione anni 1693. adnotari in fronte voluminum, eam eſſe editionum poſtremam, ceteriſque media parte & amplius auctam. Nec dubito quidem, textum, de quo lis eſt, eundem fuiſſe in ceteris, ac qui reperitur in ea poſtrema editione: alias eam diverſitatem non ſiluiſſent Queſnelli fautores.

Haec autem ſcire oportuit Anonymum qui ſcripſit ſeu edidit libellum Coloniae an. 1736. vel malo dolo ſubticuit, ut liberius ac inſolentius & collectorem impiae propoſitionis, & ejuſdem damnationis Authorem proſcinderet.

Inde vero jure licet ſic in eum inſurgere cum cit. Conſtitutionis Vindice *Vandeck*, „O! quiſquis opellae illius ſanctae Sedi adeo injurioſae author es. An legiſti „ editiones Queſnelli mox indicatas? Si non „ legiſti, temerarius es, qui Eccleſiam in„ cuſes truncationis & mutilationis. Si le„ giſti, oratio tua ſuperius deſcripta iniquo, „ maligno, arroganti, ingrato, fallaci ani„ mo facta dignoſcitur, meritoque tibi in „ peccatum imputatur„ &c.

Putidam hanc, nulliuſque momenti querimoniam hauſit Anonymus ab adſeclis Queſnelli errorum, Sedique Apoſtolicae quaſi eorum omnium nomine audaciſſime repoſuit. Sed eam tamen multo pridem diſpulerant, penituſque diſſipaverant Anti-Queſnelliani praeclariſſimi *Lafontenius*, *Biſſyus*, *Defirantius* ubi damnationem expoſitae propoſitionis tanquam aequiſſimam perdocte vindicant. Eos, ſi vacat, conſule.

(*k*) Ut puta qui infectati ſunt cultum erga Coelites ad Tom. IV. p. 147. ſqq.

(*l*) Ad Tom. VII. & VIII. ubi ſermo erit de Deo Homine, de diva Matre Virgine, de Chriſto Redemtore, de Sacramentis.

CAPUT PRIMUM

Pertinentia ad Meritum comparate ad actum ipſius Meriti.

§. I.

Quaeſtiones prooemiales de Merito ſecundum regulas fidei.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 456 QUAESTIO I. Quae hominis opera rationem meriti theologici apud Deum habeant? ADSERO. Quae ſunt opera bona, honeſta,

ſta, pia, ſupernaturalia, hoc eſt gratia ſupernaturali adſpirante elicita in obſequium Dei. Communis hic Eccleſiae ſenſus, cujus veritatem apertiſſime mihi eruere videor ex traditione Patrum, quos ſub initium Libri adlegavimus, ubi agunt de merito aut virtute bonorum operum apud Deum, & ex doctrina Tridentini de noſtro eorundem operum merito (*m*) Quo quidem dogmate tot documentis confirmato convellitur funditus palmaris ille ſummeque abſurdus error Novatorum, ajentium cum Luthero & Calvino ſingula opera eſſe peccata, aut ſaltem in cunctis operibus, quae bona dicimus, operantem peccare; quoniam, addunt, impoſſibilis homini eſt divinae legis obſervatio. (*n*)

457 Neque vero abſque riſu audiendi ſunt eorumdem Novatorum coriphaei quum voculam *meritum* inſcite ac impudenter exſibilant; quam videlicet plura loca & ſacrae paginae, & Patrum Graecorum ab adcuratis interpretibus adceperunt, & qua Patres Latini plurimi cum veteres tum recentiores, una cum Tridentina Synodo, univerſa latina Eccleſia plaudente, ſaepe numero uſi ſunt. Anne ipſi plus meliuſque ſapiunt, quam tantus hominum cordatiſſimorum chorus? Iidem propterea merito vapulant a Polemicis cum cit. *Bellarm.* (*o*)

458 QUAESTIO II. Num & quae ejuſmodi merita ſint ad ſalutem neceſſaria? ADSERO I. Porro merita ſimpliciter ſunt & vulgo dicuntur neceſſaria cum *Trident.* (*p*) Docent paſſim Scripturae utriuſque Teſtamenti; atque ex veteri praeſertim *Pſalmi* Davidici, & ex novo *Epiſtolae* canonicae *Petri*, *Joannis*, *Jacobi*, *Judae*; eo nimirum potiſſimum fine ab Authoribus ſacris lucubratae, ut oſtenderent opera bona juſtificatis eſſe ad ſalutem neceſſaria, neque fidem ſolam ſatis eſſe contra ſubortam nonnullorum opinionem perfidam, ex epiſtolis paullinis male intellectis deductam (*q*). Adde plurium inſtar *Matth.* 19. 17. ſqq. & 25. 34. ſqq. *Rom.* 8. 13. & 2. *Cor.* 7. 10. & 1. *Tim.* 2. 14. ſq. *Hebr.* 10. 36. Docet quoque Traditio ſacra, quam identidem commonſtrant *PP.* cum *Clem.* Al. (*r*) *Nazianz.* (*s*) *Cyril.* (*t*) *Chryſoſt.* (*u*) *Hilar.* (*x*) *Hieron.* (*y*) *Aug.* (*z*) *Proſper.* (*a*) *Fulgent.* (*b*) Quibus adjicito *PP. Tridentinos*. (*c*)

459 II. Sunt merita ad ſalutem neceſſaria non modo ratione praeſentiae, ceu fructus & ſigna fidei, quod jam fatentur Novatores,

(*m*) Seſſ. 6. cap. 10. & can. 24. 26. 31. 32.

(*n*) Conf. *Polemicos* in hos errores cum *Bellarm.* de juſtif. l. 4. c. 15. ſqq.

(*o*) De juſtif. l. 5. c. 1. ſqq.

(*p*) Seſſ. 6. can. 19. 20. 21.

(*q*) Conf. *Aug.* l. de fide & oper. c. 13. & lib. de unico bapt. contra Petilian. cap. 10. Et recole mox dicta p. 326.

(*r*) L. 5. ſtrom.

(*s*) Orat. in S. Lavacr.

(*t*) In Joan. l. 10. c. 18.

(*u*) Hom. 30. in Joan.

(*x*) Canone 7. in Matth.

(*y*) In cap. 26. Iſaiae.

(*z*) Proxime cit. tum de grat. & lib. arb. c. 7. ac in praefat. ad Pſal. 31.

(*a*) De vita contempl. l. 1. c. 19.

(*b*) De remiſſ. peccat. l. 2. c. 1.

(*c*) Seſſ. 6. cap. 16. & can. 19.

verum etiam ratione efficientiae, quatenus virtute ſibi congenita ſalutem apud Deum, qui eam promiſit, operantur, adeo ut ſine ipſis & ſola fide nequeat ſalus conſiſtere. Hic item communis Eccleſiae ſenſus cum *Trident.* (*d*) Et confirmari quidem poteſt ſingulis ferme documentis pro Aſſerto 1. adlatis. Nec enim hoc ſecundum aliud eſt quam catholica prioris explicatio; cui equidem favet prae ceteris haud levis illa conjectura; quod nempe alias vera fides (quae ſeorſim ab omni alio bono opere aut merito ſubſiſtere poteſt) ſalvare hominem poſſet, quantumvis quolibet bono opere careret, & quibuſque vitiis & peccatis conjuncta eſſet.

460 Jam vero ſecundum doctrinam apud omnes Theologos certam, ex meritis nonnulla ſunt ad ſalutem neceſſaria ſimpliciter, vel, ut dicunt, neceſſitate medii, ſine quibus videlicet nullo pacto ſalus aeterna haberi poteſt: ejuſmodi ſunt fides in Deum remuneratorem, ſpes aeternae beatitatis, amor Dei ſuper omnia, converſio peccatoris ad Deum ſuum. Alia vero neceſſaria ſunt, non ſimpliciter, ſed ſola neceſſitate praecepti, quod quidem ſi inculpate ignoretur non exigit ſui obſervationem ceu conditionem ſimpliciter neceſſariam ad ſalutem. Huc revocantur praecepta omnia hominibus ſecundum cujuſque ſtatum & legem a Deo injuncta relate ad vitae ſempiternae adſequutionem, ajente Chriſto Domino *Matth.* 19. *ſi vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Et en tibi merita nobis a ſummo Creatore praeſcripta, videlicet mandatorum ſuorum obſervationem. (*e*)

461 QUAESTIO III. Quae merita ſint ad ſalutem utilia & opportuna? ADSERO. Quae dicuntur ſupererogationis, quae nimirum ſponte propria, citra praeceptum fiunt, e. c. votum Deo emiſſum, cultus Dei & Sanctorum virtutem religionis ſpectans, unaquaeque demum actio ad quamlibet ex virtutibus ſupernis pertinens. Nec enim haec minus proprie, minoriſque virtutis ſunt merita, quam quae diximus ad ſalutem neceſſaria: ad hanc itaque utilia ſaltem ſunt, atque opportuna. Ita quidem cenſent Catholici omnes, hocque ducti dictamine ſupererogationis ſancta opera identidem exſequuntur. Nec deſunt profecto pro ſingulis ferme quibuſque id genus meritis documenta ex ſacris Literis, Patribuſque petita. Unum aut alterum, ne infiniti ſimus, exemplum producimus.

462 *Eleemoſyna* in primis commendatur ceu efficax obſequium erga Deum *Tob.* 4. 7. ſqq. & 12. 8. *Eccli* 3. 33. *Prov.* 19. 17. *Daniel.* 4. 24. *Matth.* 25. 34. *Luc.* 11. 41. *Act.* 10. 31. Adcinunt *PP.* cum *Cypr.* (*f*) *Chryſoſt.* (*g*) *Ambr.* (*h*) *Auguſt.* (*i*) *Leon.* M. (*k*) Nec minore

(*d*) Seſſ. 6. c. 16. & can. 24. 26. 32.
(*e*) De meritis ſub hac duplici differentia neceſſariis plura ex inſtituto /T T. Morales.
(*f*) Serm. de eleemoſ.
(*g*) Hom. 25. in Acta Apoſt.
(*h*) Serm. 31.
(*i*) Serm. 50. de temp.
(*k*) Serm. 5. de collectis.

nore deinde commendatione decoratur *Jejunium* apud *Scripturas*; e. c. 1. *Reg.* 7. 6. & 3. Reg. 21. 27. *Jon.* 3. 7. ſqq. *Judith* 4. 8. *Eſth.* 4. 16. Tum apud *PP.* e. c. *Tertull.* (*l*) *Cypr.* (*m*) *Baſil.* (*n*) *Ambroſ.* (*o*) *Chryſoſt.* (*p*) *Hieron.* (*q*) *Aug.* (*r*) *Leon.* M. (*s*) *Oratio* demum tanquam utiliſſima ſaepius extollitur in ſacra *Pagina*; ut puta *Geneſ.* 16. 11. *Ex.* 2. 24. *Tob.* 3. 24. *Pſ.* 3. 5. *Prov.* 15. 29. *Epheſ.* 6. 19. *Coloſ.* 4. 3. & 2. *Theſſal.* 3. 1. & alias paſſim. Necnon apud *PP.*, eos prae primis, qui Orationem Dominicam commentantur, e. g. *Tertull.* (*t*) *Cypr.* (*u*) *Cyril.* Hieroſ. (*x*) *Nyſſen.* (*y*) vulgatus *Ambroſ.* (*z*) *Chryſoſt.* (*a*) *Aug.* (*b*) *Caſſian.* (*c*) *Chryſol.* (*d*)

463 Huc revocanda vota cum privata tum ſollemnia, feſta in cultum Sanctorum, ſupplicationes eccleſiaſticae, peregrinationes fidelium, ſuffragia erga defunctos, aliique perplurimi ritus, qui uſui ſunt Eccleſiis catholicis; quibus nempe praecitati Novatores rationem veri meriti abjudicant, Polemici noſtrates vindicant.

464 QUAESTIO IV. Num opera juſtorum, quae merita vocamus, non modo peccata non ſint, immo potius opera ſimpliciter bona & vere juſta, ut etiam juſtitia actualis dici poſſint? AFFIRMO cum *Trident.* (*e*) Favent ſacrae *Literae*, ubi praeſertim opera bona dicuntur juſtitia, innocentia, ſeu quid ſimile: e. c. *Pſ.* 7. 9. & 17. 21. ſqq. & 25. 1. ſqq. & 118. 121. &c. Ubi pariter docemur opera juſtorum placere Deo; e. c. *Gen.* 4. 4. *Ex.* 1. 20. & 23. 22. ſq. *Malach.* 3. 4. *Act.* 10. 35. *Philipp.* 4. 18. &c. Jam vero ſi merita ſint juſtitia & Deo placeant, porro juſta ſunt, omnique vitio immunia. Adde & *Jacobum*, qui in epiſt. catholica cap. 2. 21. bonis operibus, aut meritis Abrahae ac meritricis Rahab juſtificationem palam adſcripſit.

465 QUAESTIO V. Quae Meriti apud Deum energia? ADSERO 1. Suapte virtute exigit a ſummo Remuneratore ſalutem aeternam ceu praemium, mercedem, aut coronam merenti retribuendam. Ita in re *Trident.* (*f*) Docent *Scripturae* multipliciter. Et primo quidem ubi vitam aeternam nuncupant mercedem, ut puta *Matth.* 5. 12. & 20. 8. Deinde ubi ferunt dari hominibus praemium coeleſte ſecundum menſuram & proportionem operum & laboris, e. g. *Pſ.* 65. *Matth.* 16. 27. *Luc.* 6. 38. *Rom.* 2. 6. & 1. *Cor.* 3. 8. *Galat.*

(*l*) L. de jejun.
(*m*) Serm. de lapſis ſub fin.
(*n*) Orat. 1. de jejun.
(*o*) L. de Elia & jejun. c. 3. 4. 9.
(*p*) Hom. 1. in Geneſ.
(*q*) L. 2. adverſ. Jovinian. & in cap. 3. Jonae.
(*r*) Serm. 60. de temp.
(*s*) Serm. 4. de jejun. ſeptimi menſis, & alias.
(*t*) L. de orat.
(*u*) Serm. 6.
(*x*) Catech. 5. myſt.
(*y*) Orat. quinque de orat. domin.
(*z*) De ſacram. l. 5.
(*a*) Hom. de orat. domin.
(*b*) Enchir. c. 115.
(*c*) Collat. 9. c. 18. ſqq.
(*d*) Serm. 66. ſq.
(*e*) Seſſ. 6. c. 10. ſq. & can 24. ſq.
(*f*) Seſſ. 6. c. 16. & can. 32.

lat. 6. 8. *Apoc.* 22. 12. Tum ubi ita teſtantur vitam aeternam reddi operibus bonis, ut rationem ipſam cur donetur vita aeterna in operibus ponant, e. c. *Matth.* 25. 20. & 34. ſqq. *Apoc.* 7. 14. ſqq. Inſuper ubi praemium operibus bonis reddendum dicitur ex juſtitia, e. g. 2. *Theſſal.* 1. 5. ſqq. & 2. *Tim.* 4. 8. *Hebr.* 6. 10. *Apoc.* 2. 10. Praeterea ubi adſerunt vitam aeternam operibus bonis eſſe promiſſam, ut *Matth.* 19. 17. & 1. *Tim.* 4. 8. *Jac.* 1. 12. Ubi demum fit mentio dignitatis bonorum operum, quae perinde eſt ac meritum, videlicet *Sap.* 3. 5. *Luc.* 10. 7. & 20. 35. & 2. *Theſſal.* 1. 5.

466 Haec eadem diſtribute oſtendunt *PP.* cum *Juſtin.* (*g*) *Iren.* (*h*) *Tert.* (*i*) *Orig.* (*k*) *Cypr.* (*l*) *Baſil.* (*m*) *Nyſſen.* (*n*) *Naz.* (*o*) *Hilar.* (*p*) *Ambr.* (*q*) *Hieron.* (*r*) *Paullin.* (*s*) *Aug.* (*t*) Adde *C. Lateran.* ſub Innocentio P. III. (*u*) & *Florent.* (*x*)

467 II. Juſti hominis meritum ſuapte vi & dignitate cauſſat gratiae ſanctificantis augmentum, quo nempe idem juſtus & amicus Dei magis, magiſque juſtificatur; tum ipſius gloriae, ſi tamen in gratia deceſſerit, incrementum. Definiit quoque *Trident.* (*y*) Et colligitur quidem apertiſſime ex *Ecclici* 18. 22. & *Apoc.* 22. 11. Nec aliud porro eſt juſtitiae incrementum (*z*) quod petit ſancta Eccleſia quum orat (*a*) da nobis Domine fidei, ſpei & caritatis augmentum.

468 III. Hac, quam hucuſque expoſuimus, energia gaudet vere ac proprie meritum, quod elicit juſtus in ſtatu gratiae ſanctificantis conſtitutus, tanquam vivum Jeſu Chriſti membrum. Sic pariter laudatum *Trident.* (*b*). Suffragatur ſacer *Codex* iis in locis, quibus docemur regnum coelorum eſſe hereditatem filiorum, ſcilicet per adoptionem gratiae juſtificantis: e. c. *Joan.* 8. 35. *Rom.* 8. 15. *Epheſ.* 1. 18. *Coloſ.* 3. 24. *Tit.* 3. 7.

469 QUAESTIO VI. Licitum ne eſt bona opera ſeu merita operari intuitu mercedis aeternae? ADFIRMO cum eodem *Trid.* (*c*) Probant luculenter e ſacra Pagina Sanctorum exempla; e. c. Moſis *Hebr.* 11. 26. Davidis *Pſ.* 118. 112. Paulli Apoſtoli *Philipp.* 3. 14. Nec non praecepta Chriſti Domini *Matth.* 6. 33. & *Luc.* 16. 9. & Paulli cohortationes 1. *Cor.* 9. 24. *Galat.* 6. 9. *Coloſ.* 3. 24. Adcinunt *PP.* cum *Cypr.* (*d*) *Hieron.* (*e*) *Aug.* (*f*) *Greg.* M. (*gg*). Con-

(*g*) Apol. 2.
(*h*) L. 4. c. 72.
(*i*) L. de reſurr. carn. circa med.
(*k*) L. 2. in ep. ad Rom.
(*l*) L. de unit. Eccl. & ſaepius.
(*m*) L. de Sp. S. c. 24. & alias.
(*n*) Orat. 1. de amandis pauper.
(*o*) Orat. ult. in S. Baptiſma.
(*p*) Can. 5. & 6. in Matth.
(*q*) De offic. l. 1. c. 15. ſaepius.
(*r*) L. 2. contra Jovin.
(*s*) Epiſt. ad Victricium.
(*t*) L. de mor. eccl. c. 25. ſaepiſſime.
(*u*) Relatum c. *Firmiter.* de ſum. Trin.
(*x*) In decreto de Purgatorio.
(*y*) Seſſ. 6. c. 10. & can. 24. & 32.
(*z*) Addit cit. *Trid.* cap. 10. ſub fin.
(*a*) In Domin. 13. poſt Pentec.
(*b*) Seſſ. 6. c. 16. & can. 32.
(*c*) Seſſ. 6. cap. 11. & can. 31.
(*d*) De exhort. ad Martyr. c. ult.
(*e*) L. 2. in Jovin.
(*f*) In Pſ. 120.
(*gg*) Hom. 13. in Evang.

Consentit nobiscum, remque contra alios Protestantes eximie promovet *Limborchius*. (*b*) (§)

470 CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS pro sanctis dogmatis abunde praestat profana sapientum ethnicorum religio in cognitione & usu

(*b*) In Theol. chr. l. 6. c. 1. §. 3. sqq. a p. m. 689.

OBSERVATIO.

(§) HAec porro Adserta, quibus universa pene dogmatica de Merito supernaturali doctrina fortasse continetur, dogmata sunt cunctis proculdubio catholicis fide certa. Anne vero iis illud subjungendum, apud Theologos vulgo receptissimum, quod nempe Meritum vitae aeternae requirat simpliciter statum gratiae & adoptionis filiorum, proindeque statui peccati lethalis repugnet simpliciter?

Porro non ausim incunctanter adfirmare ex dictis *supra* in proxima Prolusione pag. 377. Esto siquidem illud mihi certissimum sit, quod autem sit a Deo revelatum, nobisque ad credendum ab Ecclesia propositum, non ita certum, immo satis obscurum est. Bellarmin. plane lib. 5. de justif. cap. 12. §. *Atque*. illud fide certum unice subinfert ex Trident. sess. 6. cap. 16. & can. 32. Ceterum ibi Concilium definit quidem in statu gratiae haberi *vere* meritum aeternae vitae, quod & nos ut fide sanctum mox statuimus Quaestione V. Adserto III. minime vero concludit, nedum indicat, ejusmodi meritum requirere simpliciter statum gratiae, neque posse cum statu peccati lethalis consistere. Praecitata Concilii loca si sedulo expendas, mecum eris.

Et vero ut Concilium aliquod exsistimetur prudenter ac serio unum quodlibet adsertum universae ecclesiae praescribere tanquam certa fide tenendum, opus esse cum primis videtur, ut rem tanti negotii perspicue edisserat, verbisque manifestis, quae nulli dubitationi subjacere possint, disertissime dogma proferat.

Scio equidem apud perdoctos, cordatosque viros dubitari, quaenam ex iis bene multis, quae paginas implent Synodi Tridentinae, ceu fidei regulae tenenda sint; num soli canones, num praevia quoque doctrinae capita? Verum, praeterquam quod praeviae doctrinae summa plerumque ferme continetur apud canones, singulare illud concludit Synodus sess. 6. cap. 16. & can. 33. traditam nempe in singulis illis capitibus & canonibus doctrinam de Justificatione *catholicam* esse, quam videlicet „ nisi quisque fideliter, firmiterque receperit, justificari „ non poterit „ Quocirca, me judice, ad sensum Tridentini singula praefatae doctrinae capita fidem catholicam spectant. Atque adeo illud, de quo disputamus, Adsertum si in ea saltem doctrina haberetur, fide sanctum esset. Mihi tamen neutiquam habetur.

Neque vero praeterea in rem suam hilum mihi proficiunt qui meritum cum vulgatissima sententia dividentes in *condignum* & *congruum*, ajunt cum *Suar.* de grat. l. 12. c. 14. n. 3. ut fide sanctum, absque statu gratiae non esse in homine meritum *de condigno*, praesertim vitae aeternae, esto consistere possit, aut re consistat meritum *de congruo*.

In primis etenim divisio vocum illarum, esto rebus ipsis oppido consentanea, arbitraria est, in scholis suborta, nec uspiam Tridentino agenti de merito adoptata. Deinde ex uno Tridentino doctrinam catholicam de merito, quemadmodum & de Justificatione, scripturis ac traditione Patrum ducibus, perspicue & pro dignitate explicatam ac definitam adcepimus.

Quonam igitur pacto de fide catholica erit meritum illud *de condigno*, quum ejusmodi meritum nulla expresse, aut per legitimam & proximam illationem ferat regula fidei? Verbo: in hac de merito materia ea duntaxat tenenda videntur ceu dogmata fidei, quae Synodo Tridentino explicate definiuntur qua talia.

Heinc vero aperte docemur certa fide minime tenenda haec & id genus alia adserta: 1.° dari meritum congruum & condignum; 2.° merita esse ex justitia potius quam ex fidelitate; 3.° bona omnia justorum opera mereri aeternam vitam; 4.° aut hanc mereri opera spei, fidei, aut alia praeter caritatem; 5.° justum posse quidquam mereri pro aliis quocumque merito &c. Quia enim nullum ex iis a Patribus Tridentinis, aut expresse, aut virtute definitum est.

Et doctrinam quidem huic consimilem ex *Franc. Veronio* in sua Regula fidei jamdiu tradiderunt nobiles perdoctique Fratres *Valenburchii* in controv. t. 2. tr. 8 de mer. art. ni fallor, 19. Eos, si vacat, conferas.

usu recte factorum aut virtutum naturalium. Nihil enim naturis rerum magis consonum, quam intima conscientia persentire in iis virtutibus vim ingenitam permovendi homines ad earum laudem, ac deos ad retributionem donorum in ipsarum praemium.

471 Heinc vero tot in primis laudum praeconiis commendatur veterum sectarum coriphaeis illustrium virtutum usus: e. c. usum patientiae in tolerandis quibusque corporis adflictationibus laudant *Pythagoras* cum Schola Italica, quae ab eodem initium sumsit (*i*) & *Socrates* cum sua (*k*): fugae voluptatum corporis *Maximus Tyrius* (*l*) *Simplicius* (*m*) *Macrobius* (*n*) post primos illos sapientiae graecanicae magistros *Solonem*, *Pesiandrum*, *Pittacum*: castimoniae sigillatim virginalis, aut continentiae *Pythagoras* idem (*o*) *Demophilus* (*p*) *Plato* (*q*): poenitentiae de peccatis per piaculares poenas *Epictetus* (*r*) & *M. Aurelius* Imp. (*s*) Quibus & aliarum Panegyristae virtutum complurimi adnecti possent. (*t*)

472 Quod deinde spectat actiones, quibus Ethnici pro certo habebant deos demerere suos, eis pagana religio quaque versum exundat. Eo siquidem redeunt vota, festa, templa, supplicationes, arae, sacerdotia, lustrationes expiatoriae, sacrificia propemodum innumera, quibus nempe illos sibi putabant habere gratos, aut placatos, aut doni cujuspiam exoptati largitores. In hunc porro sensum conspirant *singuli quique Scriptores profani* ubi de iis occurrit sermo in commentariis, cum *Homero* (*u*) *Herodoto* (*x*) *Dion. Halicarnassco* (*y*) *Auctore Anonymo* (*z*) &c. idemque passim se prodit apud *Saxa literata*, quae singulas id genus actiones millies rapraesentant; e quibus unum vel aliud inferius dabimus. Noverunt igitur in actionibus, opinione sua rectis & illustribus virtutem permovendi homines, & Deos demerendi suos. En itaque plurimas juxta ac speciosissimas umbras meriti theologici aut superni per se se moventis Deum, & ab eo exigentis aeternae salutis praemium.

§. II.

Meriti notio atque partitio.

473 QUAESTIO I. Quaenam ejus notio? ADSERO. Est obsequium Deo praestitum, exigens superni praemii retributionem. Illa videlicet operatio, quam meritum vocamus, in se se valorem praefert, jus, dignitatem, exigentiam ad mercedem supernam. Differre,

(*i*) Ap. *Jambl.* in vita Pythag. c. 32.
(*k*) Ap. *Xenoph.* memorab. l. 1. & 2.
(*l*) Dissert. 34.
(*m*) Praefat. in phys. Arist.
(*n*) In Saturn. l. 7. c. 4.
(*o*) Ap. *Ocell. Lucan.* de nat. univ. cap. 4.
(*p*) In fragment. Pythagor.
(*q*) De legib. l. 2.
(*r*) Ap. *Simplic.* in Epictet. c. 38. 46.
(*s*) L. 1. §. 16. & saepe alias.
(*t*) De iis postmodum ad Tom. VI. quum de virtutibus sermo erit.
(*u*) Iliad 6. v. 266.
(*x*) L. 2. c. 40. & 50. sq.
(*y*) Lib. 1.
(*z*) In libello de origine Romanae gentis.

re, ajunt de Schola plures a laudabilitate, quia meritum eſt actio perſonae inferioris ad ſuperiorem, non ita vero laudabilitas; & actus quidem liberi Dei ſunt laudabiles, non autem merentes: tum a ſatisfactione, quod haec ſit compenſatio quadantenus injuriae aequivalens; at meritum eo tendit, ut alterum ſibi debitorem creet: item ab impetratione, quod haec moveat per modum demiſſae precis, meritum vero per modum obſequii. Aliis nihil ominus aeque probabiliter cuique merito quatuor inſunt praeclarae dotes erga Deum, ut puta laus, gratiarum actio, impetratio, ſatisfactio. (*a*)

474 QUAESTIO II. Quaenam ejus partitio? ADSERO. Multiplex eſt. Nimirum partiri primum ſolet in *condignum* & *congruum*, quibus porro vocibus uſus jam fuit *Guillielmus Arvernus* (*b*) alias *Pariſienſis*, quod Epiſcopus Pariſiorum fuerit, ſcholaſtica doctrina, quam ſcriptis plurimis illuſtravit, conſpicuus, denatus an. 1248. Meritum condignum habet aequalitatem geometricam, vel moralem cum praemio, id eſt ſecundum aliquam juſtitiae aequitatem; quocirca & ipſum poteſt eſſe ratio potiſſima aut unica ob quam praemium retribuatur, diciturque meritum ſimpliciter tale. Sic enim actus ſupernus in conſortio gratiae ſanctificantis eſt meritum condignum aeternae gloriae, quoniam eſt obſequium perſonae Deo gratae, amicae, heredis regni coeleſtis &c: eſtque id meritum praemio ejuſmodi moraliter aequale, quoniam juſtus eo fit *dignus* aeterna gloria, quod Scripturae ac Patres paſſim ingeminant; quae autem ſit juſti *dignitas* ad mercedem ob piam actionem, quae non praeferat moralem quamdam cum mercede aequalitatem?

475 De hoc quidem merito praeſtantiſſimo frequens occurrit ſermo apud *ſacros Codices* & *Patres* mox adlegatos (*c*) Eos huc revoca, & pro omnibus loquentem nunc *Auguſtinum* audi (*d*) *dicitur enim* (aeternae gloriae praemium) *ſtipendium*, *quia debetur*, *quia digno retribuitur*, *quia merito redditur*. Porro *Tridentini Patres* univerſi (*e*) piis hominis juſti operibus rationem meriti *condigni* adjudicarunt. Licet autem in decretis voce ſcholaſtica *condigni* abſtinere maluerint, rem tamen illa deſignatam, me judice, definierunt, quum aſſererent, juſtos bonis operibus vitam aeternam & augmentum gratiae *vere* promereri.

476 Meritum deinde congruum non habet aequalitatem, ſed aliquam duntaxat proportionem cum praemio, videlicet ſecundum munificam remunerantis liberalitatem: quamobrem & ipſum eſſe poteſt aliquantula plane ratio, ob quam praemium conferatur; dicturque meritum late ſumtum. Quo ſenſu actus ſupernus peccato-

(*a*) Conſuli poſſunt in hanc rem *Bonae ſpei* in Theol. t. 2. tr. de grat. d. 5. dub. 1. *Flatel.* t. 2. ubi de mer. n. 139. *Munieſſ.* de utr. grat. d. 23. ſect. 1. *Ripald.* de ente ſup. d. 71. a n. 2. *Oviedo* de mer. tr. 9. controv. 2. a n. 8.

(*b*) Id quod ex *Iſaaco Haberto* ſcite adnotavit *Bertius* l. 19. c. 6. n. 8.

(*c*) §. 1. Quaeſt. V. p. 369. ſq.

(*d*) Epiſt. olim 115.

(*e*) Author eſt *Pallavic.* hiſt. C. Trid. l. 8. c. 4.

ris, e. c. eleemoſyna, injuriae condonatio, voti emiſſio, recitatio precum &c. eſt meritum congruum erga gratiam juſtificantem, aut aliud donum ſupernum. Id ipſum, mea opinione tradidit *Aug.* ubi ajebat (*f*) *quis autem dicat, eum, qui jam coepit credere, ab eo, in quem credidit, nihil mereri?* ac rurſum explicatius (*g*) *ſed nec ipſa remiſſio peccatorum ſine aliquo merito eſt, ſi fides hanc impetrat; neque enim nullum eſt meritum fidei, qua ille dicebat, Deus propitius eſto mihi peccatori, & deſcendit juſtificatus merito fidelis humilitatis, quoniam qui ſe humiliat exſaltatur.* Juſtorum itaque meritum condignum eſt, congruum vero peccatorum. Id quod Doctores catholici vulgo profitentur; qua quidem una profeſſione vehementer vapulat inſolentia *Buddei*, hanc partitionem referentis ad inania, omnique fundamento deſtituta commenta, immo *ad capitales Romanenſium errores*. (*h*)

477 Partitur inſuper in *compenſandum quia eſt* ac re ipſa exſiſtit, qualia ſunt humana cuncta merita in praeſenti rerum providentia; & *praecompenſatum quia erit*, at re nondum exſiſtit, cujuſmodi fuit Chriſti meritum, cujus nempe intuitu & divae Virgini, & ſanctis antiqui foederis hominibus complurima beneficia erogavit Dominus. Meritum id genus vulgo dictum eſt patronis ejus *ſolutivum*, quia eſt quaedam ſolutio debiti, quod contraxit merens, quum ante meritum donatus ſit praemio. Vocari etiam ſolet meritum *in ſpe*, ſeu per modum anticipati pretii; gaudetque propria meriti ratione; quemadmodum pretium, quo ſolvitur merces diu tradita intuitu & ſpe pretii ſolvendi, aeque participat rationem pretii ac illud quod ſolvitur ante traditionem mercis, Et vero apud *TT.* meritum ſe habet ad praemium ſicuti pretium ad mercem.

478 Porro inter homines nequit ſuperior citra revelationem prudenter ac tuto meritum ſubditi adceptare ut praecompenſandum, quod nempe minime praenoſcit: quocirca nec idem habere locum poteſt in humanis, uti in divinis habet apud Deum, qui ſingula certo novit. Neque vero tale eſt atque ſtatuitur ejuſmodi meritum, quod conditionate duntaxat futurum praevideatur, ſub quo quidem ſenſu vanis ictibus contunditur a Bona Spe (*i*) praemittitur enim a patronis ſuis re ipſa futurum; alioqui nec eidem praemium re ipſa praeteritum reſponderet. (*k*)

479 Partitur demum in meritum *adceptabile*, & *adceptatum*, ſive, uti vulgo dixerunt, in actu primo & in actu ſecundo. Primum eſt quod adceptari poteſt a ſuperiore, vel quod is poteſt velle rependere: alterum vero eſt quod adceptavit ſuperior, ſeu quod is re ipſa decrevit rependere. Poteſt etenim Omnipotens rerum Conditor ratione ſupremi dominii merita hominis non adceptare; quidquid ſit, an idem poſſint humani ſuperiores erga merita ſubditorum

(*f*) De praedeſt. SS. c. 2.
(*g*) In epiſt. ad Sixtum.
(*h*) In Theol. dogm. l. 4. c. 4. p. 954. & 965.
(*i*) Proxime laudato dub. 3.
(*k*) Conf. *Suar.* in 3. p. t. 1. d. 10. ſ. 4. & *Mun.* de grat. d. 23. a n. 31.

rum (*l*) Plane in praeſenti rerum ordine, uti fert inter catholicos vulgatiſſima Doctorum opinio, quodcumque juſti hominis meritum adceptatum eſt ad gratiam ſanctificantem & gloriam; nullum vero meritum hominis in ſtatu culpae lethalis conſtituti.

OBJECTIONES.

480 Obj. *primo* contra Partitionem 1. Meritum condignum ad gloriam commentitium eſt. Nam 1.° ex Rom. 8. *non ſunt condignae paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam*; quia nempe ex 2. Cor. 4. *quod momentaneum eſt, & leve tribulationis noſtrae, aeternum gloriae pondus operatur in nobis*. Quibus profecto noſtri operis propria condignitas excluditur. 2.° nec gratia ſanctificans, nec Spiritus ſanctus in juſto operans tribuunt operi ſufficientem proportionem, ac condignitatem ad gloriam: non gratia, quia ſolum metaphorice dicitur ſemen gloriae: non Spiritus, quia alioqui peccator ab ipſo motus mereretur condigne. 3.° condigno operi debetur merces ex juſtitia; at nequit ita Deus alicui debere gloriam, quum omnia exceperit homo ex mera Dei liberalitate; alioqui nec ullatenus poſſet Deus merenti gloriam denegare. 4.° gratia merito pretium non indit, iſtud efficiens condignum: tum quia nulla ſimilis forma inficit peccatoris demeritum, iſtud efficiens condignum aeternae poenae: tum quia alioqui actum quoque perficerent cum naturales hominis dotes, tum virtutes ſupernae habituales, e. g. fides, & ſpes, quae manent in peccatore: quae a vero nimium abludere videntur.

481 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Paullus loquitur de operibus naturalibus, praeſertim de paſſionibus externis; quod patet ex ipſo contextu; & illae quidem ſecundum ſe conſideratae nullam habent gloriae condignitatem; ſecus vero cum gratia conjunctae. Ad 2. *N. Adſ.* Spiritus ut inhabitans, & animae unitus per gratiam, per iſtam ſimul, tanquam per quid intrinſecum, juſti actum condignum reddit; quo pacto nequit condignum reddere actum peccatoris, a quo exſulat gratia. Seminis metaphora, quam *PP.* cum *Aug.* (*m*) adtribuunt gratiae, denotat, quod ſicut ſemen habet ſuapte natura proportionem cum vivente, ita & gratia cum gloria, ad quam hominem per ſua opera perducit.

482 Ad 3. *N. Mi.* (*n*) Poſſet Deus gloriam denegare merenti, quia multis nominibus potest merita quaelibet exigere. Ad 4. *N. Adſ.* cum omnibus *TT.* Ita in praeſenti lege ſtatutum eſt, ac ſaepe innuitur a *Trid.* (*o*) Quaecumque merita noſtra ex ſe ſe leviſſima, nobilitata per gratiam, quae eſt jus metaphyſicae connexionis ad gloriam, ad iſtam condigna ſunt. Ad primam prob. *N. Con.* quia demerita ſunt quid valde majus in ratione mali, quam merita noſtra in ratione boni; ideo illa ex ſe ſe condigna ſunt ad aeternam poenam, at non iſta

(*l*) De hoc argumento plura *Rhodes* ubi de grat. d. 4. q. 1. ſ. 2.

(*m*) Praefat. ad Pſ. 102. & enarrat. in Pſ. 125.

(*n*) Ex adſertis *ſupra* ad Tom. II. p. 144. ſq. & ex adſerendis *inferius*.

(*o*) Seſſ. 6. cap. 8. & 16. & can. 32.

ad aeternam gloriam. Ad ſecundam: virtutes naturales non habent proportionem cum praemio ſuperno, ſecus ſupernaturales; ideo non illae, ſed iſtae valorem quoque ſeu pretium indunt condiguum actui ſimul cum gratia, itemque quae peccatori inhaerent ejus actui ſuperno pretium conferunt, at nude congruum. (p)

483 Obj. *ſecundo* contra Partitionem 1°. Repugnat ejuſmodi meritum praecompenſatum. Nam 1.° eſt Patribus & priſcis TT. incognitum, immo contrarium; quoniam omnes cum Aug. (q) & Th. (r) vulgo tenent non poſſe praemium praecedere tempore meritum. 2.° ex Epheſ. 1. *elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi, ut eſſemus ſancti*, infert Aug. (s) quod Deus non elegit nos ad gloriam, quia eramus futuri ſancti. 3.° hoc meritum conſonat Semipelagianiſmo, contendenti, compenſari a Deo cuncta praeſciente merita hominum conditionata. 4.° meritum cauſſat praemium, non per modum finalis cauſſae, ſed ſecundum reductionem ad cauſſam efficientem, uti loquitur cit. Th: ergo movere per modum finis, & movere per modum meriti ſunt modi movendi contra poſiti. 5.° poſito hoc merito, poſſemus mereri primam gratiam, ſeu auxilium, cui primum cooperamur: quod tamen repugnat; tum quia ſic principium meriti, quale eſſet primum auxilium, caderet ſub meritum, ideſt, ſub noſtrum conſenſum e. g; tum quia ſic gratia non eſſet omnino gratis collata, quoniam praemium non niſi cum debito conferretur, contra Patres negantes poſſe dari gratiam ob futura merita, quia ſic non eſſet gratia. 6.° nullus eſt modus male merendi de Deo, quo poena tempore anterior juſte infligatur intuitu culpae nondum exſiſtentis: ergo nec modus bene merendi &c. 7.° nequit Deus dare praemium indigno, aut ſaltem non digno; at ejuſmodi eſt, qui nondum praemium, quo perfruitur, promeruit.

484 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Adſ.* Pro hoc merito multi TT. adducuntur (t) ceteri illud praemittere debent ceu re olim exſiſtens relate ad Chriſtum, ex dictis. Aug. & Th. adlegati loquuntur de merito compenſando, non autem de praecompenſato. Ad 2: id infert Aug. ſuper meritum vulgare compenſandum, contra Pelagium, volentem, nos ſolis naturae viribus conditionate praeviſis mereri primam gratiam auxiliantem. Sed quid haec contra meri. tum praecompenſatum prout a nobis adſertum? Ad 3. *N. Adſ.* Semipelagianiſmus contendebat, dignum eſſe exſiſtenti praemio, aut poena meritum praeviſum, & remanens in ſtatu nude conditionato.

485 Ad 4. *D. A.* meritum compenſandum, *C:* praecompenſatum, *N.* hoc enim poteſt utroque modo movere: ſic enim traditio anticipata mercis moveri poteſt ex futuro pretio, tum quia erit, tum etiam ut ſit. Et *N. Con.* Ad 5. *C. A.* ſaltem de merito congruo. Et

(p) Adeundi *Suar.* cit. c. 1. a n. 17. *Rip.* cit. d. 71. a n. 9. *Arria.* heic t. 4. d. 53. num. 2.

(q) De mor. Eccleſ. c. 25.

(r) Q. 26. de verit. a. 6.

(s) L. 1. de praedeſt. SS. c. 17.

(t) Ab *Antonio Uſon* ap. *Ovie*, tr. 9. contr. 1. concl. 1. p. 4. a n. 35.

Et *N.* repugnantiam. Ad primam prob: poteſt principium meriti praecompenſati cadere ſub meritum (*u*). Ad ſecundam: tunc gratia eſſet gratis collata, non quatenus eſſet praemium, aut merces operis, ſed quatenus Deus in ſolvenda mercede praeveniret liberaliter meritum. PP. loquuntur contra Pelagianos de noſtro merito compenſando, prout in lege praeſenti: num vero in alia poſſit gratia aliter conferri, non ut gratia, ſed ut merces, non diſputant.

486 Ad 6: inſto in merito praecompenſato Chriſti. Et *N. Con.* Illud quidem adſcriberet Deo crudelitatem; hoc liberalitatem commendat. Quid? quod juſtitia retribuens amplior eſt, quam juſtitia puniens: atque adeo quod illa reſpicit, nempe meritum, amplius eſt, quam quod reſpicit iſta, nempe demeritum. Ad 7. *D. Ma.* praemium compenſandum non digno, quia dignus eſt, *C:* praecompenſatum non digno, quia dignus erit, *N.* Qui donetur munere praecompenſato, dignus profecto eſt praemio, dignitate proveniente a merito futuro. (*x*)

§. III.

Conditiones ad Meritum neceſſario requiſitae.

487 QUAESTIO I. Quae generatim illae ſint? ADSERO. Hae vulgo numerantur. Nempe 1.° Libertas; quia nemo laude morali dignus eſt, niſi propter id quod libere agit: unde jure *Bernard* ajebat, *uli non eſt libertas, nec meritum* (*yz*). 2.° Supernaturalitas propria & ſubſtantialis, quae nempe adcedit actui ex auxilio divinae gratiae; ſecus enim actio, quam meritum dicas, proportione debita cum praemio proprie ſupernaturali careret. 3.° Honeſtas formalis; qua utique abſente, actio non eſſet obſequium Deo gratum. 4.° Cauſſalitas moralis, quod nempe Deum moveat ad remunerationem pii operis: quia enim meritum in ſcientia, qua Deus illud cognovit, eſt cauſſa efficiens praemii, quatenus ea Dei ſcientia ſeu cognitio eſt principium & radix decreti, quod re cauſſat efficienter praemium, quo meritum jure compenſetur. En tibi energiam meriti, ac Dei oeconomiam in ejuſdem compenſatione. Alias noſtratum alii conditiones ſatis probabiliter ſubjunxere. (*a*)

488 Doctores vero Acatholici iis, quae vera dictat ratio, non adquieſcunt, ſed haſce ulterius in merito proprio conditiones expoſcunt. Videlicet 1.° ut ſit opus indebitum: at quodlibet noſtrum opus eſt millenis nominibus Deo debitum. 2.° ut ad eum, apud quem meremur, aliqua ex opere noſtro redundet utilitas: quae tamen

(*u*) Id quod multis promovet cit. *Muniſ.* d. 28. a n. 17.

(*x*) Conf. *Con.* d. 8. de merito dub. 7. a n. 12. *Mun.* cit. a n. 46. & tr. de Incarn. d. 5. ſ. 1. & deinceps, *Aran.* tr. de Incarn. l. 3. d. 3. ſ. 1. 2. & deinceps,

(*yz*) Serm. 81. in Cant.

(*a*) Conf. in hanc rem citt. *Suar. Coninck, Rip. Mun. Paull. a Concept.* ubi de Conditionib. meriti.

men Deo utilitas ex pio creaturae facto? 3.° ut proportio aliqua ſit inter opus & mercedem: nulla tamen effingi poteſt proportio inter opera noſtra & eorum mercedem, ſeu vitam aeternam, contra Paullum reclamantem *Rom.* 8. 18. & 2. *Cor.* 4. 17. 4.° ut obſequium quod praeſtamus, noſtrum omnino ſit: actus vero ſupernus eſt ex integro Dei opus, ad quod nempe ſe habet homo ceu mere patiens, ex 1. *Cor.* 4. 7. 5.° ut ſit opus perfectum: at opera cuncta noſtra imperfectionibus plena ſunt ex *Jacob.* 3. 2. Haec illorum vulgatiſſima doctrina. (*b*)

489 Porro ſi adlatae conditiones proprii meriti rationem neceſſario conſtituant, actum eſt de merito ſuperno, noſtrumque de eo ſanctum dogma nihil eſt aliud quam nuda fabula, ad faſcinandum incautos animos inventa. Ceterum quis ſanae mentis non videat, eas potius eſſe commenta & effugia, aliis interdum erroribus praeindicatis innixa, ne cogantur id admittere, quod ut verum tenuit ſacra antiquitas univerſa, & hodierna Eccleſia catholica profitetur? Singula haec commenta data opera, facilique negotio convellunt noſtrates Polemici. Ad eos & nos ejuſmodi adverſarios legis & veritatis invicte revincendos amandamus.

490 QUAESTIO II. Quae ſpeciatim libertas in merito requiratur, aut ſufficiat? ADSERO 1. Requiritur libertas indifferentiae, ſive a neceſſitate, quin ſufficiat libertas a coactione. Alioqui pium opus, quod meritum dicimus, non eſſet merenti ad laudem imputabile; quemadmodum nec opus pravum operanti abſque libertate indifferentiae in vituperium imputari poſſet. Fide ſanctum ex *Scripturis* & *PP.* quos *ſupra* dedimus pro exſiſtentia hujuſce libertatis, ad opus bonum & pravum laudi ac vituperio imputabile neceſſariae (*c*) tum ex ſollemni proſcriptione prop. 111. e quinque famoſis Janſenii, *ad merendum & demerendum* &c. Plura de hoc argumento jam praelibavimus (*d*). Ea recole. (*e*) (§)

11. Re-

(*b*) Eam fuſius expoſitam & propugnatam vide, ſi licet, ap. *Voſſium* in diſp. 4. Leidenſi, *Forbeſ.* de juſtific. l. 5. c. 3. *Budde.* theol. dogm. l. 3. c. 1. §. 14. p. 529. *Limborch.* theol. chr. l. 5. c. 78. §. 13.

(*c*) Ad Tom. III. p. 183.

(*d*) In eodem Tomo p. 178. ſqq. tum p. 185. ſqq.

(*e*) Conf. item in id ipſum *Aguir.* cit. in Theol. S. Auſ. d. 135. a ſect. 1. *L'Hermin.* tr. de act. hum. ubi de lib. arb. *Tournel.* t. 1. in adpend. de arbitrii libertate.

OBSERVATIO.

(§) ADulteriorem ſententiae noſtrae dogmaticae illuſtrationem juvat huc advocare celeberrimum *Angelici* locum ex diſputatis q. 6. de malo, art. un. Inquirit ergo S. Doctor in titulo „ Utrum homo habeat liberam electionem ſuorum actuum, aut ex neceſſitate eligat „ Ac reſpondet in corpore articuli „ Dicendum quod quidam poſuerunt, quod voluntas hominis ex neceſſitate movetur ad aliquid eligendum; nec tamen volebant quod voluntas cogeretur, non enim omne neceſſarium eſt violentum, ſed ſolum id cujus principium eſt extra „ En tibi doctrinam ipſam quam Iprenſis ſtatuit in tr. de grat. Chriſti l. 6. c. 6. ac ſaepe alias, & quam mutuari ſine dubio potuit a Calvino in antidoto ad canon. 5. ſeſſionis 6. C. Tridentini.

Sub-

491 II. Requiritur vera libertas, nec ſufficit exſiſtimata; ſecus enim ad meritum condignum ſufficeret gratia juſtificans exſiſtimata (*f*). III. Requiritur libertas perfecta, nec ſufficit ſemi-plena (*g*). Quia meritum, utpote praecellens opus morale, requirit ex parte principii cauſſam perfectam, & abſolutum voluntatis dominium. Deinde ad demeritum condignum poenae eternae non ſufficit ſemiplena libertas, uti nec ad obligationem voti, juramenti & plurium contractuum: ergo nec ad meritum condignum gratiae, & gloriae.

492 IV. Ad meritum ſufficit libertas inter actus aequales, cum vaga ad alterutrum neceſſitate (*h*). Quia eligens inter actus aequales, eligeret cum libertate a neceſſitate actum prae ejus omiſſione, quam ſi vellet, poſſet eligere: ergo eligeret laudabiliter apud Deum. Deinde Deus eſt laudabiliter liber in electione ſuorum decretorum liberorum, cum neceſſitate disjunctiva ad alterutrum, quibus ſane electionibus ideo tantum ratio meriti denegatur, quia non ſunt obſequia ſuperiori praeſtita: ergo & in creatis &c. Tandem aegre aliter poteſt Chriſto Domino adſeri vera libertas ad ſuos actus perfectione aequales.

493 V. Actio bona externa imperata non eſt per ſe ſe libera, adeoque nec merens, ſed ſolum ex objecto, ac denominatione adcepta ab actu interno. Etenim ſecundum ſe ut ſummum indifferens eſt, nec propria bonitate gaudet ac ſupernaturalitate; quin immo quatenus imperata eſt ab actu interno, neceſſaria eſt. Heinc *Luc.* 21. vidua, quae obtulit *minuta duo*, plus laudatur ex majore adfectu, quam qui cum minore copioſiores pecunias obtulerunt. Eſt autem, & ſaepe dicitur, ex adcidenti merens, & ex ea augeri meritum; quatenus exſercitio illius intenſius, & diutius viget actus internus, a quo imperatur. (*i*)

OBJECTIONES.

494 Obj. *primo* contra IV. Adſ. Ejuſmodi libertas non ſufficit ad moralem imputationem. Nam 1.° nulli in genere moris eſt imputa-

Subdit autem illico Thomas „ Haec autem opinio eſt haeretica, tollit enim rationem meriti in humanis actibus; non enim videtur eſſe demeritorium vel meritorium quod aliquis ſic ex neceſſitate agit, ut vitare non poſſit „

Pergit inſuper „ Eſt etiam adnumeranda inter extraneas Philoſophiae opiniones: quia non ſolum contrariatur fidei, ſed ſubvertit omnia principia philoſophiae moralis. Si enim non ſit aliquid liberum in nobis, ſed ex neceſſitate movemur ad volendum, tollitur deliberatio, exhortatio, praeceptum, punitio, & laus, & vituperium „ Quid in rem noſtram clarius, praeclariuſque?

Id ipſum ſaepe alias ſtatuiſſe Angelicus deprehenditur; ut puta de verit. q. 22. a. 10. O. de potent q. 2. ar. 3. p. 1. q. 19. ar. 10. O. 1. 2. q. 13. a. 2. aliiſque locis complurimis, quae vel indicare quidem prolixum eſſet. Ergo unum ex praecipuis doctrinae janſenianae capitibus olim ante Janſenium praemonſtravit Thomas, Scholaſtices Dux, atque ſubvertit.

(*f*) Ex *Suar.* cit. de grat. l. 12. c. 3. & *Mun.* d. 25. n. 3.

(*g*) Favet cit. *Suar* cum *Ovie.* de merit. tr. 9. contr. 2. p. 1. a n. 4. contra Rip. d. 74. n. 16. Mun. &c.

(*h*) Suffragatur *Mun.* cit. n. 59. cum *Suar. Val. Vaz. Herice* &c. contra Ovie. cit. n. 33 Rip. Eſp. &c.

(*i*) Nobiſcum plures ſunt cum cit. *Suar.* c. 6. & *Eſp.* de act. hum. q. 38. a. 1.

putabile ad laudem, tantum tollere, vel impedire boni quantum ponit; at in ea neceſſitate conſtitutus, eligens ex illis actibus unum prae alio tantum boni tolleret, ſeu impediret, omittendo alium actum aeque bonum, quantum poneret hunc eligens. 2.° ſic eligens non haberet libertatem moralem; moraliter enim omittere nequit actum, quem eligit; quia actus aeque Deo gratus, licet ſit phyſice diverſus, at in morali aeſtimatione, perinde eſt, ac ſi idem ſit. 3.° haec libertas ad duos actus aeque malos, cum neceſſitate ad alterutrum, non ſufficit ad peccandum; alioqui exiſtimans peccare, ſi ſacro interſit quia eſt excommunicatione innodatus, & aeque peccare, ſi non interſit, quia eſt dies feſtus, peccaret utrumlibet eligens: ergo nec e converſo ſufficit ad merendum. 4.° nec meretur apud regem qui e duobus aequalibus facinoribus, ad quorum alterum cogitur, unum prae altero exhiberet; nec item apud creditorem, qui ei debens numum, e duobus aequalibus, quos habet, unum prae altero ſolvendum eligeret: ergo nec homo apud Deum in caſu. 5.° ſaltem non ſufficit ejuſmodi libertas ad imputationem relate ad actus aequales ejuſdem virtutis. 6.° ſaltem neceſſitas ſub ejuſmodi libertate multum imminueret moralis laudis, & meriti rationem, actus enim tunc electus minus liber eſſet.

495 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. Infto in actibus Dei. Et *N. Ma.* Sic eligens nec tollit, nec impedit bonum, quod teneatur ponere. Actum, quem eligit, ponit ex motivo honeſto, quia nempe bonus eſt, non ut alterum impediat. Ad 2. *N. Adſ.* & adj. prob. Qui non cogitur unum prae alio eligere, illud libere eligit. Quod actus unus ſit moraliter idem, ac alter, non eſt neceſſitas principium electionis cogens, ſed ſolum eſt neceſſitas terminorum, qui nimirum coguntur ad ſibi invicem aequivalendum, atque adeo ſartam tectam relinquentes libertatem imputatione moralem ad determinatam unius electionem. Sic enim licet res & rei pretium ſint idem moraliter, coactus tamen alterutrum reddere, libere & moraliter eligit inter rem & pretium. Ad 3. *C. A.* quia nequit peccari, niſi ſit obligatio legis id non faciendi, in quo peccatur; implicat autem contradictionem obligatio ad impoſſibile, ſcilicet ad ſimul audiendum, & non audiendum ſacrum, & obligatio ad peccatum, quale eſt tum audire illud, tum non audire. Et *N. Con.* quia ad merendum non requiritur obligatio non merendi, ſicut ad peccandum requiritur obligatio non peccandi.

496 Ad 4. Eſto *A.* Et *N. Con.* Homines non reſpiciunt, ſicuti Deus, ad honeſtatem ſolutionis, & meriti; uti nec ad hos, vel alios fines ſolventis & merentis, ſed ſolum ad utilitatem, quam ex factis alienis percipiunt. Quod ſi rex noverit electionem militis, & creditor electionem debitoris, ex honeſto fine ſubortas, eas plane habebunt laude dignas, utpote procedentes a principio libero. Quid? quod illa vaga neceſſitas ſub adſerta libertate, quum a Deo

ſit,

ſit, non obſtat rationi obſequii in merito apud Deum, tametſi apud homines obſtaret.

497 Ad 5. *N. Adſ.* Licet tunc non eluceret inter extrema tam notabilis reſpectuum diverſitas in genere moris, intereſſet vero quod ſufficit ad moraliter liberum; ſic enim eligens libere exſercet actum virtutis, quem poſſet omittere, & qui ſecundum ſe melior eſt, quam ejus omiſſio: quocirca illa electio, & a prudentia dictari poſſet, & ab exhortante ſuaderi. Ad *6. N. Adſ.* Actus liberi Dei, & Chriſti non fiunt ex illa neceſſitate deterioris conditionis. Tunc actus electus eſſet minus liber, non libertate intenſionis, & neceſſaria ad actum moraliter imputabilem, ſed extenſionis, quae ceteris paribus, nihil per ſe praeſtat ad majus meritum, aut majorem laudem; quemadmodum nec in nobis libertas, quae ſe ſe porrigit ad poteſtatem peccandi. (*k*)

498 Obj. *ſecundo* contra v. Adſ. Actio bona externa eſt per ſe ſe merens. Nam 1.° ex Aug. (*l*) majus auxilium gratiae neceſſarium eſt ad volendum, & exſequendum pietatis opus, quam ad volendum duntaxat: ergo per actum externum bonitas operis augetur. 2.° actio externa per ſe ſe auget rationem ſatisfactionis: ergo & meriti. 3.° actio externa eſt per ſe ſe criminoſa; illam enim tenemur explicare in Confeſſione, ubi ſola peccata, ex Chriſti inſtitutione aperienda ſunt: ergo e converſo eſt merens. 4.° opus actione externa completum majorem promeretur poenam; quia enim Eccleſia fert cenſuras, & Princeps poenas contra opus ſic completum, non vero contra pure concupitum interius. 5.° Deus per ſummum Pontificem, alioſque Eccleſiae Antiſtites elargitur indulgentias propter opera mere externa; item Martyrii aureolam Martyri propter externum actum rependit: tandem decrevit redemtionis praemium, propter externam Chriſti paſſionem & mortem, ac non aliter: ergo. 6.° alioqui ſi quis deſideret infinitas divitias erogare pauperibus, aut infinite Deum amare, tantundem merebitur, ac ſi re vera idem praeſtaret: quae plane abſurda dixeris.

499 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Aug. loquitur relate ad perſeverantiam in voluntatis propoſito, quod ſaepe oblata occaſione operandi deficit, ſi novum auxilium efficax non adcedat. Ad 2. *N. Con.* Satisfactio fit per punitionem, & tolerantiam poenae, quae per actum duntaxat internum haud exſercetur; voluntas enim te flagellandi non adfert ſecum carnis dolorem, quem adfert flagellatio. At meritum tamen fundatur in morali honeſtate, quae tota reſidet in opere interno. Et vero duo haec eſſe ſeparabilia teſtantur Animae in Purgatorio ſatisfacientes, & non merentes.

500 Ad 3. *N. Adſ.* Ex Eccleſiae traditione & uſu non modo aperiendum eſt in Confeſſione quod eſt intrinſece, & per ſe ſe pec-

(*k*) Conſuli poſſunt *Suar.* cit. l. 12. cap. 3. n. 7. *Mun.* cit. d. 25. a n. 48. & 74. *Heriz.* 1. p. d. 18. a n. 39. *Aran.* de Incarn. l. 3. d. 4. ſ. 1.

(*l*) L. de grat. & lib. arb. c. 17. & Enchir. c. 32.

catum, ſed etiam quod tale eſt extrinſece, & denominatione adcepta ab actu interno, a quo imperatur, & cum quo unum moraliter efficit. Ad 4. *N. Adſ.* Nec valet adj. prob. Eccleſia, & Princeps, quum pro foro externo non judicent de internis niſi per externa, illas infligunt poenas ſecundum opera externa, ex quibus interna praeſumunt ad humanum regimen. Siquidem homo ea ſolum videt, quae patent; Deus autem intuetur cor.

501 Ad 5: Indulgentia, quae conceditur per opus externum, hoc reſpicit tanquam conditionem, qua deficiente, re non compenſatur meritum requiſitum ad indulgentiam, ſitum videlicet in interna voluntate praeſtandi idem opus externum. Quid? quod Indulgentia non adplicatur per modum praemii, ſed per modum ſatisfactionis, cui aequivalet: unde ut ſummum addit per ſe ſe ſatisfactionem, non meritum. Deinde aureola, aliique Martyrum adultorum honores cadunt ſub meritum congruum adceptabile actuum internorum Martyrii, etſi Deus noluerit illud meritum compenſare niſi ſub conditione paſſionis & mortis; haec vero propterea non augent quidquam meriti, ſicuti nec auget mors, quae eſt conditio cuivis juſto neceſſaria ad obtinendum gloriae praemium. Demum ſimiliter voluit Deus externam Chriſti paſſionem, & mortem tanquam conditiones, quibus praemiſſis referret Chriſtus praemium actus interni quo mundum redemit. Ad 6. *N A.* permiſſo etiam infinito amore poſſibili, & infinitis divitiis erogabilibus: quia enim in iis exemplis voluntas interior non eſt objecto commenſurata; nec re ipſa eſt etiam de ſe tam efficax, quam foret, ſi conditio, ſub qua fertur, expleri poſſet, aut expleretur. (*m*)

502 QUAESTIO III. Quae honeſtas in merito exigenda? ADSERO I. Formalis, quae in eo ſita eſt, quod actus voluntatis velit formaliter honeſtum, vel bonum. Nam ratione hujus honeſtatis meritum dicitur morale. II. Ad meritum ſufficit formalis honeſtas cujuſcumque virtutis moralis, etiam ſeorſum a caritate (*n*). Conſtat ex proſcriptione theſium vulgo Bajanarum XVI. XXV. XXXVIII. tum earum VII. VIII. XI. XV. quas decreto ſuo confixit Alexander P. VIII. quibus adde ex Conſtit. *Unigenitus*. Propp. 55. 56. Quia enim ad meritum ſufficit quaecumque moralis honeſtas ſupernа, qua homo Deo obſequatur. Heinc

503 III. Nec requiritur ad meritum, quod actus quilibet ſit perfecta caritas, aut ab iſta quoquo modo imperetur. Quia nuſpiam adparet praeſcripta haec neceſſitas. Immo haec retraheret juſtos a virtutum moralium frequentia. Quin immo alia infra caritatem virtutum opera, bona opera non eſſent, quod contra Novatores proſcriptum eſt ab Eccleſia. Quocirca actus in juſto elicitus a ſupernis

(*m*) Adeundi cit. *Suar.* c. 6. a n. 15. & 19. *Ovie.* cit. contr. 2. pu. 6. a n. 79. *Mun.* cit. d. 25. a n. 123. *Fſp.* cit.

(*n*) Favet *Mun.* diſp. 24. num. 3. cum *Rip. Aguir.* &c.

nis virtutibus, vel per se se infusis, vel adquisitis, meretur condigne aeternam gloriam, etiam nullo habito respectu ad caritatem. Idem convincitur ex *Trid.* (o). Exinde demum, quod alias qui per adtritionem adcepit gratiam in Sacramento, nullum haberet meritum condignum, donec perfectam caritatem eliceret. (p)

OBJECTIONES.

504 Obj. *primo*. contra 111. Adſ. Nullum eſt **meritum condignum** gloriae, independenter a perfecta caritate, vel re, vel virtute ſaltem exſiſtente, hoc eſt actum imperante. Nam 1.° ex 1. Cor. 2. 9. & Jacob. 1. 12. & Joan. 14. 21. ſolum diligentibus Deum paratum eſt & promiſſum praemium gloriae. Et ex Galat. 5. 6. nihil valet in Chriſto, niſi fides, quae per caritatem operatur. 2.° ex Aug. (q) ſola caritas dividit inter filios Dei, & perditionis. Ex Proſp. (r) omnis ratio, & valor meritorum caritati tribuitur. Ex Greg. (s) caritas eſt radix omnium meritorum. 3.° ex Th. (t) *meritum aeternae vitae primo pertinet ad caritatem; ad alias autem virtutes ſecundario, ſecundum quod earum actus imperantur a caritate.* Idem ſaepe repetit, & confirmat. 4.° ut actus ſit condigne merens, referri debet in Dei gloriam & obſequium; at nullus actus ita refertur, niſi ex imperio caritatis, cujus eſt omnia ad eum finem ordinare; quoniam nulla alia virtus tendit directe in Dei gloriam, & obſequium.

505 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: textus illi probant, gloriam promitti caritati, ſed non ſoli: item inſinuant, caritatem habitualem eſſe ceteris virtutibus nobiliorem; eſſe aliquam radicem meritorum, quatenus omnes juſti actus informat; nullum ſine ipſa eſſe meritum condignum, quatenus indefinenter gratiam ſanctificantem comitatur. Nihil ultra. Ad 2: nec ulterius progreſſa eſt mens eorum PP. Ad 3: Th. unice intendit, quod in actibus aliarum virtutum, quibus imperet caritas, aeternae vitae meritum primario refertur ad caritatem, qua ſola intercedente actus tendunt in finem ultimum, ſecundum ſe inſpectum, ſecundario vero ab aliis virtutibus minoribus, utpote a quibus minus pretii tunc ineſt merito. Heinc ex ipſo (u) meritum condignum praemii penſatur *ex radice caritatis & gratiae*, ſcilicet ex gratia tanquam ex radice per modum naturae; ex caritate habituali, per modum primae, ſeu potiſſimae proprietatis in via; praeſertim quum per caritatem actualem aliis virtutum actibus imperat. Nec aliud quidem per cetera teſtimonia intendit.

506 Ad 4. *D. Ma.* referri debet aut tacite, ſeu practice, aut explicate ac directa acie, *C.* ſemper explicate, *N.* & *D.* reſp. *Mi.* & *N. Con.* Primo modo referuntur connaturaliter, & ſuo quaſi pondere actus ſuperni, ab aliis virtutibus imperati; ſecundo modo actus

(o) Seſſ. 6. c. 16. & can. 32.
(p) Conf. cit. *Suar.* c. 8. 9. 10. & *Aguir.* t. 3. d. 131. a n. 35.
(q) L. 15. de Trin. c. 18.
(r) L. 3. de vita contempl. c. 14. ſq.
(s) Hom. 7. in Evang.
(t) P. 1. 2. q. 112. a. 4.
(u) P. 1. q. 95. a. 4. O.

imperati a caritate. Quod si ad omne meritum requiratur explicata ad Deum relatio, eo quod ipsi placeat, etiam requiretur ad omne demeritum, seu peccatum explicata ad Deum relatio, eo quod ipsi displiceat: quod nemo admiserit.

507 Obj. *secundo*. Saltem soli merito imperato a caritate respondet condigne beatitudo essentialis, adcidentalis vero merito ab aliis virtutibus inferioribus imperato. Nam 1.° sola caritas unit perfecte animum cum Deo in via: ergo & sola proportionem habet ad summam unionem, quae est in patria per beatitudinem essentialem. 2.° caritas est actus viae perfectissimus: ergo ipsi respondet quod est maximum in patria. 3.° augmentum praemii essentialis respondet augmento caritatis: at haec non augetur nisi per actus ab ipsa elicitos, aut imperatos. 4.° non decet, ut ancillae & pedissequae caritatis, quales sunt ceterae virtutes, idem obtineant praemium, ac Regina, nisi ex ejusdem imperio. 5.° praemium essentiale consistens in fruitione ultimi finis, solum cadit sub meritum condignum actus, cujus est tendere in ultimum finem; at nullus actus virtutis infusae, secluso caritatis imperio, tendit in ultimum finem. 6.° actus eliciti a virtutibus adquisitis, saltem si non adcedat caritatis imperium, nec habent supernaturalitatem, nec condignitatem ad praemium essentialis beatitudinis: ergo.

508 R. *N. Adj.* Heinc fieret, quod decedens proxime post absolutionem peccati cum sola adtritione, & post Martyrium heroice sublatum etiam cum sola adtritione, non gauderet in coelis beatitudine essentiali. Ad 1. prob. *N. Con.* Proportio sufficiens cum essentiali beatitudine consistit unice in superna tendentia ad finem ultimum, quam tacite continet quivis actus alterius virtutis, in consortio gratiae. Ad 2. *N. Con.* Quilibet actus supernus per gratiam condigne merens proportionem habet cum eo, quod magnum est in patria; hoc enim promittitur apud Scripturas & PP. humili, casto, misericordi, nulla facta mentione de caritatis imperio. Ad 3. *D. Ma.* augmento caritatis & ceterarum virtutum infusarum, quae omnes semper, & simul cum gratia augentur adjecto quolibet novo merito, *C.* secus, *N. Ma.* & *Mi.*

509 Ad 4: non decet nominari pedissequas virtutes illas nobilissimas, tametsi ipsis secundum speciem perfectior sit caritas, quae nec aliis virtutibus semper dominatur, ut patet in fide, quae ad caritatem praerequiritur. Gratia quidem satis condignas reddit ceteras virtutes, ut idem obtineant essentiale praemium, ac caritas. Ad 5. *N. Mi.* ex dictis, quibus adde *Th.* ajentem (x) *virtutes infusae sunt simpliciter dicendae virtutes, quia bene ordinant hominem ad finem ultimum simpliciter*. Ad 6. *N. Adj.* Omnes cujuscumque virtutis actus ex fine superno eliciti, per gratiam, quae radix est caritatis, formati, & superna dignitate communiti, suam habent intrinse-

(x) P. 1. 2. q. 65. a. 2.

ſecam relationem ad eſſentialem beatitudinem. (y)

510 QUAESTIO IV. Num actus ſupernus, ut meriti ratione gaudeat, debeat eſſe ſupererogatorius, ideſt citra quodlibet praeceptum elicitus? NEGO cum vulgatiſſima bene ſapientum opinione. Quia enim quod injunctum praeceptum cogat moraliter ad exſequutionem operis, non tollit quominus hic idem honeſtus ſit, immo ſuperaddit honeſtatem obedientiae; nec deinde quominus ſit liberum, quum ſaltem peccando poſſit ab homine liberrime omitti: Deum ergo ad retributionem procul dubio movet, aut movere poteſt. (yy)

511 QUAESTIO V. Num ad rationem meriti opus ſit ut fiat actus ſupernus in ſpe aut ſine ſpe praemii? ADSERO. Nec debet fieri, nec obeſt, quod fiat in ſpe, aut ſine ſpe, vel intuitu praemii; ſicuti neque quod fiat ex metu gehennae, Quoniam ſpei ac timoris actus ſuperni ſunt plane merita ſecundum catholicam doctrinam, quemadmodum & perfecta Dei dilectio, abſque ullo ad mercedem intuitu. (z)

§. IV.

Meriti Incrementum.

512 QUAESTIO I. Num augeatur meritum ex diuturniore actus duratione? ADFIRMO (a). Et vel actus quidem duret per plura momenta, ſi non ſit eſſentia ſua momentaneus, ut plures docent in Animaſtica; vel duret tantum per conatus numero diverſos actionum, ſibi proxime ſubcedentium. Quia enim utrovis modo perſeverantia actus eſt merens, & aequivalens aliis multis actibus; at iſti plures augent meritum: ergo & ille. Et majoris quidem demeriti eſt peccatum diu perſeverans, ac majus praemium eſt duratio gloriae: pariter ergo.

OBJECTIONES.

513 Obj. Non augetur meritum ex diuturnore actus duratione. Nam 1.° ex adagio, prout fertur, ab Aug. excerpto, *non multitudo operum, non diuturnitas temporum auget meritum, ſed ſola caritas, & melior voluntas.* 2.° ſi admittas, quod actus continuatus ipſe ſit, qui primo fuerit in ſubſtantia, tantum ab illo differet adcidentaliter ratione durationis: ergo illi non reſponderet eſſentiale gratiae & gloriae praemium, ſed ut ſummum aliquod adcidentale. 3.° ſi duo decernant efficaciter continuare meritum per horam, & unus continuet, non item alter, merentur aequaliter; quoniam meritum, & praemium non operi, ſed adfectui coaequantur: ergo.

514 *R. N. Adſ.* Ad 1. prob: adagium loquitur de continuatione

(y) Conſ. *Suar.* cit. c. 8. a n. 8. & 15. & c. 9. & d. 10. a n. 4. & 24. & Opuſc. de reviviſc. merit. d. 2. ſ. 3. a n. 51. *Aguir.* t. 3. d. 130. per tot, & 131. a n. 49. *Rip.* d. 90. ſ. 4. & 5.

(yy) Recole cit. *Rip.* n 70. cont. Durand.

(z) Pluribus id ipſum communit & illuſtrat. cit. *Suar.* c. 12. Recole *ſuperius* hoc Capite adſerta §. 1. Quaeſt. VI. p. 390.

(a) Cum cit. *Suar.* c. 20. & 21.

ne operis externi, non continuatis internis virtutum adfectibus aequali vigore. Ad 2. *N. Con.* Nova duratio facit, ut permaneat libere ſubſtantia meriti, a quo libere poſſet ceſſare voluntas. Ad 3. *N. Adſ.* quia illi duo non eſſent pares in exſercitio durandi in actu interno per ſe ſe merente. Neque vero proloquium illud, *voluntas efficax apud Deum reputatur pro facto*, locum habet ubi opus ipſum eſt adfectus internus per ſe ſe merens. (*b*)

515 QUAESTIO II. Num augeatur meritum tum ex intenſiore conatu, tum ex majore arduitate actus? ADFIRMO primum (*c*). Quia ex ipſo augetur, & intenditur bonitas actus: unde ſingulis gradibus intenſionis reſpondent ſinguli gradus majoris praemii; nam Deus remunerat ſecundum opera. NEGO ſecundum (*d*). Quia arduitas auget meritum non tam per ſe ſe, quam per adcidens, & occaſione oblata; quemadmodum diximus de actibus externis; quatenus nempe difficultas ſuperanda occaſionem praebet ad internum actum intenſiorem. Hoc autem ſenſu intelligendi ſunt PP. cum Th. quos adlegat pro parte oppoſita Rip. (*e*). Quoniam alioqui exſercitatiſſimus in virtutibus arduis, has jam nullo fere labore operans, minus ex hoc capite mereretur, quam tyro: ergo meritum, & praemium non eſt per ſe penſandum ex majore arduitate.

516 QUAESTIO III. An demum & quomodo actu quolibet merente augeatur gratia cum ceteris virtutibus infuſis? ADSERO I. Cuilibet reſpondet praemium ſubſtantiale operi proportionatum. Quia homo quolibet actu virtutis quantumcumque tenui fit Deo carior & gratior: ergo per intrinſecum incrementum caritatis, & gratiae. II. Hoc incrementum gratiae & gloriae ſtatim confertur abſque alia diſpoſitione: & gratiae quidem in hac vita, gloriae vero in futura. Quippe Deus poenitenti ſtatim dat primam gratiam: ergo & merenti ſecundam. III. Quolibet actu virtutis infuſae augentur cum gratia omnes habitus infuſi, etiam fidei & ſpei. Quia enim juſtus eodem actu meretur & gratiae & reliquarum ſimul virtutum infuſarum augmentum. Adde *Tridentinum* adfirmans (*f*) *juſtos per bona opera de die in diem renovari & creſcere in adcepta juſtitia, magiſque juſtificari*. (*g*)

§. V.

Meriti Reviviſcentia.

517 QUAESTIO I. Num & quo pacto reviviſcat meritum? ADSE-

(*b*) Adeundi *Suar.* cit. c. 21. a n. 1. & 3. & opuſc. de reviv. mer. d. 2. ſ. 8. a n. 36. *Vaz.* in 1. 2. d. 54. c. 3. *Rip.* cit. d. 90. ſ. 8. a n. 87. *Ovie.* cit. concl. 3. pu. 5. a n. 46. *Platel.* heic. n. 678.

(*c*) Cum vulgatiſſima TT. opinione, ap. *Eſp.* cit. q. 34.

(*d*) Cum *Mun.* cit. n. 48. *Herinx* p. 2. de mer. d. 6. n. 94. contra Eſp.

(*e*) Proxime cit. ſ. 9. a n. 103.

(*f*) Seſſ. 6. c. 10.

(*g*) Pluribus haec Adſerta illuſtrant *Suar.* de grat. l. 9. c. 3. ſq. *Amicus* in theol. t. 3. d. 35. n. 215. & 263. *Rip.* cit. d. 90. per tot.

ADSERO. Reviviſcit quatenus per ſequentem juſtificationem redit, & reparatur meritum augmenti gratiae & gloriae, quod per peccatum lethale, ei ſuperveniens, fuerat, non plane mortuum, & exſtinctum, ſed mortificatum, interruptum, & impeditum: ſic enim meritum per juſtificationem iterum germinat, & prodeſt ad praemium gratiae & gloriae, quod primum comparaverat. Conſentiunt vulgo *TT.* & ſacrorum Canonum *Interpretes*. Erui videtur ex *Ezech.* 18. 21. ſq. & *Hebr.* 6 10: tum ex *Trident.* (*h*) cui praeiverat *Moguntin.* (*i*): item ex *PP.* e. c. ex *Chryſoſt.* (*k*) *Ambroſ.* (*l*) *Aug.* (*m*) quos utique in rem noſtram egregie expendit, atque illuſtrat *Suarezius* (*n*) Profecto non niſi temere ab hac ſententia diſceſſeris. Quippe Deus olim peccato laeſus, ita illud poenitenti remittit, ut nihil in eo relinquat poenae aeternae reatus, qualis eſſet aeterna privatio gratiae, inquam antea peccatum incurrerat.

OBJECTIONES.

518 Obj. Meritum hoc pacto minime reviviſcit. Nam 1.° ex Ezech. 18. 24. *ſi averterit ſe juſtus a juſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ... omnes juſtitiae ejus, quas fecerat, non recordabuntur* &c. 2°. Trid. proxime cit. & ibid. can. 26. vult, vitam aeternam illis tantum proponi, qui *in finem perſeveraverint*, nihil autem exponit ſuper meritum gratiae & gloriae, peccato interruptum. 3.° peccata remiſſa non redeunt per ſubſequens peccatum: ergo nec merita peccato interrupta, per ſubſequentem juſtificationem. 4.° meritum extinguitur omnino, quin redire poſſit, per peccatum finale: ergo etiam per quodvis aliud lethale, quod non minoris malitiae eſt, ac efficaciae, quam finale.

519 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: textus loquitur de peccatore, qui non reſipuit, ſed obſtinate uſque ad mortem in culpa perduravit. Et vero paullo ante V. 21. & 22. dictum fuerat, *ſi autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis ſuis .... omnium iniquitatum ejus, quas operatus eſt, non recordabor*. Ad 2: Trid. a nobis cit. plane pro nobis loquitur. At can. 26. de illis tantum loquitur, qui ab ultima juſtificatione perſeveraverint relate ad gloriam tunc certo obtinendam. Enim vero ex quo Conc. nec ibi, nec alibi aliud petat ad gloriam obtinendam, quam juſtificationis ultimae perſeverantiam, ſatis innuit, interruptionem per peccatum non impedire bonorum operum fructum. Ad 3. *N. Con.* (*o*) Ad 4. *N. Con.* Peccatum finale eſt majoris efficaciae ad hunc effectum, quatenus ex Dei decreto, ſecum illigatam adfert aeternam peccati non remiſſionem. (*p*)

QUAE-

(*h*) Seſſ. 6. c. 16.
(*i*) Cap. 9.
(*k*) Epiſt. 5. ad Theodor.
(*l*) L. 2. de poenit. c. 1.
(*m*) Lib. 6. de vera & falſa poenitenc. 14.
(*n*) In opuſc. de reviviſc. merit. d. 1. ſ. 2.
(*o*) Ex dicendis in Quaeſtione prox.
(*p*) Conferendi *Suar.* cit. ſ. 1. n. 27. *Vazq.* in 1. 2. d. 221. a n 34. *Ovie.* controv. 6. n. 20. *Rip.* d. 91. ſ. 6. *Mun.* d. 30. n. 6.

520 QUAESTIO II. Num meritum reviviſcat ex Dei miſericordia, vel ex juſtitia? ADSERO. Ex utroque capite, ſcilicet meritum adceptabile & quantum ad dignitatem praemii, ex miſericordia; quia ſic ſolum reviviſcit ex voluntate remittentis culpam, & paenam aeternam; at haec tamen voluntas eſt ſolum ex Dei miſericordia, & merito hominis congruo: ergo. At vero meritum adceptatum & quantum ad efficaciam & connexionem infallibilem cum praemio, ex juſtitia: hoc enim ut certam praemittit condignitatem meriti, ac Dei promiſſionem: unde *Hebr. 6. non enim injuſtus eſt Deus, ut obliviſcatur operis veſtri*. Quum autem nihil horum ſubſiſtat circa peccati reviviſcentiam, ideo iſtam omnes merito paſſim negant. (q)

521 QUAESTIO III. Num meritum reviviſcat ex integro ſecundum totum priſtinum valorem? ADFIRMO. Nulla quippe adfulget ratio pro coarctanda divina liberalitate, & juſtitia. Deinde meritum ſolum impeditur per peccatum; at praemiſſa juſtificatione nihil impedimenti remanet: ergo totum meritum redit. Inſuper nihil aliud eſt reviviſcere merita, quam jus illorum ad gratiam, peccato impeditum, expediri; ac efficaciam meritorum, peccato ſublatam, iterum redire: ergo hoc ipſo, quod cuncta merita reviviſcant, redeunt cum ſuo jure ad totam gratiam, & cum efficacia ad eam penitus obtinendam. Heinc a peccato reſurgens ſemper ad altiorem gradum reſurgit gratiae, quam fuerat ille, a quo decidit; quia ſuſcipit totam priſtinam gratiam, reſpondentem antiquis meritis, quae redeunt, & novum inſuper gratiae gradum, reſpondentem merito praeſentis diſpoſitionis, qua redeunt.

OBJECTIONES.

522 Obj. Meritum non reviviſcit ex integro. Nam 1.° ex Hieron. (r) *quicumque dignitatem divini gradus non cuſtodierint, contenti fiant animam ſalvare, reverti enim in priſtinum gradum difficile eſt*. 2°. ex Th. (s) poenitens non recipit plenarie effectum priorum meritorum; nec de iis habet in coelo gaudium eſſentiale, ſed adcidentale, ſitum in quodam de ipſis gaudio. 3.° quum gratia primum infunditur, exigit diſpoſitionem in ſuſcipiente: ergo & quum gratia amiſſa recuperatur; at non adparet, qualis ſit in poenitente diſpoſitio ad gratiam amiſſam recuperandam. 4.° ratio exigit, ut qui graviſſime alium offendit, non redeat cito in antiquam, immo majorem gratiam, & benevolentiam. 5.° meritorum mortificatio eſt poena peccati; at haec non tollitur ſtatim, ſed paullatim. 6.° ex Trid. (t) homo quum juſtificatur, recipit gratiam ſuae diſpoſitioni proportionatam: ergo ſi contritio ſit tenuis, recipit tantum gra-

(q) Cum citt. *Suar. Vazq. Ovie. Rip. Mun.* &c.

(r) Ap. Gratianum cap. *Quicumque*, diſt. 56,

(s) In 3. diſt. 31. q. 1. a. 4. quaeſtiunc. 3. ad 4. & p. 3. q. 89. a. 5. ad 3.

(t) Seſſ. 6. c. 7.

gratiam tenuem, nihil obstantibus praecedentibus meritis.

523 R. *N. Adf.* Ad 1. prob: sunt qui intelligant Hieronymum, & eum canonem de restitutione ad pristinum Ecclesiae gradum; & qui praeterea de restitutione quantum ad gradum pristinum immunitatis a poena temporali, in quem non revertitur. Ad 2: omnem sine limite meritorum fructum redire docet *Th.* (*u*), sequutus *Theophyl. Hier. Ambr. Ansel.* &c. (*x*). Ipsumque fere omnes cum Interpretes, tum Scholastici imitantur. Ergo utrobique S. D. suam mentem prodit, non ut certam, sed ut modo probabilem, heic vero ut conformiorem Concilis, Patribus, rationi, Deique liberalitati, & promissionibus, ab Scriptura explicatis.

524 Ad 3. *N. Mi. subs.* Dispositio recuperandae gratiae necessaria est ipsa condignitas pristina meritorum, quae sublato culpae impedimento redit, adeoque sufficit, seorsum ab alia dispositione, ad integram gratiae & gloriae restaurationem. Ad 4. *D. A.* si ad istam non fuerit jus, & condignitas, *C.* si fuerit, uti est in casu, *N.* Ad 5: non tollitur statim poena adcidentalis, & temporanea; secus aeterna & substantialis poena, qualis ex se erat privatio gratiae & gloriae, respondentis meritis praeteritis.

525 Ad 6. *N. Con.* Trid. loquitur de gratia, quae per se infunditur in justificatione, non de infusa tunc ex adcidenti ex meritis reviviscentibus. Quid? quod haec simul cum contritione quavis tenui, sunt dispositio sufficiens ad infusionem gratiae, respondentis tum contritioni, tum meritis. (*y*)

526 QUAESTIO IV. Adpendix. Num reviviscat etiam omnis gratia, vi Sacramentorum collata? ADFIRMO. Id quippe magnopere reputo consentaneum sacris Scripturis, & PP. indicantibus, hominem per poenitentiam in pristinam gratiam, & abundantiam reverti, sine ullo discrimine. Deinde illa gratia sacramentalis collata fuit per Christi merita: ergo sublato peccati obice, iterum Christi merita illam caussant gratiam, non secus ac meritum nostrum condignum caussat gratiam illi respondentem. (*z*)

527 Neinc 1.° reviviscit pariter gratia, extra Sacramentum merito congruo contritionis comparata. Nam pro ea eadem militat ratio, ac pro gratia sacramentali. 2.° reviviscunt cum gratia omnes virtutes infusae cum pristina ipsarum intensione. Nam virtutes sectantur gratiam quantum ad infusionem & intensionem: ergo & quantum ad perfectam reviviscentiam. 3.° non reviviscunt ex natura rei pristinae virtutes adquisitae. Quia nec deperduntur in poenam peccati, nec adquiruntur actuum merito, sed exercitio, pereuntque contrario virtutum usu. Et experentia quidem discimus, post

(*u*) Lect. 3. in ep. ad Hebr. ex c. 6. 10.

(*x*) In ipsum locum.

(*y*) Recolendi proxime laudati *Suar.* d. 2. n. 3. & 25. & deinceps, *Vazq.* a n. 59. *Rip.* d. 91. a n. 61. *Ovied.* contr. 6. n. 38.

(*z*) Adstipulantur citt. *Ovie.* n. 68. cum *Suar. Val. Bann. Sot.* &c. contra Vaz. Moncae. &c.

justificationem non redire pristinam facilitatem ad actus virtutum. (a)

CAPUT SECUNDUM

Pertinentia ad Meritum comparate ad personam Merentem.

§. I.

Conditiones in Merente necessariae.

528 QUAESTIO I. An, & quo jure requiratur in Merente status Viatoris? ADSERO 1. Requiritur. Quia ex *Joan.* 9. *Venit nox, quando nemo potest operari*, ideft cum merito (b). Etenim ille dicitur status viae, in quo actibus bonis, & malis proposita est retributio; ad meritum vero & demeritum requiritur status, in quo proposita sit retributio; ergo requiritur status viae. 11. Non requiritur simpliciter, vel ex natura rei, sed tantum ex praesente Dei lege (c). Quia nullum est adtributum intrinsecum statui beatifico, cui per se repugnet ratio meriti, praesertim quum coelites multos actus libere exserceant in Dei obsequium. Et Christus quidem in via comprehensor merebatur, ac etiam Deipara.

529 QUAESTIO II. Num & quo pacto requiratur status gratiae? ADSERO 1. Requiritur ad meritum condignum gloriae. *TT.* omnes sine lite. Colligitur ex *sacris Literis* ubi docent vitam aeternam esse hereditatem filiorum Dei, e. c. *Rom.* 8. 17. *Coloss.* 3. 24. *Hebr.* 1. 14. & 1. *Petr.* 1. 4. Tum ex proscriptione thesium vulgo Bajanarum (d) Porro sine gratia vel homo peccator est, & nequit tum simul habere reatum poenae aeternae, ac jus ad aeternam vitam; vel est in natura pura, & nequit tum actus naturalis supernum praemium promereri, quum sint in ordine prorsus diverso. Adde, nihil, absente gratia, supereſſe, quod aut personam, aut ab ea productum meritum aeterni praemii condignum reddat.
530 11. Ad meritum congruum tum gratiae, tum gloriae, tum cujusvis alterius praemii non requiritur status gratiae (e). Quia enim peccatori multa ab Scripturis, & PP. adtribuuntur merita, ex Christi gratia, quae Deum & possunt movere, & saepe movent ad aliquam retributionem; quin immo istam promisit aliquando Deus peccatorum meritis, quae propterea adpellari solent infallibiliter congrua (f). Nec deinde requiritur status gratiae ad meritum congruum relate ad praemium aliis conferendum. Oppositum enim nulla ratio-

(a) Legito cit. *Rip.* n. 72. Plura nos in hanc rem ad Tom. VIII. ubi de Sacramentis.

(b) Ap. Interpretes cum *Aug.* ibi & *Hieron.* in c. 6. ep. 1. Cor.

(c) Consentiunt *Suar.* de grat. lib. 12. c. 15. *Ovie.* contr. 4. n. 22. *Rhod.* de merito, q. 2. s. 2. &c. contra Vazq. Esp. &c.

(d) Ut puta propositionis XII. & XIII. & XV. & XVII.

(e) Favent *Suar.* cit. c. 34. *Ovie.* cit. n. 16. cum communi contra Scot. Med. &c.

(f) Lege *Vazq.* heic disput. 218. a cap. 2. & deinceps.

ratione probari poteſt (*g*). At vero requiritur ſtatus viae: quamobrem coelites nec ſibi, nec aliis merentur congrue. (*h*)

OBJECTIONES.

531 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Non requiritur ſtatus gratiae ad meritum condignum gloriae. Nam 1.° ex *Matth.* 19. per tò *ſi vis ad vitam ingredi, ſerva mandata*, promittitur vita aeterna obedientiae legis, quin ulla occurat mentio de adoptione per gratiam. 2.° ex *Act.* 10. & *Rom.* 2. Deus non eſt perſonarum adceptor, ſed gloriam, honoremque tribuit cuicumque operanti bonum: ergo ſola operatio bona, ſeorſum ab ſtatu gratiae, vitam aeternam promeretur. 3.° opus pravum de ſe meretur poenam, quin procedere debeat ex habitu aliquo naturam deſtruente: ergo & bonum opus ſuapte natura meretur praemium, quantumvis ex habitu naturam elevante non procedat. 4.° ex Auguſt. (*i*) lege naturae conſtitutum eſt ut boni beatam, mali miſeram vitam ducant: ergo bonitas operis ſecundum ſe, abſque ullo ad ſtatum gratiae reſpectu habito, aeternam promeretur vitam.

532 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: adoptio per gratiam, ceu conditio neceſſaria ad aeternam vitam, quamvis ibi non explicetur, tacite fertur, ac ſubintelligenda eſt; quemadmodum & fides, de qua pariter ibidem nulla mentio. Ad 2: inculcant Scripturae Deum non eſſe perſonarum adceptorem contra Judaeos, qui putabant ſe ſolos tanquam populum electum a Deo, dilectumque prae ceteris ad regnum divinae gratiae & gloriae pertinere. Adceptor deinde perſonarum is eſt, qui ad qualitatem perſonae non conferentem ad meritum adtendit, non autem qui qualitatem conducentem ad meritum ſpectat: quum itaque vita aeterna ſolis juſtis propoſitum bravium ſit, perſonas non adcipit Deus dum hanc juſtitiae qualitatem in perſonis adtendit.

533 Ad 3. *C. A.* quoniam ut crimini debeatur poena, nulla ſeorſum a crimine exigitur conventio ſeu promiſſio; qui enim alterum laedit, juſtitiam violat, & hoc ipſo, nullius interventu conventionis, ex juſtitia ſatisfacere tenetur. Et *N. Con.* quia ut bono operi merces ex juſtitia debeatur, conventio ulterius, aut promiſſio intercedere debet: at vero Deus non niſi regenitis & adoptatis per gratiam coeleſte regnum pollicitus eſt. Ad 4: ſermonem non inſtituit Auguſt. de vita beata ſupercoeleſti, ſed de beata generatim ſumta: ejuſque ſenſus eſt, lege aeterna conſtitutum eſſe, ut boni bene, ac mali male recipiant; adeo ut qui boni ſint bonitate naturali, naturalem beatitatem nanciſcantur, qui vero boni bonitate ſuperna, ſupernam beatitatem: haec autem ſuperna bonitas ſtatum gratiae neceſſario importat.

534 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Ad meritum congruum requiritur ſtatus gratiae. Nam 1.° ex 1. Cor. 13. non habenti caritatem,

(*g*) Teſte *Ovie.* cit. n. 17. contra Suar. Sot. &c.
(*h*) Conſentit *Suar.* cit. contra Vazq. (*i*) De lib. arb. l. 1. c. 6.

tem, gratiae comitem, nihil prodeſt. 2.° nequit Dei inimicus Deum ſibi facere alicujus boni debitorem; at omne meritum ſecundum gradum ſuum conſtituit debitorem eum, apud quem meretur. 3.° alioqui poſſet peccator mereri congrue ſuam juſtificationem: unde haec eſſet ex operibus, & non omnino gratuita, contra Paullum in Epiſt. ad Rom. per totam.

535 R. N. *Adſ.* Profecto ex *Th.* (*k*) *videtur congruum, ut homini operanti ſecundum ſuam virtutem* (per vires auxiliantis gratiae) *Deus recompenſet ſecundum excellentiam ſuae virtutis*. Et ex *Aug.* nuper laudato (*l*) *quis autem dicat, eum, qui jam caepit credere, ab illo, in quem credidit, nihil mereri?* Ubi primo fidei actui verum meritum in adultis gentilibus adſcribit, ſcilicet congruum. Hoc item pacto dicuntur in Scripturis peccata eleemoſynis redimi, ac id genus alia; congruum enim eſt, ut Deus per haec ſuperna obſequia aliquatenus moveatur ad praemium conferendum. Porro omne meritum fundatur in gratia, ſcilicet vel in ſanctificante, ut condignum; vel in auxiliante, ut congruum. Nec aliud intendit *D. Th.* (*m*)

536 Ad 1. prob: ſenſus Paulli eſt, quod ſine caritate nihil opera valeant per ſe, & proxime, aut condigne ad vitam aeternam, non autem, quod nihil valeant de congruo. Quod ſi ad literam verba Paulli adcipias, nec peccatori aliquid prodeſt orare, nec valet ipſe aliquid impetrare, nec ullatenus ſe ſe ad juſtificationem diſponere: quae plane ac ſimilia nemo unus catholice ſentiens admiſerit. Ad 2: nequit peccator Deum ſibi facere debitorem ex juſtitia, ſecus ex congruentia, & decentia, quae reſpicit, non perſonae conditionem, ſed actionis ſanctitatem & proportionem, ut in ea fundetur. Ad 3. *C. A.* cum *Th. Scot. Ferrar. Bellarm. Mol. Vaz.* ap. & cum *Suar.* (*n*). Nihil enim peculiare obſtat huic merito. Et *N. Con.* Juſtificatio, habita ex merito congruo, utique fundato in priore gratia auxiliante, eſſet gratuita; exinde enim ſolum fieret, ut eſſet gratia pro gratia, ſicuti interdum loquitur *Aug.* (*o*)

537 QUAESTIO III. An, & quo jure praerequiratur in perſona merente fides re ipſa exſiſtens, quam vocant actualem? ADSERO 1. Poteſt infidelis ante fidem mereri congrue; uti patet in exemplis, quae ſibi objicit, nec omnino ſolvit *Delugo* (*p*); quare dici poteſt, fidem non re, ſed vel re, vel in voto eſſe initium ſalutis (*q*). 11. Ad juſtificationem debet ſimpliciter praecedere re ipſa fides, uti conſtat ex *Trid.* (*r*) III. Ut Juſtus exſerceat meritum non requiritur actus fidei, ſed ſufficit illuſtratio ſupernaturalis diverſae ratio-

(*k*) P. 1. 2. q. 114. a. 3.
(*l*) L. de praedeſt. SS. c. 2.
(*m*) P. 1. 2. q. 112. art. 2. ad 1. & q. 114. a. 2. & 3. & alibi.
(*n*) Heic c. 34. n. 3. & c. 37. n. 2.
(*o*) E. c. epiſt. 106. praefat. ad Pſ. 31. & tr. 44. in Joan. = Recolendi in idem argumentum *Suar.* cit. c. 31. n. 1. & 3. & c. 37. a n. 4. & *Vaz.* heic d. 218. c. 1. & 5.
(*p*) In tr. de fide d. 12. ſ. 3.
(*q*) Conſentit *Suar.* in tr. de fide d. 12. ſect. 4.
(*r*) Sess. 6. c. 5. ſqq.

tionis. Quippe juſtus non eſt pejoris conditionis, quam peccator & infidelis. Ac inſuper *Trident.* ubi ex inſtituto agit dogmatice de operibus, per quae juſtus ſuam auget juſtitiam, inter ſingula ſpeciatim requiſita nullam plane ingerit de actu fidei mentionem (*s*) At diminute nimis procederet, ſi neceſſariam reticeret conditionem. (*t*)

§. II.

Vota & conatus perſonae merentis.

538 QUAESTIO I. An pura creatura non modo ſibi, ſed etiam alii poſſit mereri condigne gratiam & gloriam, aut aliquid iis adnexum? NEGO (*u*). Quia nequit quis jus, quod habet ad praemium, in alium transferre, vel donando liberaliter, vel alienando; quum jus iſtud ex Dei ordinatione adfixum ſit perſonae merenti ad propriam ejus gloriam, & gratiam. Quod ſi ipſum transferri fingas, poſtularetur praemium operi non promiſſum. Diximus *pura creatura*, nam ex Chriſti meritis nobis adplicatis confertur ſaepe virtute illorum gratia, cui de condigno reſpondet gloria.

539 QUAESTIO II. An poſſit quis ſibi mereri condigne primam gratiam auxiliatricem, vel ſanctificantem? ADSERO. Neutram poteſt. Non primam, quia nullum omnino meritum praecedere intelligitur primum auxilium, ſcilicet in genere meriti compenſandi, non autem praecompenſati. Non ſecundam; tum quia nequit quis alii mereri condigne remiſſionem peccati lethalis, nec quoad culpam, nec quoad poenam, ex communi (*x*); adeoque nec ſibi; tum quia implicat contradictionem quod opus merens primam gratiam, dignitatem repetat a prima gratia, iſta ſe habente pro priori naturae ad ſe ipſam. Poteſt vero quis mereri congrue primam gratiam habitualem, e. g. per contritionem. (*y*)

540 QUAESTIO III. Num poſſit juſtus mereri condigne finalem in gratia perſeverantiam? NEGO. Et certe non tanquam fide ſanctum; nec enim id clare indicat traditio, nec ullus Scripturae locus; ſed tanquam probabilius, & communius (*z*). Quippe in praeſenti rerum providentia non eſt promiſſa haec perſeverantia bene operantibus, ne unquam ſint deſides in bonis operibus; immo monentur juſti, ut ſemper timeant, uti 1. *Cor.* 10. *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat.* At poſſet in alia rerum pro vidientia; quum poſſet mereri auxilia efficacia uſque ad mortem coelitus miniſtranda; haec enim non ſunt bonum praeſtantius, quam gloria & gratia, quam utique nunc juſtus meretur.

QUAE-

(*s*) Ad Seſſ. 6. c. 16.

(*t*) Conſentit merito cit. *Mun.* d. 26. num. 57. cum *Oxea, Vazq. Rip.* &c. contra Delugo, La Croix l. 2. a n. 14. &c. De iis nos fuſius in theolog. Morali-dogmat. ubi de virtut. theolog.

(*u*) Cum *Suar.* de grat. l. 12. c. 16. cum communi.

(*x*) Cum *Suar.* cit. c. 24.

(*y*) Legito *Mun.* d. 28. a num. 36.

(*z*) Cum *Suar.* c. 26. *Rip.* d. 94. ſ. 1. cum *Th. Gal. Val. Vaz. Bellar, Bec.* &c.

541 QUAESTIO IV. Num juſtus mereatur condigne gratiae augmentum, & conſervationem phyſicam ſub conditione, quod nullum adcedat peccatum gratiam evertens? ADSERO. Meretur augmentum ex *Trid.* (*a*). Quia in opere juſti nihil deeſt ad meritum condignum illius augmenti, nec ex parte operantis, nec ex parte operis. At non meretur ejuſmodi conſervationem; quia gratia juſti, licet nullum ſuperveniat meritum, quandocumque defuerit peccatum, conſervatur a Deo, vel ex Dei lege, vel quia nulla creatura exigit tunc gratiae deſtructionem: ergo ſeorſum ab exſiſtentia primae gratiae, non eſt meritum ad ejuſdem conſervationem. (*b*)

CAPUT TERTIUM.

Pertinentia ad Meritum comparate ad remunerantem Deum.

542 QUAESTIO I. Quo pacto ut meritum ſit condignum requiratur Dei promiſſio & adceptatio tanquam favor extrinſecus in ratione praemii certo conferendi? ADSERO. Non requiritur ut tale ſit meritum adceptabile, ſive in actu primo; ſic enim aequalitatem praefert cum praemio: ſecus vero ut tale ſit meritum adceptatum, vel in actu ſecundo; ſic enim praeter eam aequalitatem, vis quaedam eſt aut energia obligans ad collationem praemii, quae non niſi ab adceptatione ac promiſſione Dei oriri poteſt. Quid autem Deum obliget homo, niſi retributionem ejus merito pollicitus ſit? Ita vero perſpicue adparet, quo jure Deus apud *PP.* cum *Aug.* (*c*) & *Fulgent.* (*d*) *ſit nobis debitor*; & cur deinde actus ſuperni coelitum, & aliorum, qui ſunt extra viam, non ſint merita in actu ſecundo, ſecus in actu primo condigna gratiae & gloriae; quippe quibus divina deeſt adceptatio. (*e*)

OBJECTIONES.

543 Obj. Ut meritum adceptatum vel in actu ſecundo condignum ſit, non requiritur Dei promiſſio & adceptatio. Nam 1.° in humanis filius meretur apud patrem, & ſervus apud dominum abſque promiſſione: ergo haec non includitur ſub ratione meriti apud Deum. 2.° promiſſio non inducit obligationem niſi cognita, & adceptata; at multi condigne merentes aut ignorant, aut poſſunt non adceptare divinam praemii promiſſionem. 3.° mala opera non egent pacto, ut condigne mereantur poenam: ergo nec bona, ut mereantur praemium. 4.° Chriſtus multa dona promeruit antiquis Patribus, citra pactum & promiſſionem. 5.° Dei promiſſio nullum addit operi valorem, quo in ſe melius ac dignius efficiatur opus: ergo ad rationem meriti ſupervacanea eſt. R. N.

(*a*) Seſſ. 6. c. 10. & can. 24. & 32.

(*b*) Favet cit. *Rip.* d. 92. n. 2. contra Suar. c. 26. n. 36.

(*c*) Enarrat. in Pſ. 109. & de verb. Apoſt. ſerm. 158. alias 16.

(*d*) In lib. ad Monimum in prol.

(*e*) Nobiſcum ſunt *Suar.* cit. c. 17. & 18. *Rip.* d. 82. num. 7. cum *Th. Scot. Trid. Moguut.* &c. *Coninch* d. 8. dub. 4. *Pau. a Conc.* heic tr. 14. d. 2. n. 36. *Mun*, d. 29. n. 5. contra Vaz. Moncae. Eſp.

544 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* merentur in iis, quae ex aliis titulis non ſunt debita, *Eſto*: in iis, quae alioqui debeant gratis praeſtare, *N. A.* & *Con.* Deus poteſt millenis titulis a nobis cuncta opera exigere: unde ut haec ſint connexa cum praemio, ad quod Deus obligetur, ſimpliciter neceſſarium eſt aliquod Dei pactum. Ad 2: ut obliget promiſſio, ſatis eſt, ut adceptetur virtute a merente; vel per ſe, vel per alium nomine ipſius, e. g. ab Adamo ut capite humani generis, vel a Chriſto ut glorificatore, vel ab Eccleſia ut matre. Quod ſi quis non adceptet, aut cedat juri, ſibi orto ex divina promiſſione, nulla eſt ceſſio, nam ubi Deus adulti merita coronare decrevit, hoc ipſo tanquam ſupremus Princeps ejuſmodi ceſſionem nullam & invalidam reddit.

245 Ad 3. *N. Con.* Peccatum, quum ſit injuria, hoc ipſo dat parti laeſae jus ad punitionem; at meritum, quum ſit obſequium, quod aliunde multis titulis exigi a Deo poteſt, non dat hoc ipſo jus merenti ad remunerationem. Ad 4: antiquis Patribus conceſſa eſt gratia ob praeviſa Chriſti merita, ex pacto facienda. Ad 5. *N. Con.* Etſi Dei promiſſio opus non efficiat melius; at complet ejus proportionem cum praemio, cui propterea illud reddit condignum, & certo connexum.

546 QUAESTIO II. Num Deus compenſet meritum ex virtute propriae juſtitiae, quam dicunt commutativam? ADFIRMO (*f*). Primum enim ejuſmodi juſtitia eſt in Deo magna perfectio abſque indecentiae umbra. Deinde in meritis noſtris relate ad praemium, totum intervenit, quod ad propriam juris, & juſtitiae rationem exigitur, nam heic eſt *tantum pro tanto*, *pacto firmatum*. Id quod diſerte proſequitur *Compton Carleton* (*g*). Huc adplicanda quae *ſupra* in id ipſum praemiſimus. (*h*)

547 QUAESTIO III. Quo ſenſu dicatur Deus compenſare in coelis meritum ultra condignum? ADSERO 1. Non intelligitur, quod beatis donet omnibus ex pura liberalitate novos gradus gratiae, ac gloriae ſubſtantialis ultra dignitatem omnium meritorum. Quia *reddet unicuique ſecundum opera ejus* ex *Rom.* 2. ideſt generatim non aliter, ac ſecundum menſuram gratiae, & meritorum (*i*). II. Intelligitur, quod Deus communiter & ut plurimum compenſat ultra condignum quoad beatitudinem adcidentalem. Ac inſuper intra latitudinem praemii juſti eſſentialis, utpote non indiviſibilis (uti dici ſolet de pretio rerum in humanis, quod dividitur in ſummum, medium, & infimum) Deus lege ſua taxat merito condigno praemium ſummum ex liberalitate, ſicuti culpae ſupplicium infimum ex miſericordia, illam puniendo e contrario citra condi-

gnum;

(*f*) Cum *Suar.* c. 30. *Mun.* cit. n. 17. *Compt.* tom. 1. d. 35. ſ. 5. n. 1. cum *Bellar. Rayna. Arria. Praep. Pen. a Conc.* cit. num. 39. &c.

(*g*) Proxime cit. n. 6.

(*h*) Ad Tom. II. p. 144. n. 133. & 140.

(*i*) Suffragantur cit. *Suar.* cap. 31. & *Ovie.* cit. contr. 5. n. 86. cum *Merat.* & *Vega.*

gnum; intra cancellos tamen moralis aequalitatis. (k)

548 III. Intelligi debet, quod extra communem ordinem, ex aliquo peculiari titulo confert liberaliter ob quamdam aequitatem, & decentiam novos gradus gloriae essentialis, e. g. Beatis Eucharisticis, ex titulo Unionis adsumptivae, & identicae Christi beatitatis ab ipsis reproductae (l). Non enim est, cur terminos adfigamus Dei liberalitati, quam ipse superefluentem ostendit *Matth.* 20. 13. & *Luc.* 6. 34. Neque vero quod justitia sua remuneret exactissime merita, tollit quominus ejus liberalitas ex specioso quopiam titulo adfluenter superexcedat.

549 Jam vero disputatis hucusque dogmatice & scholastice de merito salutari tractatio antiquaria pro nostro instituto subcedat; qua nempe monumentis sacris, profanisque ejusdem meriti dignitas praeclare commendatur.

(k) Conferendus *Suar.* proxime laud. VIII. ubi de effectu primario Sacramenti
(l) Ex disputandis *inferius* ad Tom. SS. Eucharistiae.

CLASSIS VIII.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *pro Merito theologico.*

E RE MARTYROLOGICA.

1 *Interrogaverunt eam custodes camini (*) mulier, quid quaeris? Respondit Mulier*, mori heic ut vivam & videam *cum filiis meis (**)* Dominum Jesum Christum, *quem infelix Julianus ausus est negare. Tunc ministri praecipitaverunt eam in caminum ignis.*

(*) parati jussu Juliani Augusti ad comburendm christianos quoslibet sacrificare diis abnuentes.

(**) duobus infantulis, quorum unum gerebat in ulnis, alterum trahebat ad manum.

S. MULIER ANONYMA M. invicta, Nicomediae sub Juliano Augusto (ex *Act.* S. Zenonis & Socc. n. 16. ap. Bolland. supra citt. p. 303.)

Bollandianis proxime landatis haec Acta eo praesertim titulo maxime suspecta sunt, quod illud adferant de camino christianis parato; id quippe cum moribus callidissimi Juliani in rebus christianorum, quos humaniter tractare semper adfectavit, conciliari minime potest. Haec illi in comment. praev. n. 7.

Ceterum etsi versipellis Imperator simularet frequentius, velle se cum christianis humaniter, vel potius non inclementer agere, ex iis, quae supra produximus p. 33. sqq; constat autem ab hoc callido proposito saepius incaute defecisse, atque aperta vi christianos esse persequutum: quod instar plurium testantur ap. Theodoret.

doret. in hiſt. eccl. l. 3. c. 15. SS. Juventinus & Maximinus, & iidem Scutarii ac ſtipatores Juliani, quos idem porro, *clementiae larva depoſita*, ut inquit cit. Theodor., *gravibus atque acerbis tormentis excruciatos hac vita privavit*. Ut taceam, propter confeſſionem Chriſti ejuſmodi juſſu tormentis, necique addictos referri Domitium monachum ap. Chronicon Paſchale, Arthemium ducem militum in Aegypto ap. Amm. Marcell. hiſt. l. 22. c. 11. &c.

Sic autem (ut plura mittam, quae videre poſſis ap. *Greg. Nazianz.* orat. 2. & 3. in Julian. *Theodoret.* cit. l. 3. c. 7. & 27. *Sozom.* l. 5. c. 9.) viperinum, quo aeſtuabat Imperator, odium in gentem chriſtianam volens nolens paſſim prodebat.

Ex iis itaque nihil veri plane ſimilius, quam ut Julianus ob conſtantiam in confeſſione Chriſti, quam praeferunt Acta, Zenonis, Paterni ac multo plurium, ferina rabie commotus, de repente extra ſe raptus, clementiae larva depoſita, praeceperit (ex *Act.* n. 14.) *ut jam omnia tormentorum genera ceſſarent, & aut votiva ſacrificia chriſtiani diis offerrent, aut recuſantes ibidem* (in caminum ignis ardentis) *demergerentur*. Ergo ſaltem ex hoc capite, quod Anonymae Martyris noſtrae mirandum facinus ſpectat, neutiquam, me judice, ſuſpecta ſunt, ſed ſincera; eſto ex aliis capitibus interpolationis ſuſpicionem ingerant & mihi; quae tamen modo diſcutere nihil adtinet.

His jam vero pro ſinceritate noſtri documenti praejactis, quis in mirabili Heroinae fortis exemplo propriam non deprehendat rationem meriti in eo ſitam, quod opus bonum poſſit Deum movere ad remunerationem, immo & ipſum promiſſis fideliter ſtantem ſine dubio inducat? Eo maxime quod Anonyma generoſiſſima interventu Martyrii eam remunerationem ceu mercedem, praemium, coronam in coelis habendam intenta mente procurarit? Cuinam nempe haec adſcripſeris abſque proprio merito? Ceteroqui ſiquidem perperam cum Eccleſia univerſa nuncupaveris Martyres Coronamartyrio debita inſignitos a Domino. Subnectere huic exemplo poſſis alia propemodum innumera SS. Martyrum, quorum venerandae Adloquutiones eo expreſſe tendunt, ut *propter coronam gloriae*, quam interventu Martyrii promerere putabant, hoc impigre & conſtantiſſime ſubire pergant. Eorum nonnullos in ſcenam produximus in cit. Adpend. a p. XLII.

2 ... *Porro* inter bona opera ſummum hoc eſſe ac beatiſſimum omnium, *pro Deo mortem ultro oppetere*.

S. SYMEON Epiſc. Seleuciae & Cteſiphontis in Perſide, adhortans eos qui interficiebantur utforti animo eſſent, in cruentiſſima Saporis II. perſequutione, quam *ſupra* memoravimus p. 30. ſqq.,

in urbe regia Perſarum, ut conjicio, an. circ. 341. (ex *Act.* Sancti & Socc. quae deſcripſit Sozomen. hiſt. l. 2. c. 8. ſqq. ſecundum editionem cit. Ruin. p. 636. n. 3.) Recolitur Sancti & Socc. memoria ap. Latinos d. 21. Apr. ap. Menaea Graecorum d. 14. ejuſdem menſis.

Haec plane non modo invicti Symeonis, ſed & priſcorum vulgo Patrum & totius Eccleſiae veteris ſublimis opinio de morte pro Deo ultro ſublata. Hac enim de cauſſa a primis uſque ſeculis Martyres adficiebant honoribus, eorum, quos nunc Sanctos Confeſſores vocamus, memoria penitus intermiſſa. Quod quidem teſtantur Acta perantiqua Martyrum, vel a noſtris oculatis teſtibus excepta, vel magno pecuniarum pretio redemta; eorumque venerationis ac pietatis ergo publica in eccleſiis pene ubique lectio: tum preces publicae, quas fidelium conventus ſuper eorum ſepulcra fundebant: feſta itidem anniverſariis ipſorum conſecrata martyriis: tabulae demum eccleſiaſticae, quas Faſtos, Syllabos, Diptycha, Kalendaria, Martyrologia dixerunt, in memoriam & honorem Martyrum inſtitutae, de quibus plura ad Tom. IV. a p. 208. & ſaepe alias. Quis autem bene ſapiens tanto ſuper cetera, quae pro Deo poſſint homines perpetrare, facinori propriam deneget rationem meriti theologici, ſeu, quod eodem recidit, vim & energiam, quae per ſe ſe Deum moveat ad remunerationem ſupernam?

3 *Si autem Chriſti nomen intemeratum ſervavero* (*) *recipiam ab eo in die judicii* immortalitatis mercedem.

(*) Chriſtum videlicet, quaelibet etiam tormenta perferens, confitendo.

S. Basilius Presb. Ancyranus Julianum Auguſtum adloquens, crudeli martyrio animum praeparans (ex *Act.* Sancti n. 5. Ea citavimus in Adp. p. XVIII.)

Porro qui mercedem immortalitatis ſibi conferendam credebat, meritum ea condignum praemittendum eſſe pro certo habuit.

4 *Nos vero* propter Deum noſtrum, *ut chriſtianos decet*, morimur, *non eum negantes, quoniam ipſe eſt vita noſtra. Quemadmodum ſcriptum eſt* (*) *ut unum Deum adoremus & illi ſoli ſerviamus*; ita enim & facimus.

(*) Deuteron 6. 13.

S. Pherbute V. M. ſorore vidua & ancilla feminis chriſtianis ad martyrium paratis ſociata, Mauptem ſeu magorum pontificem, ac duos magiſtratus, eas tacite adlicientes ad negandum fidem Chriſti, generoſe ac ſapienter adloquens (ex *Act.* quae vulgarunt Bol-

land.

land. ex mſ. cod. latino biblioth. Vaticanae, collato cum mſſ. graecis ejuſdem & Venetae Biblioth. n. 1. Recole Adpend. ad p. XLIX.)

Habes in exemplo Pherbutes & Sociarum praxim egregiam ſacri apophtegmatis, quo mox audivimus ejus fratrem Symeonem Socios adhortantem ut mortem pro fide Chrihi conſtanter ſubirent. Sed & hujuſmodi exemplis paſſim ſcatent Adloquutiones Martyrum; quemadmodum & aliis, quibus & caſtimoniae, & caritatis, & patientiae, & ceterarum fere omnium virtutum uſus, quibus propriam meriti rationem catholice adſcribimus, mirifice commendatur. Sed ea tamen omnia brevitatis ſtudium nos mittere compellit.

E RE LAPIDARIA SACRA.

5 IMP. CAES. FLAVIVS CONS
TANTINVS AVG. PACIS ET
IVSTITIAE CVLTOR. PVB.
QVIETIS FVNDATOR. RELI
GIONIS ET FIDEI AVCTOR
REMISS. VBIQVE TRIB. FINI
TIM. PROVINC. ITER RESTI
TVI FEC. CXIIII. * * *Spatio* 114. *milliariorum*.

In Hiſpania olim, in Via publica vulgo de la plata *prope Emeritam ap. Moraleſium in Chr. Hiſp. t.* 1. *l.* 10. *c.* 34. *fol. verſo* 395.

Cernis in antiquiſſimo ſeculi IV. ineuntis Marmore epitomen plurium, eximiorumque Meritorum Piiſſimo Conſtantino perbrevi elogio inſcriptam. Haec autem ex ſola majorum traditione recenſere videtur laud. *Morales*, quin alium teſtem aut documentum innuat. Ergo ne, inquies, genuinum reputandum hoc Marmor? Porro quod ejus ſtilum ſpectat, ab illa aetate minime alienum videtur. At veri quidem ſimillimum eſt, chriſtianum ejus auctorem conſulto Conſtantinum hujuſmodi praeconiis, ceu illis undequaque digniſſimum exornandum ſuſcepiſſe.

Sed haec tamen quod res fieri potuerit, recte probant, minime vero quod exſequutioni mandata ſit. Quod inſuper nullus, quem viderim, ex adcuratis Inſcriptionum collectoribus hanc exſcriptam tradiderit, ſuſpicionem plane ingerit illam pro genuina vulgo non haberi. Quocirca non niſi in fide Moraleſii, alias ſatis adcurati & critici, hanc illa occupet ſedem.

6 MANDROSA HIC NOMINE OMNIVM GRATIA PLENA. FIDELIS IN $\overline{\text{XPO}}$. EIVS
MANDATA RESERVANS. MARTYRVM OBSEQVIIS DEVOTA TRANSEGI
FALSI SECVLI VITAM. VNIVS VIRI CONSORTIO TER QVINVS CONIVNCTA
PER ANNOS. REDDIDI NVNC $\overline{\text{DNO}}$ RERVM DEBITVM COMMVNEM
OMNIBVS OLIM. QVAE VICXIT ANN. PLM. XXXIII. DP. VIII. KAL.
FEBRVARIAS CONS. AGINANTI FAVSTI V C. *A. C.* 483.

Extra Urbem in S. Paulli via Oſtienſi, olim in pavimento inter 5. *&* 6. *columnam ap. Margarin. p.* VII. *n.* 76; *modo tamen cura & ſtudio Cl. & Eruditiſſimi Abb. Galleti, in clauſtro coenobii, ubi exſcripſi.*

Habes in praeclaro & dogmatico Marmore Matronam pietate insignem, gratia plenam, adimplentem Domini mandata, obsequiis martyrum perpetuo devotam. Certum itaque majoribus nostris fuit divinam legem meritorum exercitio servari posse; quam utique sic a Mandrosa servatam fatentur atque depraedicant. Anne Novatores haec inficiantes, meliora cogitarunt?

Ecquis autem *Aginantus* ille *Faustus* sub cujus *Consulatu* Mandrosa deposita, scilicet an. Ch. 483. ut ibidem adnotat Margarinus? In Fastis Panvinianis adpellatur *Anicius Faustus*. In Lapide Gruteriano sub p. 1067. 5. *Anicius. Acilius. Aginatius. Faustus. V. C. & Inl. Praef. Urbi. Vice. Sacra. Judic.* VI. Subcessiones Petavianae Consulum Romanorum ad eum annum habent, *Faustus solus* vel *post Consul. Trocondi*, qui praecedenti an. 482. Consulatum gesserat cum Severino Juniore coliega. Almeloveenus in suis Fastis scribit *Anicius Faustus = sine collega*. Relandus denique unice *Faustus* adponit. Quod autem Fastos spectat, *quoties* (inquit *Noris.* in ep. consulari pag. olim 475.) *Consul plura cognomina ferebat, postremo tantum in fastis signabatur*. Porro quandoque fallit haec regula: quippe e. c. sub an. 146. Claudium Severum nonnulli fasti Claudium dicunt, alii Severum: sub 221. Gratus Sabinianus in iis Gratus nuncupatur, in illis Sabinianus: sub 226. aliqui Alexandrum dicunt, quem alii Severum: sub 238. eundem modo Pontianum adpellant, modo Proculum: nihilo tamen secius adductus a Norisio canon plerumque apud fastos observari consuevit. Quocirca nihil prohibet, quominus Faustus Consul, quem *Aginantum* praenominat Lapis noster, & Gruterianus *Anicium* &c. idem cum eo sit, quem unice *Faustum* laudati fasti dixerunt, quibus praeiverant *Marcellinus*, *Laterculus Colbertinus*, *Chronicon Alexandrinum*. Confer praefationem consularem *Hadriani Relandi* praefixam commentario *Petri Relandi* fratris de fast. consular.

Quodnam autem praenomen Fausti, *Aginantus* ne, secundum nostrum Lapidem, aut *Aginatius*, secundum Gruterianum; adeo ut hoc vel illud corrigendum sit, Eruditi divinent.

Hunc itidem Faustum Consulem retulit alius Lapis apud cit. *Gruter.* p. 1062. 5. Mirari exinde subit, tria haec saxa Consularia reticuisse *Muratorium* in Classe v. Consulari ad an. 483.

Ad eum ipsum, Urbis Senatorem, una cum Symmacho, exstat epistola XXXI. *Alcimi Aviti* Viennensis Episcopi ap. Bibl. PP. Lugd. t. 9. p. 576. sq. Tum inter epistolas *Ennodii* Episcopi Ticinensis frequens occurrit nomen Fausti; ejusque Consulatus, Quaestura, Praefectura, Patriciatus variis in locis commemorantur. Hic vero fortasse *Faustus junior* est, Consulatu functus an. 490. cum Longino; ejusque pariter meminerunt Lapides ap. *Reines.* p. 913. n. LXVI. *Fleet vv.* p. 494. *Murat.* p. 414. 2. tum authentica quaedam donatio anni 491. ap. *Mabill.* in supplem. rei dipl. p. 89. quae sic ha-

habet, *P. C. Flavii Fausti junioris*; hoc est anno proximo post Consulatum Flavii. Legito *Sirmondum* in nota (*a*) ad epistolam 3. Ennodii.

De hoc Fausto juniore monet nos *Relandus* ad an. 490. Almeloveenum conjicere, quod ille fuerit, qui *Aginantius Faustus* dicitur in vet. Inscript. Hallucinatus tamen est Reland; haec enim conjicit Almeloveenus nobiscum de Fausto I. Consule absque collega, non de Fausto II. Juniore, quemadmodum patet ad evidentiam unicuique legenti Almeloveenum in Anicio Fausto V. C. p. 281. sq.

Ex iis tamen omnibus id certum eruas: in re subobscura nos & cetteros hoc in capite laudatos non nisi conjectando adserta nostra proposuisse. Quod si *Aginantus* ille nostri Marmoris sit Faustus Junior, illius aetas ad an. 490. revocanda est.

7

HIC REQVEISCIT IN PACE
BEATAE. MEMORIAE
EVSEBIA. SACRA. DNO
PVELLA. CVIVS. PROBA
BILIS * VITA. INSTAR
SAPIENTIVM PVELLA
RVM SPONSVM EMERVIT
HABERE XPM
CVM QVO . . .

* Hoc est *virtutum meritis probatissima*.

Aostae in Delphinatu Galliae ap. Maffei. de antiq. Gall. ep. 20. n. VII. p. 97.

Adlusisse videtur Author Epigrammatis ad eam parabolam ex *Matth.* 25. 7. sqq. de Virginibus prudentibus, quae quum lampades suas oleo, seu merito virtutum ornassent, ad virgineas cum Sponso Christo adveniente nuptias admissae sunt.

8

IN HOC TOMOLO QVIESCIT IN PACE
BONAE MEMORIAE FAMOLA DEI
DVLCITIA SANC MORIBVS OPTIMIS
VOLVNTATE DI . . . CHARITATE
LARGISSIMA QVAE VIXIT PLVS
MENVS. ANN. XXXV. OBIIT
IN PACE NON KAL MAIAS
X. P. C. BASILI. V. C. CONS
INDICTIONE QVARTA DECIMA — *A. C. 551.*

Viennae Delphin. in eccl. PP. Dominicanorum ap. ipsum Maffei. epist. 20. n. XXV. p. 102.

Advertis, nullo monente, laudari heic Dulcitiam a sanctis moribus, & a profusissima erga pauperes, aut miseros caritate.

In Annum 1. post Consulatum Basilii junioris V. C. nempe an. 542. incidit Indictio V. atque adeo in annum x. post Consulatum Basilii, seu 551. incidit Indictio XIV. Ita quidem rem ut certam praemittimus cum Interpretibus fastorum Consularium, quibus adcedere visus est *Fleetvvood* p. 515. laudatus a *Reland.* in fast. ad an. 548. Adcurate igitur nostro inscribitur Marmori annus 551.

B O-

9 BONIFA ☩ MNHMION

Η ΤΩΝ ΠΟΛΩΝ ΘΛΙΨΕΩΝ ΥΠΩΜΟΝΗ ΕΛΠΙΔΑ
ϹΩΤΗΡΙΑϹ ΚΑΤΕΡΓΑΖΕΤΕ ΠΑϹΙΝ ΟΥΝΗΜΙΝ ΤΟΙϹ ΗΟ
ΘΟΥϹΙΝ ΖΩΗϹ ΑΙΩΝΙΟΥ ΤΥΧΙΝ ΠΡΟϹΚΙϹΘΩ ΚΑΙ Η ΤΗϹ
ΥΠΟΜΟΝΗϹ ΠΡΑΞΙϹ ΔΙ ΗϹ Κ, ΠΟΛΛΟΙ ΖΩΗϹ ΟΥΡΑΝΙΟΥ ΕΤΥΧΟΝ
ΟΘΕΝ ΚΑΤΩ Ο ΠΑΜΠΑΝ ΑΜΑΡΤΩΛΟϹ ΗΥΞΑΜΗΝ ΤΟΥ ΒΙΟΥ
ΤΟΥΤΟΥ ΤΗΝ ΠΑΡΟΙΚΙΑΝ ΑΔΙΟΝ ΕΚΦΥΓΙΝ Κ, ΤΕ ΕΥΞΑ
ΜΕΝΟϹ ΤΟΥΤΟΥ ΕΤΥΧΟΝ ΜΑΤΗΝ ΕΚ ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΕΠΙ ΤΗΝ
ΑΙΚΑΙΩϹΥΝΗΝ ΜΕΤΑΒΟΛΗΝΑΙ Ο ΠΑΝΤΟϹ ΤΟΙΝΥΝ ΤΟΥ
ΑΝΕϹΘΗΤΟΥ ΒΙΟΥ ΗΤΟΙΜΑ ΕΔΟΘΗΤΩ ΜΕΤΑ ΤΗϹ ΕΝ ΧΡΩ
ϹΥΝΔΟΥΛΗϹ ΜΟΥ Κ, ΤΙϹ ΤΑΥΤΑΤΗϹ ΜΟΥ ΜΗΤΡΟϹ ☩

Videlicet

Bonifae Monumentum

Multarum tribulationum tolerantia ſpem ſalutis operatur. Omnibus igitur nobis aeternae vitae conſequutionem optantibus adhaereat etiam patientiae exſercitium; propter quam & multi vitam coeleſtem conſequuti ſunt. Unde ego (heic jacens) admodum peccator, precatus ſum vitae hujus incolatum obliquum effugere, & hoc precatus adſequutus ſum gratis e vita in juſtitiae ſtatum tranſmigrare. Univerſae igitur habetis vitae delictum. Condonetur cum conſerva mihi in Chriſto, & patientiſſima mea Matre.

Catanae effoſſus eſt hic Titulus an. 1766. latine in hunc modum verſus a V. C. Franc. Tardia, ap. Gabrielem L. Caſtellum in nova collect. veter. Inſcript. Siciliae, edita an. 1769. in claſſ. 17. num. 13. p. 243. ſq.

Clarum hunc Collectorem conſulito in expoſitione perantiqui & dogmatici Epigrammatis, quod veram meriti rationem exſercitio ſupernarum virtutum adeo manifeſte adtribuit.

10 PANDE TVAS PARADISE FORES SEDEMQVE BEATAM
ANDREAE MERITVM SVSCIPE PONTIFICIS
. . . . . .
NVMQVAM DE MANIBVS TIBI LEX DIVINA RECESSIT
ELOQVIVM DOMINI VIXIT IN ORE TVO *&c.* *A. C.* 529.

Cajetae, uti ſupra ad Tom. IV. p. 405. n. 3.

11 HOC AVGVSTE QVIDEM . . . . . ;
. . . .
DEVOTVS DOMINO VIXISTI CORDE FIDELI
PRESBYTERI OFFICIVM SVB PIETATE GERENS
LARGVS PAVPERIBVS DIVES TIBI CARVS AMICVS
DIVINA LEGIS JVSSA VERENDA COLENS *&c.*

Romae olim in coemeterio S. Traſonis & Saturnini ap. Murat. p. 1834. 2. *ex Sirmondo.*

Poſſunt itaque rurſum ex priſca traditione obſervari ab hominibus juſſa ſeu mandata divinae legis; & magno quidem cum apud Deum, tum apud homines merito. THEO-

12 THEODORA QVE VIXIT ANNOS XXI M VII.
D XXIIII IN PACE EST BISOMV
AMPLIFICAM SEQVITVR VITAM DVM CASTA AFRODITE FECIT AD ASTR
A VIAM CHRISTI MODO GAVDET IN AVLA RESTITIT HAEC MVNDO
SEMPER CAELESTIA QVAERENS OPTIMA SERVATRIX LEGIS FIDEIQVE
MAGISTRA ♈ DEDIT EGREGIAM SANCTIS PER SECVLA MENTEM INDE ♈ EXIMIOS PARADISI
REGNAT ODORES ♌ TEMPORE CONTINVO VERNANT VBI GRAMINA RIVIS
EXPECTATQVE DEVM SVPERAS QVO SVRGAT AD AVRAS HOC POSY... PVS TVMVLO
MORTALIA LINQVENS FVNDAVITQVE LOCVM CONIVNX EVAC... IANS
DEP. DIE.....
ANTONIO ET SYACRIO CON *A. C.* 382.

Romae in hortis coenobii S. Laurentii extra muros ap. Donat. in ſupplem. Murat. t. 1. *pag.* 188. 1. *e ſchedis Stoſchianis.*

Titulum valde mutilum, & variantem, ſuiſque ut par eſt, uſitata methodo carminibus diſtinctum, dederat *Gruter.* ad p. 1177. 5. ex membranis Bibliothecae Palatinae, de quibus fuſe diſſeruimus ſupra in Tom. IV. a p. 199. ubi de cultu Sanctorum. Quin & ipſum exhibuerat *Spon.* in itinere t. 3. p. 13.

Quanta ſane Tituli energia pro dogmate confirmando! Ea legenti ſe ſe ad evidentiam prodit. Nec ab ea quidem ſatis unquam ſe expedient, qui nolunt legem ſervari poſſe, & bona opera ad obtinendum paradiſum neceſſaria exigi.

Dicitur heic de Theodora *eſt biſomu*, videlicet depoſita eſt in biſomo, ſeu loculo, qui duo corpora capiebat; biſomum quippe ſeu diſomon graece eſt ſepulcrum duorum corporum, triſomon trium, tetriſomon quatuor. Antiqui ſiquidem tametſi plura ſimul corpora eidem tumulo inferrent, alterum tamen nunquam alteri ſubſternebant, ſed ita collocanda curabant, ut ſibi invicem ordine ſubcederent, & loco diſcreta reſponderent. Id quod Chriſtiani praeſertim religioni duxiſſe videntur jam a primis temporibus.

Quippe *Couc. Antiſiodorenſe* ſub an. 578. can. 15. praeſcripſit, *non licet mortuum ſuper mortuum poni*, idemque an. 589. confirmavit *Matiſconenſe* II. can. 17. ap. Harduin. in collect. CC. t. 3. ad eos annos; ac ſerius *S. Bonifacius* Archiep. Mogunt. in ſtatutis cap. 19. ap. Dacher. in ſpicil. t. 9. p. 65. Quin & *S. Gregorius* l. 3. dial. c. 23. col. 332. edit. Maurinae videtur ejuſdem moris tanquam vulgo adcepti meminiſſe. Quod ſi ad teſtimonia Lapidum huic noſtro ſimilium deveniamus, haec propemodum innumera, ferentia *biſomum*, *triſomum*, aut *quadriſomum* recenſere licet. Nonnulla inſtar plurium dabunt *Reines.* claſſ. 20 n. 40. 43. 289. &c. *Gruter.* p. 1053. 7. *Fabrett.* cap. 8. p. 571. n. LI. *Boldet.* p. 286. ſq. *Cangius* in gloſſar. lat. art. *biſomus* & *triſomus* & *quadriſomus*, *Guther.* de jure vet. Pontif. t. 24. *Aringh.* in Roma ſubt. l. 1. c. 26. n. 21. p. 139. ſq. Conf. *Salmaſ.* in plinianis exercit. in polyhiſtora C. Jul. Solini t. 2. p. 1203. ſqq. ad pag. 86. ubi de Cyri Sepulcro.

HOC

13 HOC MEMBRA POST VLTIMA TEGVNTVR FATA SEPVLCRO
BEATAE THEODLECHELDIS INTEMERATAE VIRGINIS
GENERE NOBILIS MERITIS FVLGENS STRENVA MORIBVS
FLAGRAVIT IN DOGMATE ALMO *A. C. circ. 662.*

In Istro parthenone Suessionensis dioeceseos apud Gallos in parte antica marmorei Tituli Theodlecheldis Abbatissae primae ipsius parthenonis ap. Mabillon. in annal. ord. Benedictini t. 1. l. 15. n. 4. p. 456. ad an. 660.

14
LIMINE VIRGINEO HIC SPLENDIDA MEMBRA QVIESCVNT
INSIGNES ANIMAS CASTIS VELAMINE SACRO
CRINIBVS IMPOSITO CAELVM PETIERE SORORES
INNOCVAE VITAE MERITIS OPERVMQVE BONORVM
ZOXIA VINCENTES CHRISTO IVVANTE VENENA
INVISI ANGVIS PALMAM TENVERE PERENNEM
SPIDE CALCATO SPONSI VIRTVTE TRIVMPHANT

LAETANTVRQVE SIMVL PACATAE IN SECVLA MISSAE
VICTIS CARNIS VITIIS SAEVOQVE DRACONE
OBLVCTANTE DIV SVBIGVNT DVRISSIMA BELLA
ZAM CVNCTIS EXVTA MALIS HIC CORPORA CONDVNT
HANTVS AMOR TENVIT SEMPER SVB LVCE SACRATVS
INVNGERET VT TVMVLO SANCTARVM MEMBRA SORORVM
PLVVS QVAS MATRIS MVNDO EMISERAT VNA

FLORIBVS ET VARIIS OPERVM GEMMISQVE NITENTES
LVCIS PERPETVAE MAGNO POTIVNTVR HONORE
SDVENTVM SPONSI NVNC PRAESTOLARI IVBENTVR
CESTE SACRA DOMINO COMPTAE DONANTE BEATAE
IMMORTALE DECVS NVMEROSA PROLE PARENTES
PETERNO REGI FIDEM PIETATE SACRARVNT

SD CAELVM MITTET PARITER DOMVS VNA SEPVLCRI
ZIRIFICO GENITRIX FOETV QVAE QVATVOR AGNAS
ROTVLIT ELECTAS CLARIS QVAE QVATVOR ASTRIS
MICVIT CASTO DONO COMITANTE MARIA
LAETATVR GAVDENS GERMANIS SEPTA PVELLIS
INGRESSA TEMPLVM DOMINI VENERABILE MVNVS
CCIPIVNT DVROS QVONIAM VICERE LABORES

NOMINA SANCTARVM LECTOR SI FORTE REQVIRIS
EX OMNI VERSV TE LITERA PRIMA DOCEBIT
HVNC POSVIT TITVLVM NEPTIS TAVRINA SACRATVM

Vercellis in Cathedrali ap. Murat. p. 1903. n. 5. ex Francisco Rogerio Canonico Vercellensi.

Conjectat *Murat.* ex nominibus sororum Virginum ac fortasse Martyrum, eas, subindeque praeclarum Titulum ad IV. aut V. Chr. seculum pertinere. Mihi vero ejusdem stilum, seriem, & reliqua adjuncta expendenti verisimilius videtur ad tempora longe recentiora referendum esse. Nec enim in iis sequioris aevi aetatibus non occurrunt interdum virorum & feminarum praenomina a seculis

culis remotiſſimis deſumta, e. c. *Camillus* de Lellis, *Caeſar* Baronius &c.

Vides jam hoc Titulo egregie comprobata plura dogmata; nempe de ſalutari & ſupernaturali bonorum operum merito, de coelo empyreo, de virginitate Deo grata, de laudabilitate patientiae, conſtantiae, innocentiae, pluriumque Virtutum.

14 O FELIX DVM VITA FVIT QVAM DI . . . MARITO
. . . .
VRBICA SVBTRAHERIS CVNCTIS DEFLENDA PROPINQ . . .
REDDITA PRO MERITIS CAELESTIA REGNA RETENTA &c.

Romae, uti ſupra ad Tom. IV. p. 406. *n.* 5.

15 *Aete*RNA DOMVS. IN QVA NVNC IPSA SECVRA QVIESCIS
. . . . .
. . . SANCTIS PRO MERITIS ET OPERA TANTA
. . . . .
. . . . SED PRO FACTIS AD ALTA VOCARIS
. . . . .
. . . . D. N. CL. IVLIANI. AVG. IIII. ET. FL. SALLVSTI. CON. *A.C.* 363.
. . . . .

Apud Cl. Fabrettum, uti ſupra ad cit. Tom. IV. *p.* 410. *n.* 17. *ubi ſpecioſiſſimum Epigramma integrum tradidimus.*

Hoc autem Conſulare quum ſit, fugiſſe miramur Relandum ad an. 363. & Muratorium in claſſe v. Conſulari ad ipſum annum.

Jam vero ex duobus iis poſtremis Titulis meridiano ſole clarius eſt, in vulgatiſſima Majorum noſtrorum ſententia propter merita bonorum operum, aut illorum virtute retribui eorundam authoribus aeternam vitam.

His merito adnecti poſſent Epitaphia a ſeculo v. ac deinceps uſque ad x. viris feminiſque aliquot ſanctitatis nomine conſpicuis dicata ap. Collectores inſcriptionum & alios cum *Ughell. Mabillon.* &c. in quibus nempe ſancta illorum merita, hoc eſt pia opera, geſta, virtutes profuſis interdum laudibus efferuntur, tanquam verae ſanctimoniae fructus, ſignaque indubia, atque coeleſtibus obtinendis gaudiis oppido neceſſaria in adultis.

E RE LAPIDARIA PROFANA.

Illuſtrandae more noſtro CONCORDIAE FIDEI ET RATIONIS pro ſancto dogmate perpauca heic proferimus ſpecimina meritorum profanae gentis, quibus haec videlicet inſtitutis, erectiſque Votis, Aris, Luſtrationibus, aliiſque id genus monumentis pro certo habebat Deos oppido demerere ſuos; quemadmodum praemonuimus ad p. 391. ſq. quae recolere non pigeat. De Votis ergo, Templis, Aris, Sacrificiis, tanquam de potiſſimis eorum exiſtimatione meritis nonnihil hoc Capite delibanda duximus.

16 *Vota.*

DEO . AETERNO
SACRVM
L. POMPONIVS
FVNDANVS
CVM SVIS. OMNI
BVS. VOTVM. L.
SOLVIT Φ Φ

Valentiae Edetanorum apud Hiſpanos, uti ſupra ad Tom. II. p. III. *n.* 4.

17

DBO TVTELAE AEMILIVS SEVERIA
NVS MIMOGRAPHVS POSVIT

Tarraconę, antiquiſſima juxta ac nobiliſſima Hiſpaniae urbe in Provincia Cataloniae, uti ſupra in cit. Tom. p. 34. *n.* 4.

18

PROVIDENTIAE DEORUM.

Ro-

Romae olim, uti ſupra in eodem Tomo p. 286. n. 21.

In ejuſmodi Saxa Votiva paſſim incurres apud Muſea profana, & collectores Lapidum ethnicorum. De votis id genus plura, & adcurate quidem *Thomaſin.* in comment. de donariis.

Templa.

19



Iconiz ap. Murat. p. 128. 2. mittente Bimardo.

Quemadmodum hoc deo Apollini, ita & reliqua ethnicorum templa publica cuidam alicui falſo numini ſacra erant. De prima ejuſmodi templorum origine multa diſputant Authores; mihi tamen nihil penitus exploratum. Primum, de quo in ſacro Codice mentio fiat, illud eſt, quod Dagoni idololatria Philiſtaeorum exſtruxerat ex 1. *Reg.* 5. 2. An eo quodpiam antiquius? Porro fama erat ap. *Laërt.* l. 1. ſeg. 112. Epimenidem Cretenſem philoſophum ſeptem Graeciae ſapientibus adnumeratum, primum domos atque agros expiaſſe, delubraque erexiſſe, ipſumque Athenis aedificaſſe *fanum verendarum dearum* *Herodotus* l. 2 hiſt. & *Strabo* l. 1. geogr. primam templorum inventionem Aegyptiis deferunt; alii vero cum *Luciano* de d. Syr. Aſſyriis; e quibus ſubinde templorum conſtructio ad graecos & romanos una cum idololatria propagata ſit, primo apud illos conditore Deucalione, & apud iſtos Jano, ſeu Fano, vel potius Romulo, qui in Urbe a ſe condita ſub an. circ. ante Chriſtum natum 752. monente *Livio* dec. 1. c. 1. Jovi Feretrio templum in Capitolio erexit.

Anne templum aliquod ethnicum, e. c. Beli, quod omnium primum vulgo habetur, ſit quovis alio, vero Deo dicato vetuſtius? Eruditus *Bauierus* in explicat. Mythol. t. 1. l. 3. c. 5. adſeveranter ait, quolibet pagano antiquius fuiſſe templum illud portatile (ut vocant) ſeu Tabernaculum, quod *Exod.* 36. juſſu Domini Moſes extruendum curavit ante an. Mundi 2553. quo ſanctiſſimus Prophe-ta vivere deſiit. (Adcuratam ejus imaginem tradidit praeter alios *Calmet* in dict. bibl. art. *Tabernaculum*.) Quoniam Templum Salomonicum completum & abſolutum ad an. Mundi 3000. quod primum ſub proprio nomine Templi ſolo adfixi atque inhaerentis, Deo O. M. ſacrum legimus, multo recentius illo Beli cuiquam facile videri poteſt.

Verum & de ipſo Moſaico templo ſeu tabernaculo vehementer ambigere licet, num ceteris quibuſque paganis templis antiquitate praeſtiterit. Sicut enim ante legem Moſaicam tot inter Aegyptios obtinuerant ſuperſtitioſi ritus erga falſa numina, e. g. ſacerdotum, ſacrificiorum, victimarum, donorum, quibus ea impenſe colebant, & quos alte animis imbiberant primores Iſraëlitae, qui Aegyptiis pridem convixerant, uti aperte oſtendunt frequentes illorum in deſerto idololatriae; ſic facile & conſequutione ſatis veriſimili opinari poſſumus, jam tum Aegyptios aras pariter ac templa ſuis numinibus erexiſſe.

Inſignis eſt in hanc rem *Chryſoſtomi* locus, qui hom. 6. ad eum Matthaei Evangeliſtae locum *ecce ſtella, quam viderant Magi* &c. ſic differit „ne opineris Deo indignum quod Magi per ſtellam vocentur, „ hoc enim modo omnes Judaeorum ceremonias, omneſque ritus „ & ſacrificia, & purificationes & neomenias & arcam, templum„ que ipſum reprobabis; ſiquidem haec omnia originem a ruditate gentium traxere. Deus enim ob ſalutem deceptorum ſe coli „ paſſus eſt per ea, per quae illi daemones antea coluere, aliquantulum illa in melius inflectens, ut eos paullatim a conſuetudine „ revocaret, & ad philoſophiam altiorem perduceret„ Haec ille, cui magna ex parte adcinere videntur *Theodoret.* ſerm. 7. & *Hieron.* in c. 5. Matthaei & in 4. ad Galat. & epiſt. ad Evagr. aliique. Prae ceteris vero *Joan. Spencerus* de legib. Hebraeor. ritual. t. 2. diſſ. integra 6. a pag. 1885. Aegyptiorum templa ipſo etiam Moſaico Tabernaculo longe antiquiora fuiſſe pluribus, & jure quidem, promovet. Ipſum conferre ne pigeat.

De templis ethnicorum, eorumque antiquitate, varietate, forma, ceteriſque conditionibus plura dabunt *Hoffmann.* & *Morer.* art. *Templum*, *Guther.* de vet. jur. pontif. urbis Romae l. 3. c. 1. ſqq. *Banier* cit. l. 3. c. 5. Ipſorum deinceps mentio in profanis Lapidibus ſatis frequenter occurrit ap. ipſorum Collectores *Smetium*, *Lipſium*, *Gruter.* *Reineſ.* *Fabrett.* *Maffei.* *Murat.* &c. tum in Numis veterum Imperatorum, in quibus effigiata templa ſaepe conſpicimus ap. *Mediobarb.* *Bandur.* alioſque Numographos.

20

ISIS . . . . .
SERAPIS . VESTAE . DIANAE SOMNI . . . .
. . . . . ITEM
DEDICATIONE . TEMPLI . ET . SERAPIS
DEO . . . . . .
. . . ONIBVS . NEMAVSENSIVM . ET . ORNA
MENTA . R . . . SINGVLIS . . . XV . ITA . VT
IN . PVBLICO . VESCERENTVR . DISTRIBVI .
IVSSIT . INQVE . EIVS . DOMVS . &c.

Nec

Nemauſi olim ap. Gruter. p. 84. 1.

Occurrit heic ſollemnis Dedicatio ſeu Conſecratio Templi Iſidis ac Serapidis; plerumque ſiquidem apud profanos Lapides Dedicatio & Conſecratio, quemadmodum & apud chriſtianos, pro uno eodemque religionis exſercitio uſurpantur, quidquid unus vel alter unam diſerte ab alia diſtinguat, e. c. apud *Grut.* p. 12. 1. & p. 14. 16. Porro ex partitione cit. *Gutheri* l. 3. c. 12. varia fuerunt Dedicationum genera conſtituta; aut enim ſacrae vel votivae fuerunt, aut honorariae; publicea ſeu privatae; quippe diis dedicabant urbes, urbium ve moenia, aras, ſigna, vota, areas, theatra, aedes, aediculas, lararia, gymnaſia, amphitheatra, rem familiarem, & reliqua id genus pene omnia: ceteris tamen inter paganos ſumtuoſior, ſollemnior, religioſior, & ſacratior (ſacrificia ſi demas) Templi Dedicatio fuit, perpluribuſque ritibus atque ceremoniis celebrata; putabant enim in ſacratis templis illico & praecipue ſuo praeſidio praeſentes tota majeſtate adeſſe Deos, quibus ea dedicabantur. Quocirca dum ea frequentabant, incredibili quadam reverentia & horrore adficiebantur, adeo ut nec ſocium adloqui, nec mutire, nec hiſcere, nec ſpuere auderent. Heu! pudeat chriſtianum populum electum, & ab ethnica plebe templa Dei digne revereri ediſcat.

Prima omnium quarumcumque Dedicatio, quam ex certo documento noverimus, ad eam revocanda eſt, quam ex *Geneſ.* 28. 18. & 31. 45. & 35. 14 ac 20. Jacob peregit, quum lapidem illum erexit in titulum, ſeu altare, uti legunt nonnulli cum *Hieron.* ac ſuper illum oleo ceu ſancto chriſmate delibutum ſummo Numini ſacrificium obtulit; id quod pluribus ſacri Interpretes in eum locum perſequuntur. Inter ethnicos vero profanam quamlibet Dedicationem e ritibus Aegyptiorum originem duxiſſe, nullus dubito.

De paganis Templorum, & quarumlibet aliarum rerum Dedicationibus, quae paſſim obvia ſunt apud profana Muſea, Antiquarios, Numographos, abunde pertractant *Salmaſ.* in expoſit. duar. Inſcipt. veter. *Van Dale* in ſchediaſm. de conſecr. ethn. *Briſſon.* de formul. & ſollemn. pop. Rom. verbis l. 1. a p. 125. cit. *Guther.* l. 3. fere per tot. *Mazoch.* in mutilum Campani Amphitheatri Titulum, cap. 3. in adjecta diatriba de Dedicat. a p. 79. quibus addendus *Herodianus* hiſt. l. 4. a n. 2. ubi de Conſecrat. Rom. Impp.

21

MARTI GRADIVO TEMPLLVM COMMVNI
VOTO ERECTVM

Hipae apud Hiſpanos, uti ſupra ad praecitatum Tom. II. p. 36. *n.* 9.

Aras.

Arae.

22

ARA . POSITA . ASSTANTE . SACERDOTE . SEX
EREVSINA . SECVNDO . VT . VOVERANT . MA
XIMVS . ET . MAXIMINVS . FIL I . IMP. IMP. COMM
ODO. AVG. PIO. FELICE IIII. ET. VICTORINO. II. COS

SOLI INBICTO MITRE
M . VLPIVS . MAXIMVS . PRAE
POSITVS . TABELLARI
ORVM . ARAM . CVM
SVIS . ORNAMENTIS
ET . BELA . DOMINI
INSIGNIA . HABENTES
N. IIII
VT . VOVERAT . D. D. *A. C.* 183.

Romae olim in aedibus Maffeiorum ap. Gruter. p. 35. 1. *&* 129. 6.

Complures de Ara ethnicorum ritus nos edocet Lapis. Ara quidem ex more ac ſenſu veterum fuit locus quidam purus & ſacer, elevatus e terra, deſtinatus caedendis immolandiſque victimis, fundendiſque precationibus praeparatus. Eruitur haec Arae deſcriptio ex *Varron.* l. 4. de ling. lat. & l. 5. de div. nom. *Jul. Pollux.* l. 1. c. 1. *Iſidor.* etymol. l. 15. c. 4. Exploratum porro eſt ex *Feſto* art. *Altaria*, *Servio* in ecl. 5. & 3. Aeneid. Virg. *Tacit.* l. 2. hiſt. *Arnob.* l. 7. cont. gent. *Auguſtin.* 4. civ. c. 20. abſque ullo dubio Aram & Altare idem omnino fuiſſe apud ethnicos, ac utrumque nomen pro uno eodemque uſurpatum promiſcue. Nihilo ſecius in Lapidibus literatis ex communi, perpetuoque, ni fallor, uſu ſcriptum ubivis repereris *Ara*, nuſpiam *Altare*. Merito ſubinde *Muratorio* p. 129. 9. ſuſpectus eſt Faventinus ille Lapis e Tondutio TEMPLVM ET ALTARE DEAE PALLADI.

Sacram Arae, ſeu Altaris originem jure repetas a Noë Patriarcha, quippe qui ex *Geneſ.* 8. 20. egreſſus ex arca aedificavit altare Domino, ac ſuper illud obtulit holocauſta. Veriſimile quidem eſt primaeva Mundi ſacrificia ex *Gen.* 4. 3. a Cain & Abel fratribus ſuper altare aliquod fuiſſe oblata, ſicut & proxime ſubſequutorum Patriarcharum; at de illis nulla, quod ſciam, alicubi mentio. Profanam vero apud ethnicos originem religioſiſſimis juxta ac ſapientiſſimis Aegyptiis jure adſcribit *Cael. Rhodig.* l. 18. lect. antiq. c. 37. col. m. 1032. poſt *Herodot.* in Euterpe, quibus calculum vulgo ferunt Eruditi cum citt. *Berthald.* c. 7. §. 1. & *Banier* l. 3. c. 6. ferme ſub init.

Jam

Jam vero quod noſtrum ſpectat Lapidem, ſive unus ille fuerit, ſive duplex, praefert in primis Sacerdotem, cujus erat Arae etiam Deo votae Dedicationem peculiari ritu peragere: deinde ornamenta, nempe coronas laneas, quibus aras cingere conſuerant, ac cetera, quae ad ejus decorem, rationemque ſacrificii in ara erant neceſſaria: adde certi generis imagines, in lapideis aris ſcalptas, quae occurrunt plurimae, ut puta genii, corollae, Pegaſi, gryphi, floſculi, leones, corvi, catelli, dii, deae: demum tabellas, habentes inſignia domini, vel dii Solis, cui Ara dedicatur; ſi nempe pro ET BELA cum *Sirmondo* & *Guthero* corrigas fabrile mendum ac legas ET TABELLAS, cujuſmodi occurrunt apud Gruterianas Inſcriptiones p. 110. 3. p. 172. 7. p. 174. 7.

Arae diis aut Imperatoribus, aut heroibus aliis dedicatae apud Antiquarios, Numographos & Muſea occurrunt paſſim. Cetera bene multa eruditionem de Ara ethnica concernentia vide ſis ap. cit. *Rhodig.* l. 6. c. 16. *Guther.* l. 3. c. 6. *Berthald.* in l. integro de Ara, *Bauier* c. 6. *Salmaſ.* in expoſitione ac notis ad Aras Doſiadae.

23

HAEC EST ARA
PRIMOGENITI DEI

Romae olim in Capitolio ap. Suidam in Lexico art. Αὔγουστος ὁ Καῖσαρ. *t.* 1. *p. m.* 377. *ex edit. & verſ. latina Aemilii Porti de an.* 1705.

Audiatur laudatus *Suid.* interprete Porto. „ Auguſtus Caeſar „ facto ſacrificio Pythiam (alias *Pithium Apollinem*) interrogavit, „ quis poſt ipſum imperaturus eſſet; illa vero reſpondit, *me puer* „ *hebraeus diis beatis imperans hanc aedem relinquere & ad orcum re-* „ *dire juſſit: ahi igitur nunc ſilens ab aris noſtris* „ Auguſtus igitur „ ex oraculo egreſſus in Capitolio aram erexit, cui literis latinis „ inſcripſit HAEC EST ARA PRIMOGENITI DEI. „ Suidam haec effatum cum plauſu exſcripſerunt *Niceph.* hiſt. l. 1. c. 17. *Baron.* in adpar. ad Annal. §. 25. *Guther.* proxime cit. l. 3. c. 6. p. 272. & *Petr. Berthaldus* in lib. ſing. de Ara c. 29. §. 1 & 2. ubi haec addit „ Quae „ res anno circiter U. C. 752. eodem quo Chriſtus anno natus eſt, „ fertur contigiſſe; ruente ſcilicet ad exortum tanti luminis ac nu- „ minis Gentilium ſuperſtitione „

Laudatus *Baron.* qui Arae locum adſignat in Capitolio e regione rupis Tarpaejae, ubi nunc proſtat Deiparae Baſilica, dicta ex cauſſa *Ara coeli* titulo nuncupata, iis qui Suidae circa eventum hunc fidem adhibuerunt, adnumerat *Cedrenum* in comp. hiſtoriar. Hic autem ubi agit de hoc eventu p. 182. n. 84. edit. Pariſ. 1647. quin ſuam proferat ſententiam, haec habet „ Euſebius narrat, Auguſtum „ Delphos profectum de ſubceſſuro ſibi oraculum conſuluiſſe; & „ quum vates nihil reſponderet, ſciſcitatum cauſſam cur oraculum

„ con-

„ conticuerit, hoc reſponſum tuliſſe, Me puer hebraeus &c „ Titulum vero Arae ab Auguſto inſcriptum omnino reticet. Miror autem, *Xilandrum* in adnotat. ad hunc Cedreni locum n. 84. p. 10. ad calcem tomi 2. Cedreni, remittere lectorem ad Suidam ubi nos eum protulimus, nec ulterius animadvertere, apud Cedrenum, vel Euſebium deficere Inſcriptionem, quam Suidas recitat, & poſt eum Nicephorus, Cedreno recentior.

Jam vero peroptarem equidem adferret Suidas ſuae narrationi teſtem. Eam quippe, ſi mea me non fallit diligentia, ex veteribus Auguſti biographis teſtatur nullus. Lege *Tit. Livium*, *Sueton. Dionem*, *Luc. Florum*, *Plutarchum*, *Egeſippum*, *Tacitum*, *Solinum*, *Jul. Frontinum*, *Vellei. Paterculum*. *Sext. Aurelium*, *Sext. Rufum*; at in iis quidem omnibus ubi particulatim Auguſti geſta, paſſiones, vota, pietatem referunt, altum videris de oraculo & Ara ſilentium. Adde, difficile credi, tam inſignis Arae palam in Capitolio poſitae aliquando non meminiſſe Juſtinum, Tertullianum, Euſebium, aut alium unum ex vetuſtis Patribus.

Hac quidem de cauſſa *Sam. Baſnag.* in Annal. polit. eccl. ad an. Ch. 1. n. 3. ſqq. t. 1. p. 178. & oraculum & aram ad fabulas in officina recentiorum Graecorum cuſas amandat. Iis praeterea ſubjicit, quod ex *Tullio* l. 2. de divin. n. 116. & *Plutarch.* de orac. Pyrrh. jam Pyrrhi temporibus Apollinis oraculum verſus facere deſierat. Tum quod ea exſtructio Arae cum praefato epigrammate quammaxime Auguſti moribus repugnabat; quippe qui ex *Sueton.* in Aug. c. 93. externas religiones, & judaicam ipſam ſummopere contemnebat.

Ceterum, ut verum fatear, nihil bina haec poſtrema Baſnagii argumenta me movent. Non primum, quia enim & Tullius Auguſto vetuſtior, & eo recentior Plutarchus de vate Apolline loquuti ſunt, prout oracula fudit, non Auguſto & ſub hujus tempora, ſed aliis ac ſub diverſas Tullii ac Plutarchi aetates. Fieri autem quam optime potuit, ut una vice pro re adeo ſingulari reſponſa daret vates ligata oratione, quantumvis frequentius alias aut ſemper ſoluta redderet. Nec deinde ſecundum, nam ſi des illud vatem, Deo adflante & cogente oraculum effudiſſe, ad eum modum, quo Sibyllae praenuntiaſſe myſteria reputantur, plane conſequens eſt, ut Auguſtus adflante itidem & cogente ſupremo Numine, eidem Aram inſcripſerit.

Illud autem de tanta re antiquorum omnium ſilentium, primo eventus teſte *Suida*, X ſub Seculum florente, quem non deterreat? Quod ſi *Euſebius* a Cedreno adductus eventum & oraculum in ea verba retulerit, facile conjectaverim & pariter Inſcriptionem retuliſſe; quam tamen aut Cedrenus idem, aut ejus amanuenſis, aut editor per incuriam omiſerit. Quo ſane lucupletem rei teſtem haberemus.

Ut

Ut ut denique ſit de noſtris & Baſnagianis conjecturis, ſtatuamus oportet, Inſcriptionem adductam, donec ulteriora pro ejus authentia, quam magnopere optarem, documenta adfulgeant, ſaltem inter vehementer ſuſpectas ac dubias reponendam eſſe. Quam tamen ubi de Aris ethnicorum agimus nos conſulto producimus, ut noſtratibus Scriptoribus nihil tale ambigentibus, dubium, quod, ſi liceat, ſolvant, ingeramus. Inde vero ad certos ethnicis Sacrificiis inſcriptos Titulos progredimur.

Sacrificia.

24

Mediolani, uti ſupra in praememorato Tomo II. p. 35. n. 8.

Ectypon iſtud eſt vulgarium & perfrequentium apud profanas gentes Sacrificiorum. Alterum ex peculiaribus; immo & praecipuis adnectere illis juvat.

25

TAVROBOLIO MATRIS *Deum* MAgnae *Ideae Diae*
QVOD FACTVM EST EX IMPERIO MATRIS *Diae*
DEVM
PRO SALVTE IMPERATORIS CAES. T*it.* AELI
HADRIANI ANTONINI AVG. PII PP
LIBERORVMQVE EIVS
ET STATVS COLONIAE LVGDVN*enſis*
L. AEMILIVS CARPVS IIIIII VIR AVG*uſtalis* ITEM
DENDROPHORVS
VIRES EXCEPIT ET A VATICANO TRANS
TVLIT ARA ET BVCRANIVM
SVO IMPENDIO CONSACRAVIT
SACERDOTE
Q*uinto* SAMMIO SECVNDO AB XV. VIRIS
OCTABO ET CORONA EXORNATO
CVI SANCTISSIMVS ORDO LVGDVNENS.
PERPETVITATEM SACERDOTI DECREVIT
APP*io* ANNIO ATTILIO BRADVA TI*to* CLOD VIBIO
VARO.COS.
Locus Datus Decreto Decurionum *A. C.* 160.

Lugduni effoſſus in Foro veteri, ſeu Veneris an. 1704. *menſe Decembri ap. Bozium, Clarum Lapidis Interpretem in tom.* 2. *monumentor. Reg. Academiae Paris. Inſcript. p.* 475. *ſqq.*

Habes ſub nomine *Taurobolii* Cybele Matri Deum ſacri, inter cetera quaeque Paganiſmi ſacrificia ſuis oblata diis peculiariſſimum, utpote in mactato Tauro, ejuſque cruore in expiationem excepto ſpecioſiſſimis ſub ritibus peractum. Videlicet qui Taurobolio conſecrandus & expiandus eſſet, in ſcrobem profundam demittebatur: deinde ſcrobs ipſa ſternebatur tabulis, quae variis pertuſae erant foraminibus: ſuper has praeterea tabulas taurus auratis cornibus immolabatur, ejuſque ſanguis per foramina defluens, a ſubjecto homine oculis, naribus, capite, ore, pectore, ſcapulis, toto denique corpore excipiebatur; iſque hac ratione dicebatur expiari, luſtrarique; adeo ut viginti totos annos purus omnino, mundusque haberetur.

Hujuſce ſacrificii plures antiqui Lapides meminerunt ap. *Gruter.* p. 29. 8. & 10. ſqq. & p. 30. 1. ſqq. *Reineſ.* claſſ. 1. nn. 40. 41. 42. *Guil. Fleetwood.* in ſylloge par. 1. p. 11. ſqq. *Fabrett.* Inſcript. dom. c. 9. n. 520. ſqq. a p. 665. *Salmaſ.* in Ael. Lamprid. ubi

ubi de Antonino Heliogabalo cap. 7. p. m. 803. ſqq. *Van Dale* in diſſ. de orig. & rit. ſacri Taurobolii ſparſim, *Murat.* p. 30. 2. ſqq. cit. *Bozium* p. 505. Quin & ipſum perſpicue ac eleganter deſcripſit *Prudent.* in perifteph. hym. 14. S. Romani a verſu 1010. ferme ſub fin. innuitque aperte *Ael. Lamprid.* ubi de Heliogabalo c. 7. Matris Deum, inquit, ſacra adcepiſſe, ac *Tauroboliatum* fuiſſe; quo quidem nomine audiebant qui eo expiabantur in ſcrobe, ſanguineo tauri profluvio; necnon *Jul. Firmicus Maternus* l. de error. prof. relig. c. 28. ſub fin. ubi Paganis una cum Taurobolio vehementer improperat *Criobolium*, qno ſacrificio arietum ſanguis immolabatur. Et vero nec *Tertull.* de praeſcript. c. 40. nec *Origen.* l. 6. cont. Celſ. nec *Auguſt.* de civ. l. 7. c. 26. iis ab aliquibus adjecti, quidquam exſerte, me judice, de ſacro Taurobolio adfati ſunt.

Primus ex notis hucuſque Lapidibus hic noſter praefatum ſacrum commemorat, non autem ille de *Aureliana Oppidana*, quem ex Grut. p. 30. 4. retulerunt *Reineſ.* cit. claſ. 1. n. 40 & *Vandal.* cit. c. 1. p. 7. qui nempe deſignat Coſſ. Aprum II. & Pollionem, qui Conſules proceſſerunt an. Ch. 176. Quo circa jam anno 160. quo gerebant Conſulatum Appius Annius Attilius Bradua, & T. Clod. Vibius Varo, Romanis illud inſtitutum fuit. Num & antea jam fuerit longe vel paullo ante praefatum annum? Minime mihi liquet ex certo documento. Perduravit tamen ejus uſus apud ethnicos ut minimum ad uſque an. Ch. 390. quo anno Conſules laudantur Valentinianus Aug. IIII. & Neoterius in Lapide, qui Taurobolium, Crioboliumque perceptum refert ap. *Vandal.* p. 9.

Idem hic *Vandalius* cap. 1. p. 5. ſq. adſerit ſimpliciter, conſulto Gentiles hoc ſacrum mutuatos eſſe a Chriſtianis, vel hos ſaltem eo ritu imitari voluiſſe. Quoniam, ait, inaudierant ſaepe ſaepius Pagani ab Chriſtianis, quam maxime inter illos praedicari myſticam quandam expiationem, liberationem ac regenerationem per ſanguinem Jeſu Chriſti, ipſoſque plurimum in ore habere, ſe ſe ab omni ſceleris macula ejus ſanguine lotos eſſe atque mundatos. Ea propter ethnici ne minori praerogativa ſeu beneficio gaudere viderentur, hoc Taurobolii ſacrum, quo regenerarentur, & ab omnibus emacularentur ſceleribus commenti ſunt. Haec ille; quae quidem ut nudam ominationem & qualemcumque conjecturam admittere non abnuerim; ſcimus enim ex epiſtola *Juliani* Auguſti ad Urſacium & ex aliis teſtimoniis gentem ethnicam complures ritus & mores e Judaeis & Chriſticolis excepiſſe; tum ex laud. *Jul. Firmico*, ac *Tertulliano* in lib. de praeſcript. c. 4. & aliis recentioribus cum *Boter.* hiſt. vel relat. univ. par. 4. l. 1. pluribuſque compilatis a *Lualdo* de propagat. Evangelii in Occidente t. 2. p. 45. daemonem multos noſtrorum Myſteriorum typos ſuo profano cultui inter illos addixiſſe; ac fieri quidem potuit ut hocce cruento ſacro ſe Chriſti Redemtoris aemulum oſtendere contenderit: minime vero ceu firma

adſerta, quum nullo queat firmo comprobari argumento, ita rem eveniſſe.

Taurobolii ſacrum pulcra & perfecta repraeſentat imagine cit. *Boz.* poſt p. 508. Pluribus de eodem diſſerunt citt. *Reineſ. Fleetw. Fabret. Salmaſ. Vandal. Prudent.* laudatus denique *Bozius*, cui tamen cum *Banierio* in explicat. fabul. l. 3. c. 10. in hoc exponendo argumento primas deferre minime auſim. Adde *Guther.* cit. l. 4. c. 19. *Montfouc.* antiq. explic. t. 2. par. 1. l. 3. c. 11. *Spon.* in diſquiſit. antiq. diſſ. 7. p. m. 143. *Pitiſcum* in Lexico Romanar. antiq. art. *Taurobolium* ac reliquos de ſacrificiis Paganorum diſſertatores jamjam indicandos.

Neque vero minus deſipere plerumque viſus eſt Idololatrarum grex in ceteris quibuſque votis, ſacrificiis, hoſtiis, victimis, quas paſſim ſuis numinibus immolavit; ut barbarum illum ac pluſquam ferinum ſilentio obvolvam ritum homines, pueros, virgineſque ma. ctandi. Immenſa Sacrificiorum genera, multaque rituum in quovis genere varietas utramque paginam prolixo calamo adornatam opplereret. Hoc unum pro noſtro inſtituto animadvertiſſe ſufficiat, quod ſacrificia quaelibet, cum de rebus inanimantibus incruenta, tum cruenta de viventibus, primaevam duxerint originem ab iis, quae in exortu mundi Cain & Abel fratres ſummo Conditori obtulerunt ex *Geneſ.* 4. 3. & 4. A quo deinceps inter Idololatras primum ementitis numinibus data, penitus inexploratum; at mihi ſatis veriſimile, a primoribus Idololatriae inventoribus, qui plerumque Chaldaei habiti ſunt.

Porro ſacrificium proprie ſumtum, deſcribi vulgo ſolitum ex *Platone*, hoſtiae donum Deo exhibitum, eſt praecipuus & praecellentiſſimus cujuſque religionis actus; eo etenim quis majori quo poteſt obſequio ſummum Dei erga creaturas dominium ſuſcipit ac proteſtatur: id quod pluribus *infra* perſequimur Tom. VIII. ubi de Sacrificio Euchariſtico. Quum autem Idololatria nihil aliud ſit quam verae Religionis corruptio, quamoptime fieri potuit, ut Pagani veteres rationem ſacrificii a primoribus Patriarchis divinitus adflatis exceptam tum primum violaverint, ac violatam deinceps ſuis poſteris tradiderint. Quod ſi Deo ſacrificia litare ex lege naturae ortum haberet, uti fert plurium opinio cum *Angelico* p. 3. q. 60. ar. 3. ad 5. *Bellarm.* de Miſſa l. 1. c. 20. *Valent.* de Miſſa l. 1. c. 4; nullo quidem Idololatriae parentibus opus fuit exemplo, quod imitaren. tur & profanarent ad ſua inſtituenda ſacrificia. Nonnihil in hanc rem indicavimus *ſupra* ad p. 68.

De Sacrificiis Ethnicorum uberius ediſſerunt cit. *Guther.* l. 4. per tot. *Jo. Guilielm. Stuckius* & *Jo. Saubertus* f. in commentariis inte. gris, *Gyrald.* hiſt. deor. ſyntagm. 17. *Henric. Kippingius* antiq. roman. l. 1. c. 11. & 12. *Pitiſc.* cit. art. *Sacrificium*. *Guil. Choul.* de relig. vet. romanor. *Franzius* & *Cloppenburgius* in ſchola ſacrificiorum

rum patrum, *Banierius* cit. t. 1. l. 3. c. 10. Ejuſmodi demum ſacra paſſim obſervare licet, aut enarrata, aut picta vel efficta, in Lapidibus, Numiſmatis, ceteriſque profanae veterum eruditionis monimentis.

26 Pro Adpendice, ſeu coronide profani capitis illuſtrem juvat proferre locum ex *Actis* ſacris beatiſſimae Afrae Martyris ap. Boll. ad d. 5. Aug. cap. 1. n. 7. ſq. p. 55. Heic itaque S. Hilaria M. Afrae parens, de converſione ad veram fidem ſerio cogitans cum S. Narciſſo colloquens inducitur in haec verba.

„ Dixit ei Narciſſus Epiſcopus... dic ergo culturam tuam. Hilaria reſpondit. Parentes mei genere Cyprii fuerunt & inde venerunt cum ſacris Veneris. Et Venus coli non poteſt niſi ab iis feminis, quae fuerint fornicatae. Ideo ego denique filiam meam ſacris Veneris conſecravi; quaſi Deae Veneri ſervituram & de opere meretricio placituram, in proſtibulo manere permiſi, credens, quod mihi eſſet propitia Venus, ſi filiam meam divinis ejus imitationibus occupaſſem. Nam quanto plures amatores habere potuerit mulier, quae Veneri ſervit, tanto plus Veneri placere poſſe a ſacerdotibus adfirmatur. Audiens haec vir Dei Narciſſus epiſcopus, ingemuit & lacrymas fudit. „ ...

Et jure quidem optimo vehementer ingemiſcere & fontes lacrymarum profundere potuit ſanctus Praeſul, tantam intelligens illius gentis excaecationem. Nihilo tamen ſecius, quod rem noſtram mirum in modum promovet, ex hac genuina Hilariae adloquutione ad evidentiam diſcimus, apud eam, ceteroſque ſuae gentis ſacris Veneris addictos nefanda meretricum facinora, eorum opinione, veram habuiſſe rationem meriti erga profanam Venerem; non ſecus ac eximia eaſtimonia eam certo habet erga verum Deum. Huic conſimilis porro erat Gentilium opinio comparate ad cetera, mox praemiſſa, quibus Deos colebant ſuos, obſequia.

Nec eſt profecto quod nobis quis cum Tillemont. ubi de perſequut. Diocletianea, nota 24. litem intentet ſuper ſinceritate primae Actorum partis de converſione S. Afrae & Socc. quae deſcriptam adloquutionem complectitur. Quia enim, ſi exceperis viſionem quamdam daemonis, ejuſque cum S. Narciſſo colloquia, inſcite ibi manu aliena intruſa, nihil porro eſt quod eam apud Eruditos ſuſpectae fidei reddat; plurimis quippe quantum ad ſubſtantiam rei conſonat antiquae notae mſſ. aliiſque adcurate editis exemplaribus: quin etiam & vetuſtate temporis, & ſimplicitate ſermonis ferme omnino convenit cum altera Actorum parte de paſſione S. Afrae & Socc. criticis omnibus procul dubio ſinceriſſima; quaſi nempe unus idemque fuerit utriuſque partis verus Auctor, eſto fluxu temporis relate ad illam daemonis adparitionem, aliaque minoris momenti adjuncta ab imperito quopiam interpolatus aut vitiatus. Heinc vero Baillet. Actorum Martyrum cen-

censor alias satis rigidus, ad d. 5. Aug. totam partem primam, una demta diaboli adparitione, cum suis adjunctis adoptat, praefatus quidem, eam *absolutae suppositionis non facilem esse convictu*. Eique merito, superatis Tillemontii argutiis, subscribunt Bollandiani oppido consulendi ad d. 5. Aug. in comment. praev. n. 15. sqq. a p. 42.

Quod praeterea descriptam Hilariae adloquutionem spectat, eam ceu penitus legitimam admisit Velserus, percelebris eorumdem Actorum Interpres; adeo ut ex illa tanquam non dubiis conjecturis perspicuum subinferat, Hilariam & Afram Veneris Cypriae sacerdotes fuisse. Dissentire tamen videntur comparate ad hanc subillationem citt. Bolland. n. 27. Quid tum vero? Ad rem nostram parum quidem refert, sacerdotes illae fuerint Veneris, an mancipia, dummodo adloquutioni sinceritas solide adserta sit.

De profanis hactenus. Ad sacra redeamus oportet.

E RE LITURGICA.

27 *Non nostro praesumentes, Pater sancte, merito, sed Domini nostri Jesu Christi Filii tui obedientes imperio, audemus dicere (Pater noster qui es in coelis &c.)* Tum. *Libera nos, omnipotens Deus..... & custodi nos in omni opere bono, perfecta veritas & vera libertas, Deus....*

E Missali Gothico in Missa ad diem Nativitatis D. N. Jesu Christi, in precationibus ante et post orationem Dominicam (ap. *Mabillon.* de Lit. gallic. l. 3. p. 192. col. 2.)

Perspicue heic se se prodit bonorum operum meritum, & longe possibilis obedientia, seu observantia praeceptis Christi Domini debita, ex traditione Majorum nostrorum; secus ac hodierni Protestantes censere, in suo abundantes perquam siniſtro sensu, videantur. Quin etiam ipse Christus Dominus in eadem oratione, qua nos Deum precari jussit, idem sanctum dogma apertissime testatur & comprobat, ubi haec nobis ex animo dicenda injunxit, *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimmittimus debitoribus nostris*: quid enim ratione meriti dignius, magis, magisque necessarium est ad obtinendam a Deo remissionem peccatorum ac sit venia, qua nos inimicos nobis adversantes amplecti protestamur?

Jam vero binae adlatae preces iis respondent, quae in Sacramentario, seu libro Sacramentorum ecclesiae romanae ante & post orationem Dominicam proxime recitantur; quasi adpositae sint, ut ita dicam, in modum prooemii & epilogi in majorem tantae Orationis commendationem. Et priorem quidem ex hisce duabus formulis innuisse videtur *Tertull.* l. de orat. c. 1. & *Cyprian.* de orat. Domin. sub init; clarius tamen *Hieron.* l. 3. cont. Pelagianos, inquiens,

quiens, *ſic docuit Apoſtolos ſuos, ut quotidie in Corporis illius ſacrificio credentes audeant loqui, Pater noſter* &c. Poſteriorem vero, antiquiſſimam quoque, Liturgiographi graeco nomine *Emboliſmum* vocant, hoc eſt interpoſitionem, excreſcentiam, ſuperaugmentum, ap. *Bonam* rer. lit. l. 2. c. 15. n. 2; ea quippe clarius exprimitur a quibus malis liberari poſcamus, a praeteritis nempe, praeſentibus & futuris.

Quam vero priſcus ſit in ſacrificio ſanctiſſimae precationis uſus, facile colligimus e vetuſtiſſimis Patribus, qui ejus diſertis verbis meminerunt. In eorum quippe cenſum revocandi ſunt *Tertullian.* lib. de oratione, qui totus de Miſſae ſacrificio eſt *Pamelio* in ejus expoſitione, *Cypr.* mox laud. ubi inquit, orationi Dominicae praemitti ob reverentiam, praefationem, quae non niſi in ſancto Sacrificio recitabatur, *Cyrill.* Hieroſol. catecheſ. 5. myſtag. *Optat. Mil.* l. 2. cont. Parmen. *Baſil.* & *Chryſoſt.* in liturgiis eorum nomine vulgatis, *Auguſt.* epiſt. 59. ad Paullin. vulgatus *Ambroſ.* de Sacram. l. 6. c. 5. *Caeſar.* Arelat. hom. 12. *Anaſt.* Sinaita ſerm. de ſynaxi, *Gregorius* demum olim l. 7. regeſti epiſt. 64. recens vero l. 9. ep. 12. ſic effatus, *mos Apoſtolorum fuit ut ad ipſam ſolummodo orationem Dominicam oblationis Hoſtiam conſecrarent*; e quibus diſcimus, uſum hunc, quem ſingulae quaeque Liturgiae praeferunt, ex apoſtolica inſtitutione fluxiſſe.

Sed en illico ex adlato Gregorii effato emergit dubium inter Eruditos, quo ſenſu videlicet ipſum S. Doctor conſcripſerit ad Joannem illum Epiſc. Syracuſanum? Mea tamen ſententia id ſolum intendit Gregorius, quod verba indicant exprimuntque: nempe Apoſtolos ſola oratione dominica conſecraſſe Hoſtiam oblationis, quin tamen verba conſecrationis a Chriſto Domino inſtituta, eiſdemque Apoſtolis injuncta ex *Luc.* 22. 19. & 1. *Cor.* 11. 24. ullatenus omitterent. Nec enim ignorare poterat doctiſſimus Pontifex, illis abſentibus prorſus abeſſe ſacrificium. Id ergo ipſe intendit, quod ſacrum facturi Apoſtoli haud aliam precem recitabant praeter orationem dominicam, tum per verba a Chriſto Domino inſtituta panem vinumque conſecrabant: quo circa ad ejus ſenſum tota Miſſae actio, ex inſtituto aut more Apoſtolorum, non niſi orationem dominicam & ſubſequentia verba conſecratoria complexa eſt. Ita & *Bona* rer. lit. l. 1. c. 5. §. 3. tum *Walafr. Honor. Hugo Victor. Guſſanvill. Berno Augienſ.* ap. & eum *Sala* in Bonam cit. Num deinceps Gregoriana haec opinio, quod ſpectat ſolam recitationem precis dominicae in Miſſa Apoſtolica, verum adtingat, tanquam valde alienum ab ſcopo diſſertationis, heic non quaerimus. De iis, aliiſque conſimilibus plura ibidem *Sala*, quem conſule ſis.

Unum opportune adnotaverim, quod nempe ſubcedentibus temporibus oratio dominica poſt conſecrationem recitari conſueverit, ajente *Auguſt.* proxime laud. *quam totam actionem* (Miſſae) *fere omnis*

nis eccleſia dominica oratione concludit: unde plane colligi videtur, primum omnium hujus novi ritus authorem non fuiſſe Gregorium M., ſed alium quempiam hucuſque nondum agnitum.

De divina majeſtate, magnitudine, excellentia, utilitate orationis dominicae multa multi. In pleriſque Latinorum Liturgiis adferri ſolet perbrevis in ſacram precem commentarius. At prae ceteris aeſtimandus videtur quem literis mandavit *Cyprianus* proxime laud; ſummopere commendatus a SS *Hilario* in Matth. can. 5. & *Auguſt.* de correp. & grat. cap. 5. ac ſaepe alias.

28 *Deus . . . concede Filio noſtro famulo tuo* illo, *qui in pauperes tuos tua ſeminat dona, ut verius metat ſuorum operum fructus, & largitatis hodiernae compenſatio iſtius perpetua conferatur . . .*

E LIB. III. SACRAM. ECCL. ROMANAE IN ORAT. AD MISSAS PRO HIS, QUI AGAPE FACIUNT, CELEBRANDAS, NUM. XLVIIII. (ap. laud. *Thomaſ.* t. 6. p. 192. col. 1.)

Eximium pro dogmate documentum Agapes nobis repraeſentat, aut ſollemnia convivia, quibus Majores noſtri a primordiis eccleſiae pauperes reficere in caritatis & commiſerationis ſymbolum conſuerunt. De iis enim ut vulgo frequentatis, pariterque jam in abuſum vergentibus loquitur *Apoſtolus* 1. *Cor.* cap 11. 21. 22. 22. uti ſacri Interpretes commentantur cum *Chryſoſt.* vulgato *Hieron. Auguſt. The phyl.* in ea loca. Varii quidem generis referuntur Agapes. Triplex commemoratur a *Nazianz.* in carm. 10. de diverſis vitae generib. t. 2. oper. p. m. 80. col. 1.

Non epulum natale *adiens cum pluribus, aut quod*
Funereum *eſt, vel quod* connubiale *petens.*

En Agapen *natalitiam, funebrem, connubialem*, quarum prima ſacro ritu celebrabatur in feſtis aut natalitiis Martyrum; altera in funeribus defunctorum; poſtrema in ſollemnibus nuptiis; quibus addendae quae fieri ſolebant in Dedicationibus eccleſiarum, ut reliquae communes & frequentiores, quae e. c. in feſtis ſollemnioribus ſolo titulo chriſtianae caritatis mutuae, largitatiſque erga pauperes in ſacris ſynaxibus aut conventibus agebantur. Et omnes quidem in templis in prima origine, ac plerumque cum Myſteriis Euchariſticis conjunctae; quoniam Chriſtus ipſe pridie quam pateretur poſtremam coenam Agaparum exemplar fecit; uti fert vulgatiſſima Scriptorum opinio, priſcorum dictis innixa, contra *Albaſpinaeum* l. 1. obſervat. 18. p. m. 58., conantem hac via Sacramentarios acatholicos, confundentes Agapes cum SS. Euchariſtia, convellere; ſed hoc tameu minime opus ſupervacaneo auxilio. Non autem diffiteur ibidem Cl. Author, *tempore Apoſtolorum Agapas forte eſſe cum celebratione Euchariſtiae*. Lege *Bingham.* de orig. eccl. vol. 6. l. 15.

6. l. 15. c. 7. §. 6. p. m. 504. ſqq. uſque ad 524. Agunt etiam diſtribute de adſignatis Agapis *Theodoret.* hiſt. eccl. l. 3. c. 14. & de evang. verit. l. 8. ſub fin. vulgatus *Origen.* in Job l. 3. *Paullin.* ep. 33. ad Alethium & in poëmate Natalis XII. verſ. 315. ap. Murat. in anecdot. t. 1. *Gregor.* M. l. 1. regeſt. epiſt. 14. *Chryſoſt.* in ea Paulli verba *oportet & haereſes eſſe*, *Evagr.* hiſt. eccl. l. 2. c. 3. rur. ſumque *Nazianz.* in orat. ad Nyſſen. & in vita Greg. Taumat. De pietate perinſigni, qua primores ſuo tempore fideles agapis intererant, legendus *Tertull.* apol. c. 39. eamque mihi deſcribere tacite videtur coemeterialis Agapae icon vetuſtiſſima, reperta in Romano coemeterio S. Agnetis, quam vide ſis ap. *Aringh.* t. 2. l. 6. c. 27. p. 607. poſtquam de Agapis luculenter diſſeruiſſet.

De ratione temporis, quo fideles peragebant agapas, num ante, vel poſt Euchariſticam Communionem, haec tanquam vero ſimiliora ſtatuimus. Principio nullum in hanc rem hucuſque novimus praeceptum ab Apoſtolis profectum. Heinc in re adiaphora pro varia regionum & eccleſiarum diſciplina varie ritus iſte obſervari conſuevit: immo in eadem interdum eccleſia jam ante, jam poſt epulum Euchariſticum, Agapicum inſtituebatur, uſquedum placuit pene univerſim Eccleſiis, ut illud non niſi a jejunis reciperetur, uti diſcimus ex Conciliis earumdem eccleſiarum, aliiſque pervetuſtis Scriptoribus; e. c. ex *Conc. Carthag.* II. can. 29. *Antiſiodor.* can. 19. *Bracar.* I. can. 16. *Matiſcon.* II. can. 6 *Tolet.* VII. can. 2. *Trullano* can. 74. *Chryſoſt.* hom. 27. in 1. Cor. *Socrat.* hiſt. l. 5. c. 22. *Sozom.* hiſt. l. 7. c. 19. *Nazianz.* orat. XI. de bapt. &c.

Deinde Apoſtolorum diebus ac temporibus proxime inſequutis ante communionem fortaſſe agebantur Agapae in imitationem inſtitutionis Euchariſticae poſt coenam legalem celebratae. Quantum ad tempora Apoſtolorum idem ex Latinis plerique ſentiunt ap. & cum *Eſtio* in 1. Cor. 11. 20. p. m. 403. quibus ex noſtris adhaerent alii Interpretes in eamdem epiſtolam; necnon *Petr. Annat.* in adpar. ad Theol. poſit. l. 3. art. 7. ubi de agap. p. m. 239. tum ex alienis adhaeſerunt *Suicer.* in theſaur. eccl. art. Ἀγάπη, *Dallaeus* de objecto cultus relig. l. 2. c. 19. *Caveus* prim. Chriſt. par. 1. c. 11. Quantum vero ad tempora proxime ſubſequuta, inde ſubinferimus, quod ſaltem in feria V. majoris hebdomadae in memoriam facti Chriſti Inſtitutoris longo annorum tractu permiſſa ſit apud nonnullas eccleſias ſacra Communio non jejunis, ex *Trullano* mox cit.

Praeterea jam ab uſque Seculo III. Chriſtiano ſeu IV. longe frequentius adcedebant fideles jejuni ad ſupercoeleſtem cibum, ob majorem reverentiam, ex praecitatis teſtimoniis, ut perplura mittamus. Atque adeo non niſi poſt ipſam ſacram Communionem agapae frequentabantur.

Sed & ipſae agapae ob ingruentes in eis abuſus ſenſim a baſilicis, aut templis Dei depulſae ſunt, ac demum prorſus interdi-

ctae ab Epiſcopis & Conciliis ſubceſſivis temporibus; adeo ut de Agapis non niſi nomen in hodierna diſciplina reliquum ſit. Quanto vero tempore hae aut illae ipſae ſubſtiterint, haud ſatis exploratum. Earum tanquam alicubi turpi abuſu frequentatarum in templis meminerat *C. Baſileenſe* ſeſſ. 21. Lege *Murat.* in diſquiſit. 2. de agapis ſublatis, poſt anecdota graeca p. 241. ſqq.

Et haec de argumento fertiliſſimo pro noſtro inſtituto ſummis digitis indicaſſe ſufficiat. Qui plura volet, adeat Authores heic laudatos, necnon *Macrum* art. *Agape*, *Bonam* rer. lit. l. 1. c. 1. §. 4. cum notis *Rob. Sala*, tum alios, quos manibus plenis, more ſuo dabit *Cang.* in gloſſ. lat. art. *Agape*, qui tamen pene omnes eiſdem ferme documentis utuntur.

29 .... *Cuſtodi, Domine, cogitationes, opera, ut poſſimus placere in conſpectu tuo, Domine, & perficere voluntatem tuam....*

E VETUSTISSIMO ANTIPHONARIO MS. MONASTERII BENCHORENSIS IN ULTONIA HIBERNIAE PROVINCIA, IN COLLECT. AD SECUNDAM (ap. *Murat.* in anecdotis t. 4. p. 142. col. 2. ex biblioth. Ambroſiana Mediolanenſi.)

Si conjecturis Muratorianis adhaereas, aetatem Codicis ad Seculum VII. revocabis. Ipſe conſulatur p. 121. ſqq.

30 ... *Corda noſtra in opere mandatorum tuorum, te oramus, Domine, cuſtodias. Qui regnas.*

EX EODEM CODICE IN PRECATIONE AD INITIUM NOCTIS (ap. ipſum *Murat.* p. 144. col. 2.)

His ſimilia offerunt ſaepenumero *Liturgiographi* cum laud. *Mabill.* de eodem Miſſali Gothico p. 203. col. 2. & p. 296. col. 1. necnon laud. *Murat.* de Sacramentar. Leoniano p. 346. 376.

E RE DIPLOMATICA.

31 .... *Et ſcriptura teſtante, quodcumque poſſumus, inſtanter operari debemus, quia nulli ad bene operandum craſtinus dies promittitur.... debemus continuis precibus Dominum humiliter exorare, faciemque illius humili confeſſione & congrua prout ipſe dederit, emendatione praevenire, ut .... quatenus eo miſerante.... ad eum.... cum multiplici fructu adminiſtratione noſtrae, juſtitia ſcilicet & pietate, atque humilitate, ſine fine cum eo regnaturi mereamur pervenire....* Lu-

Ludovicus pius in prooemio ſui regii Capitularis (ap. laud. *Carpent.* ejus interpretem ſub notis Tironianis, de quibus nos ſaepe alias, p. 2.)

Quid clarius & illuſtrius ex populari traditione illius aevi pro energia bonorum operum apud Deum ad obtinendam aeterni regni gloriam? His autem paria ſaepe numero piiſſime protulit *Ludovicus* in Capitulari, & in chartis editis a *Carpent.*, praeſertim in charta II. ibid. p. 18. charta VIII. p. 26. charta IX. p. 28. charta XVIII. p. 40. 42. quae conſule ſis = Plura id genus ſegmenta diplomatica adjicienda ſuperſunt; quae tamen brevitatis ſtudio miſſa facimus.

E RE DIPTYCHA.

32



Particula Diptychi Cathedr. Novarienſis Eccleſiae, uti ſupra fuſe ad Tom. IV. *p.* 417. *n.* 32.

En tibi in hocce Diptycho coronam pro exornanda noſtra de merito ſalutari tractatione, auro & cunctis gemmis pretioſiorem —. QVI FIDE ET OPERIBVS VNVM REGEM IN CELIS MERVERVNT HABERE: quam pulcre & efficaciter in rem noſtram! Haec ſedulo expendat hoſtis ſancti Meriti, & mutire deinceps erubeſcat.

Hactenus de Deo fine Virtutibus obtinendo, cui ſoli laus, honor & gloria.

INDICES
ALPHABETICI

ſub Praemonito conſimilibus indicibus praefixo ad Tomum II. pag. 508. huc loci recolendo.

INDEX I.

SANCTORUM DOGMATUM

una cum Ethnicis Sapientibus, Vetuſtis Monumentis, Quaeſtionibus Dogmatico-Scholaſticis & Erroribus.

G

DOGMA I.

GRatiae ſunt, quas vulgo dicunt gratis datas. Pag. 166.

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Quid generatim de hiſce *gratiis*? 166. n. 173. Quid ſpeciatim? 167. n. 179.

DOGMA II.

Gratiae Auxiliantis exſiſtentia certa eſt. 196. Et ipſa quidem efficax eſt, aut ineffícax. 203. ſq.

SAPIENTES ETHNICI
qui comprobant dogma.

Aeſchylus.)
Crito.)
Euriphamus.)
Euripides.)
Hierocles.)(196
Homerus.)
Mar. Aurelius Imp.)
Menander.)
Philemon.)
Plato.)

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma.

Alexandri Martyris Adloquutio . 245
Andeoli M. 244
Baſilii Ancyrani. 245
Charitonis, & Evelpiſti MM. 244
Codex vulgo Leonianus biſ.) 247
Liturgia coptica S. Baſilii.)
Ludovici Pii Placitum. 251
Lud. ejuſdem Charta. 251. ſq.
Martiani M. Adloquutio. 245
Petri M. 244
Sacramentarium Gelaſianum. 249
Theodoti M. Adloquutio. 245

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Quid generatim de ſtatibus naturae humanae in ordine ad gratiam? 190. n. 208. Quid ſpeciatim de ſtatu naturae purae? 191. n. 212. Quid de exſiſtentia gratiae? 196. n. 222. Quae ejus notio? 197. n. 224. Quae indoles? 199. n. 232. Quae partitio? 203. n. 244. Quae diſtributio? 205. n. 254.

Quodnam de gratia efficaci Syſtema I nunc vigens? 212. n. 275. Quodnam II? 218. n. 289. Quodnam III? 222. n. 299. Quodnam IV? 224. n. 301.

Quid generatim ſit gratia ſufficiens, & quotuplex? 231. n. 327. Quae ſingularis & perfecta notio gratiae ſufficientis? 232. n. 330. Num ſufficientia gratiae indigeat fortiori gratia e. c. praedeterminante? 235. n. 338. An per ſe ſe, vel potius ab extrinſeco ſufficiens? 237. n. 344. Num ad ſingulos actus ſalutares neceſſaria? 239. n. 353. An actibus ſalutaribus aeque neceſſaria ſit gratia mentem illuminans ac voluntatem inſpirans? 241. n. 361. Quanta haec neceſſitas? 242. n. 365.

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Adrumetini Monachi.)
Adſceta Marcus.)(183
Ambroſius.)
Ammonius. 179
Annianus Diac. 177

Anonymi Britanni. 184
Arnaldus Anton. 187
Auguſtinus. 183
Bajus Michaël. Calvinus. (185
Caſſianus cum ſuis. 183
Coeleſtius. 179
Chryſoſtomus. Clem. Alexand. (183
Confeſſioniſtae. 184
Cyrillus Alexand. Damaſcenus Joan. Durandus. (183
Evagrius Ponticus Iberita. Euſebius. (177
Euthimius.
Frickius Joan. 188
Gabriel Biel. 183
Gentiles quidam Romani. 176
Gerberonius Gabr. 187
Hieronymus. Hilarius. (183
Hofmannus Melch. 184
Jaegerius Joan. Wolfg. 188
Janſeniani. 187
Janſenius Ep. Ipr. Janſonius Jacob. (186
Jenichen Gottlob. Frideric. 188
Jovinianus. 177
Irenaeus Paul. 187
Iſidorus. 177
Judaei quidam Romani. Judaei alii. (176
Julianus Ep. 179
Jurius Claud. 185
Lerinenſes Monachi. 183
Lubertus Sibrandus. 185
Lutherus. 184
Maſſilienſes Doctores. 183
Molinaeus Carol. 185
Molinoſius Michaël. 187
Mopſueſtenus Theodor. 179
Nazianzenus Gregor. 183
Nicolius, 187
Optatus Milev. 183
Or. Origenes Adamantius. (177
Origeniſtae. 178
Pelagiani. Pelagius. (179
Piceninus Jacob. Piſcator Joan. (185
Praedeſtinatiani vulgati. 183
Praeformatores Pelagianiſmi. 177
Praeformatores Semipelaganiſmi. 183
Queſnellus Paſchas. 188
Raimundus Dionyſ. 187
Ricardus. 183
Rufinus. 179
Sanbovius. De Sancto Amore. (187
Scotus. 183
Semipelagiani. 181
Simonius Ricardus. 189
Sociniani. 184
Sulpicius Severus. 183
Synodus Dordrachena. 185
Thomas. 183
Zeno cum Stoicis. 178
Zinnichius. 187
Zwinglius. 184

DOGMA III.

Gratia ſanctificans vere eſt. 252. Et ejus quidem effectus in juſtificatione impii adulti eſt translatio hominis ab ſtatu injuſti per peccatum mortale perſonale ad ſtatum juſti per gratiam, quae eſt univerſalis juſtitia. 281. Ad hanc vero juſtificationem requiruntur actus ſuperni liberi tanquam diſpoſitiones morales. 282. Ac prae primis fides certa. 283. Nec iſta juſtificatio fit per juſtitiam, quae in Deo fit, nec per imputationem juſtitiae Chriſti, ſed per gratiam heic nobis adſertam. 284. ſq. Haec praeterea, quae multiplici cauſſa gaudet, 289. nec ad operandum bonum neceſſaria eſt, 298. augeri poteſt 289. & amitti, 290. Juſtus demum nequit de ea eſſe certus citra revelationem. 295.

SAPIENTES ETHNICI
qui quomodolibet adumbrant Dogma.

Anonymus Vates. Apulejus. (298
Euripides. Homerus. (297
Ovidius. 298
Perſius. 297
Seneca. 298
Virgilius. 297

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma.

Andeoli M. Adloquutio. Alexandri M. Juſtini M. (300

Mar-

Marci M. & Evangeliſtae . 298
Maximi M.)
Maximi Presb. M.) (299
Miſſale Gallicanum .)
Orationale Gothico-Hiſpanum .) (309
Sacramentarium Gelaſianum . 303
Sacramentarium Gregorianum . 307
Sacramentarium Romanum . 313. 315. 321. 323.

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma .

Gratiae hujus quae notio & indoles? 275. n. 371. Eſt re diſtincta ab habitu caritatis ? 280. n. 390. Ex Chriſti meritis majorem dignitatem ſibi adſciſcit ad conſtituendum hominem Deo gratum ? 281. n. 393. Quid ſit juſtificatio impii ? 281. n. 394. Num ad hanc aliquae praerequirantur diſpoſitiones in adulto ? 282. n. 395. Quid de fide requiſita ? 283. n. 402. Quid de ſpe veniae , & timore divinae vindictae formalibus ? 284. n. 403. Quid de amore Dei & odio peccati? 284. n. 404. Remiſſio peccati venialis ſpectat ne ad formalem gratiae juſtificantis effectum ? 285. n. 408.

Ex alia Dei lege in ſtatu naturae lapſae fieri poteſt nuda peccati gravis remiſſio per condonationem pure extrinſecam? 286. n. 411. Quae gratiae cauſſa ? 289. n. 422. Qui augeatur? *ib.* n. 423. Poteſt amitti ac reviviſcere ? 290. n. 424. Gratia generatim influit efficienter phyſice in actus quoslibet virtutum infuſarum ? 291. n. 429 Illaeſa libertate ſpeciatim influit in actum eliciendum quum urget in praeſentia adimpletio praecepti ? 291. n. 430.

Eſt ne ad operandum neceſſaria ? 294. n. 440. Quid rei ſit perſeverantia in gratia ? 294. n. 441. Quid confirmatio in gratia ? 294. n. 442. Qui juſtus certus eſſe poſſit de juſtitia ſua? 295. n. 443.

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur .

Anglicana Confeſſio .)
Anglicana altera .) 266
Anonymus Pariſienſis . 258
Argentinenſis Confeſſio . 266
Arminiani . 273
Auguſtana Luther. Confeſſio . 266
Bajus Michaël . 270
Baſileenſis Confeſſio . 267
Baſilienſis Confeſſio . 265
Beguardi . 160
Belgica Conf.)
Bohemica Conf.) 266
Bullingerus Joan. Henric. 268
Calviniana Conf. 267
Calvinus Joan. 264
Canzius cum Lutheranis . 262
Comitis Friderici Conf. 266
Confeſſio Generalis .)
Cyrilliana Conf.) 267
Dordrechtana Synodus)
Gallica Conf. 266
Guillelmus vulgo Conſtantienſis . 159
Helvetica Conf. 265
Janſonius Jacob. cum Bajanis . 272
Jovinianus .)
Judaei Rabbini .) 253
Limborchius Philip. 273
Lutherus . 160
Mahumedani . 256
Montanus .)
Novatus .) 253
Origenes Adamantius .)
Oſiander Andreas . 267
Pelagiani . 255
Polonica Conf.)
Polonica generalis Conf.) 267
Queſnellus Paſchas . 273
Saxonica Conf.) 268
Schvvenkfeldius Gaſpar .)
Scotica Conf.)
Scotica altera Generalis Conf.) 266
Semi-Oſiandrini .)
Servetus Michaël .)
Sibrandus Lubertus . 253
Socinus Fauſtus . 269
Spangebergici . 266
Tigurina Conf. generalis . 265
Uncti Anglicani . 253
Wirtembergica Conf. 266
Writus . 253
Zwingliani . 263

M

DOGMA IV.

Meritum ſupernum eſt. 325. videlicet opus bonum , pium , ſupernum in obſequium Dei , 386. Haec autem opera bona , quae partim ad ſalutem neceſſaria ſunt , 387. partim utilia , 388. non modo in juſtis peccata non ſunt , immo potius ſunt vere juſta , 389.

quae

quae ex ſe ſe exigunt a Deo remuneratore ſalutem aeternam ceu praemium. *ibid.*
Haec inſuper merita, quae aeternae mercedis intuitu exſerceri poſſunt, 390. ſuapte vi cauſſant in juſto gratiae ſanctificantis augmentum. *ibid.* Denique ad rationem meriti requiritur libertas, aut immunitas a neceſſitate, quin immunitas a coactione ſufficiat. 398.

SAPIENTES ETHNICI
qui comprobant Dogma.

Demophilus.)
Halicarnaſſeus Dionys.)
Herodotus.)
Homerus.)
Macrobius.)
Marc. Aur. Imp.)
Maximus Tyrius.)
Periander.)(392
Pittacus.)
Plato.)
Pythagoras.)
Simplicius.)
Socrates.)
Solon.)

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma.

Aemilii Sever. Votum. 426
Andreae Lapis. 422
Anonymae M. Adloquutio. 416
Anonymi Lapis. 422
Antiphonarium Benchor. bis. 442
Ara primogeniti Dei. 431
Ara Solis. 430
Baſilii M. Adloquutio. 418
Bonifae monumentum. 422
Capitulare Ludovici Pii, & Chartae indicatae. 443
Conſtantini Magni Lapis. 419
Diptychon Novar. Eccl. 443
Dulcitiae Lapis. 421
Eleutheriae. 425
Euſebiae. 421
Hilariae M. Adloquutio. 437
Liciniae & Sociarum Marmor. 424
Mandroſae. 419
Miſſale Gothicum. 438
Nemauſenſium Dedicatio. 428
Pherbutes M. Adloquutio. 418
Pomponii Votum.)
Providentiae deorum Votum.)(426
Sacramentar. Eccl. Rom. 440
Sacrificium ethnicorum. 433
Taurobolii Sacrificium. 434
Templum Apollini ſacrum. 428
Templum Marti Gradivo. 429
Theodorae Titulus. 423
Urbicae. 425

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Meriti quae notio? 392. n. 473. Quae partitio? 393. n. 474. Quae generatim ſint meriti conditiones? 397. n. 487. Quae libertas in merito requiratur aut ſufficiat? 398. n. 490. Quae honeſtas? 402. n. 502. actus ut merens ſit, debet eſſe ſupererogatorius? 405. n. 510. An fieri debet in ſpe aut ſine ſpe praemii? 405. n. 511. Augetur meritum ex diuturniore actus duratione? 406. n. 512. Augetur itidem ex intenſiore conatu, vel ex majore difficultate actus? 406. n. 515. Quomodo actu quolibet merente augeatur gratia cum ceteris virtutibus infuſis? 406. n. 516. Quo pacto reviviſcat meritum? 406. n. 517. Meritum reviviſcit ex Dei miſericordia vel ex juſtitia? 408. n. 520. Reviviſcit ſecundum totum priſtinum valorem? 408. n. 521. Reviviſcit omnis gratia vi Sacramentorum collata? 409. n. 526. Quo jure requiratur in merente ſtatus viatoris? 410. n. 528. Et ſtatus gratiae? 410. n. 529. Pura creatura non modo ſibi ſed etiam alii mereri poteſt condigne gratiam, & gloriam, vel aliquid iis adnexum? 413. n. 538. Poteſt quis ſibi mereri condigne primam gratiam auxiliantem vel ſanctificantem? 413. n. 539. Mereri poteſt juſtus condigne finalem in gratia perſeverantiam? 413. n. 540. Juſtus meretur condigne gratiae augmentum & conſervationem? 414. n. 641. Ut meritum ſit condignum requiritur Dei promiſſio, & adceptatio? 414. n. 542. Deus compenſat meritum ex virtute propriae juſtitiae commutativae? 415. n. 546. Quo ſenſu dicatur Deus compenſare in Coelis meritum ultra condignum? 415. n. 547.

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Adrumetini Monachi. 333

Albigenſes. 337
Ambroſius. 332
Ameſius. 371
Amſdorfius Nicol. 355
Amyraldus Moſes. 372
Anonymi Anglicani. 339
Anonymi IV. Seculi. 330
Anonymi alii Veteres. 326
Anonymus Anglus. 341
Antinomi cum Islebio. 367
Arminiani Juniores. 381
Arminius Jacob. 372
Arnobius Junior. 333
Aſhwarbius Joan. } 345
Aſton Joan. }
Athanaſius. } 332
Auguſtinus. }
Bajus Michaël. 373
Balaeus Joan. 347
Balduinus. 366
Barclay Robert. 379
Beguardi. 338
Bertholdus de Rorbach. 341
Beza Theodor. 370
Bogomili. 336
Bottaccius } 366
Buddeus Joa. Franc. }
Burmannus Franc. 372
Buzerus Martin. 364
Calovius. 366
Calvinus Joan. cum ſuis. 335
Canzius Iſraël Theoph. } 366
Carpzovius Samuel Ben. }
Caſſianus Joan. Abbas. 333
Centuriatores Magdeburg. 353
Chryſoſtomus. } 332
Clemens Alexan. }
Confeſſioniſtae Aug. Conf. 358
Coubrigius. 350
Cynici Turlupini. 341
Cyrillus Alexan. 332
Dannhaverus. 366
Davenanzius Joann. } 371
Dordrachena Synodus. }
Eunomius. 330
Fauſtus Rejenſis. 333
Francus Sebaſtian. 367
Gennadius. 333
Geſnerus. } 366
Gerhardus. }
Gomarus Fran. 372
Guido. 340
Guillelmus Sartor. 349
Helvetica Confeſſio. 371
Heribertus. 336
Heritordius Nicol. 345
Hieronymus. 332
Hilarius Arelaten. 333
Hilarius Pictavien. 332
Honoratus Maſſilien. 333
Hopfnerus. }
Hottingerus. Jo. Enr. } 366
Hulſemannus. }
Hus Joan. 346
Hutterus. 366
Janſenius Junior. 377
Jovinianus. 333
Irenaeus. } 332
Juſtinus. }
Keir Georgius. 379
Leblanc Ludov. 372
Lerinenſes Monachi. 333
Liſojus. 336
Lollardi. }
Lutherus Mart. cum ſuis. } 335
Mahumedes. }
Mareſius Samuel. 372
Maſſilien. Theologi. 333
Melanchon Philip. 355
Molinoſius Michaël. 379
Montalbenſes cum Berengario. 340
Mylius. 366
Nazianzenus Greg. 332
Obtrectatores varii. 386
Oldecaſtell Joan. 346
Optatus Milevitanus. 332
Oſiander Joan. Adam. 366
Oxonienſis Academia. 346
Paraeus David. 371
Payne Petrus. 347
Pelagiani. 331
Penn Guillelmus. 379
Piceninus Jacob. } 372
Pictet Bened. }
Piggardi. 335
Pontiani. 337
Porretanus Gilbertus. 338
Praedeſtinatiani. 331
Pragenſis Hieronymus. 346
Pſeudo-Juſtinus. 332
Purvey Joan. 346
Quakeri. 379
Quelnellus Paſchas. 385
Repingdon. 345
Roterodamus Eraſmus. 352
Saxonica Confeſſio. 365

Semi-

Semipelagiani. 332
Simon Magus. 327
Sulpicius Severus. 333
Theologi Ducis Saxoniae. 365
Thorpe Guillelmus. 346
Turrettinus Franc. 372
Valentiniani. 328
Vermilius Petrus Martyr. 370
Vincentius Lerinens.)
Vitalis Carthaginenſis.)(333
Walchius.)
Waldenſes.)(335
Wellerus. 366
Wiclefitae Recentiores. 350
Wiclefitae Veteres. 349
Wicletus Joan. 341
With Ricardus. 346
Witſius Hermann. 372

DOGMA V.

Miracula ſuperna ſunt. 99

SAPIENTES ETHNICI
qui adumbrant Dogma.

Dion. Halicarnaſſeus,)
Feneſtella.)
Herodianus,)
Livius.)
Plinius.)(164
Silius Italicus.)
Suetonius.)
Tullius.)
Valer. Maximus.)

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma.

Anonymi Lapis indicatus.) 117
Calevii Lapis.)
Crater vitreus duplex. 122
Gordii M. Adloquutio. 116
Marciani Lapis. 118
Miſſale Gothicum. 120
Phileae M. Adloquutio duplex. 116
Sacrament. Leonianum ter. 119
Theodoti M. Adloquutio. 115
Victoris M. 116

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Miraculi de notione ac partitione quid? 99. n. 53. Quis ejus Author? 103. n. 62. Quos ob fines patretur? 105. n. 68. Edi poteſt in confirmationem falſae doctrinae aut ſanctimoniae? *ib.* n. 71. Qui & quo pacto edere poſſint miracula? 108. n. 81. & 110. n. 88. Quid de iis comparate ad religionem ſupernaturalem? 111. n. 90.

ERRONES
in ſanctum Dogma.

Ii univerſim, qui rem quamlibet ſupernam inficiantur. De pluribus *inferius.*

DOGMA VI.

Myſteria ſuperna ſunt. 75

SAPIENTES ETHNICI
qui adumbrant Dogma.

Aegyptii complurimi.)
Graeci Mithyci TT.)(164
Gymnoſophiſtae.)
Tartari veteres Praecopenſes.)

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma.

Adloquutiones plurium Martyrum indicatae. 80
Afrae M. Adloquutio. 90
Alexandri M. Adloquutio. 86
Alphani Charta. 88
Antipae M. Adloq. 80
Athelberti Reg. Placitum. 83
Caloceri M. Adloquutio. 94
Clodovei jun. Placitum. 91
Clypeus chriſtianus. 84
Crux ſymbolica. 85
Donati M. Adloquutio. 86
Ereneae Lapis. 81
Froiteae. 94
Gregorii. 87
Icon depicta. 98
Icon duplex. 89
Icon indicata. 85
Ignatii M. Adloquutio. 93
Inae Reg. Diploma. 82. & 92
Lapides indicati. 81
Liturgia Coptica. 95
Liturgia S. Baſilii. 87
s. Ludgeri Calix. 97
Maximiliani M. Adloquutio. 79
Miſſale Gallicanum. 95
Miſſale Gothicum. 88 & 91
Orationale Goth. Hiſp. 91
Patina S. Petri Chryſol. indicata. 98
Pionii M. Adloquutio. 78
Piſanus Codex indicatus. 98
Quodvultdei Lapis. 81
s. Remigii Teſtamentum.)
s. Reoli Charta.)(96
Sacrament. Leonianum bis. 82
Stephani P. Reſcriptum.)
Symbola chriſtiana.)(85
Theodorae M. Adloquutio. 90

Theodoriti M. 86
Theodoti M. 90
Valvae Piſanae. 92. 98
Victoris M. Adloquutio. 79. 90
Vitalis Lapis. 80
Votum Imperatorum. 87. 90

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Myſterii ſupremi quae notio & partitio? 73. n. 39. Eſt ne materia verae religionis? 75. n. 42. Qui Myſteria ſuperna credibilia & credenda? 76. n. 43.

ERRONES
in ſanctum Dogma.

Quicumque ſupernum rerum Ordinem abjiciunt. De illorum pluribus *infra*.

R

DOGMA VII.

Revelationes ſupernae ſunt. 144

SAPIENTES ETHNICI
qui adumbrant Dogma.

Catullus.)
Euripides.)
Halicarnaſſeus.)
Homerus.)
Jamblichus.)
Muſtius.)
Sibyllae.)(165
Strabo.)
Tacitus.)
T. Fl. Ariſtion.)
Tullius.)
Vibius.)
Virgilius.)

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma.

Achatii M. Adloquutio. 155
Adelpergae Epithaphium. 158
Antiphonarium S. Gregorii. 160
Candelabrum Judaicum. 162
Felicis M. Adloquutio. 156
Leonis Lapis. 158
Rituale Vaticanum. 159
Tabella muſivi operis. 163
Tabula coemeterialis. 161
Vincentii M. Adloquutio. 156

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Revelationis ſupernae quae notio & partitio? 142. n. 123. Quid de ejus neceſſitate & exiſtentia? 143. n. 134. Quid de revelationibus privatis? 149. n. 152.

ERRONES
in ſanctum Dogma.

Ii pariter generatim qui rem omnem ſupernam repudiant. De pluribus *ſtatim*.

S

DOGMA VIII.

Superna Dona ſunt, quae per ſe ſe vitam aeternam reſpiciunt. 169

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Quid generatim de hujuſmodi donis? 169. n. 187. Quid ſingillatim de habitibus, aut virtutibus permanentibus? 170. n. 190. Quid de actibus liberis, quos ſalutares dicunt? 172. n. 195.

DOGMA IX.

Supernaturalis Ordo rerum exiſtit. 54

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae comprobant Dogma.

Achatii M. Adloquutio. 59. 62
Anthimi M.
Arcadii M. 63. 65
Baſilei M. 63
Baſilii Presb. & M. 65. 66.
Claudii M. 62
Epipodii M. 59
Felicis M. 63
Ferreoli M.)(65
Hermetis M.)
Hieracis M. 58
Leonis M. 61
Luciani & Martiniani MM. 60
Martyres plurimi adloquentes indicati. 58
Neonis M. Adloquutio. 63
Petri M. 62
Philippi M. 64
Pionii & Sociorum MM. 57
Pullionis M. 61
Theodoti M. 64
Victoris M. 60. 64

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Superni Ordinis quae notio? 68. n. 24. Quae partitio? 69. n. 25. Quae ſublimitas comparate ad naturam? 70. n. 28.

ERRONES
qui in Dogma quomodolibet impegiſſe jeruntur.

Abaelardus Petrus. 53
Adiaphoriſtae. 44
Aëtiani. 43
Ahmed fil. Abdolalim.)(42
Ahmed fil. Zin Alabedin.)

Alci-

Alcinous.)
Amelius Tuſcus.)(39
Ammonius.)
Anonymi. 48
Anonymi alii indicati. 52
Anonymus Germ. Presb. 50
Antonina de Burignon. 45
Antoninus Mar. Aurel. 14
Aphrodiſſaeus Alexand. 39
Apollinariſtae. 43
Apollonius Thyaneus. 39
Ariani. 43
Arouet de Voltaire Fran. 48
Ashley Cooper Anton. 47
Aurelianus Imp. 19
Aurelius Marc. Imp. 39
Author editionis Spinoſianae.)
Baelius Petrus.)(46
Bajus Michaël. 54
Blount Carolus. 47
Borrius Joſeph Fran. 49
Bridgeſius. 44
Bruno Jordanus.)
Caeſalpinus Andr.)(49
Calviniſtae. 43
Cardanus. 50
Celſus. 7
Chiliaſtae. 43
Chubb Thom. 48
Clericus Joan. 46
Collins. 47
Comes de Bolingbroke Enr. 48
Critias Athenienſis. 51
Cuperus Fran. 49
Cynici. 39
Damaſcius Philoſophus. 6
Decius Imp. 15
Deiſtarum turba. 46
Demetrius Cynicus. 39
Deslandes.)
Diderotus.)(48
Diocletianus Imp. 19
Diogenes Laërtius. 39
Domitianus Imp. 13
Eclectici. 39
Edictorum Imperialium Conditores. 13
Empiricus Sextus Cheronen. 39
Epictetus Phrix.)
Epicurei.)(39
Ethnicorum grex. 2
Evremond Dominic. 48
Euripides. 51
Galerius Armentarius. 24
Gallus Imp. 16
Gebhardus.)
Geulingius.)(49
Gnoſtici.)
Haereticorum grex.)(43
Hatzfeld. 49
Helvetius. 48
Herbertus. 47
Herculius Maximian. Imp. 23
Herodotus. 39
Hierax. 6
Hierocles. 9
Himerius. 5
Hobbes Thom. 47
Jang Kuang Sien. 13
Janſtonus Georg. 47
Independentes.)
Indifferentes.)(44
Interpretes Alcorani quidam. 42
Judaei. 40
Julianus Auguſtus. 10. & 33
Libanius. 5
Libertini. 44
Licinius Imp. 28
Lokius. 46
Lucianus. 7
Lutherani. 43
Lyons Guillelmus. 47
Macchiavellus. 50
Mandaville. 47
Mahumedes cum ſuis. 42
Manichaei. 43
Maximus. 8 & 12
Maximinus Daja Imp. 25
Maximus Tyrius.)
Menippus.)(39
Mennon cum ſuis. 44
Menodorus Nicomed. 39
Molinoſius Michaël. 54
Montaniſtae. 53
Morgan Thom. 47
Moslemi. 42
Muſſonius Babylonius. 39
Nero Imp. 13
Novatiani. 43
Numerius Syrus. 39
Obtrectatores quidam. 43
Olympiodorus. 6
Origeniſtae. 43
Oſiander. 50
Pelagiani. 43
Peripatetici. 39
Pertinax Sever. Imp. 15

Pietiſtae. 44
Platonici. 39
Plinius Secund. 4 & 39
Plotinus. 39
Politici. 44
Poppus. 50
Porphyrius. 8
Poſtellus Willelmus. 43
Prades Joan. Martin. 48
Pythagorei Novi. 39
Proclus. 12
Robinſon Joan. 44
Rouſſeau Jo. Jacob. 48
Rugerius Coſmas. 49
Sapor Longaevus Rex. 30
Saturninus. Sceptici. Schade. Schmidius. 39
Seneca L. Ann. 39
Serre. 48
Sextius Q. Simplicius. 39
Simſonius. 44
Socion Alexand. Stoici. 39
Symmachus Q. Aur. 11
Syncretici. 44
Tacitus Cornelius. 2
Teredates Rex. 29
Themiſtius. Theoda Laodic. Theon Smyrnaeus. 39
Theoſtenes. 5
Tindal Matth. Tolandus. 47
Tolerantes. 44
Touſſaint. 48
Trajanus Ulpius Imp. 13
Tyſſot Simon. 48
Valerianus Imp. 17
Ulpianus Domitius. 5
Voluſianus Imp. 16
Waldenſes. 43
Wardius. 44
Witichius. 49
Wolſton Thom. 47
Zoſimus. 12

V

DOGMA X.

Vaticinia ſuperna ſunt. 123

SAPIENTES ETHNICI
qui quodammodo adumbrant Dogma.

Aelius Spartianus. Aulus Gellius. Heſiodus. Julius Capitolinus. Lucanus. Platonici. (165 Plutarchus. Porphyrius. Pythagorei. Rutilius Claud. Numatianus. Servius. Stoici. Strabo. Tullius bis. Varro.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma.

Achatii M. Adloquutio. 135
Coenae Domini Pictura. 140
Hermaiſci Titulus. 136
Imago Chriſti Crucifixi. 141
s. Joan. Baptiſtae Icon. 139
alia ejuſdem indicata. 140
Juſtiniani & Theodorae Votum. 138
Leonis Ep. Votum. 137
Pionii M. Adloquutio. 135
Sacramentarium Leonianum. 138
Theodoriti M. Adloquutio. 135
Theodoti M. 134

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Vaticinii quae notio & partitio? 123. n. 103. Quae ejus authoritas? 128. n. 113. Ecquis divino adflante Spiritu edere poſſit prophetiam? 130. n. 120. Quid de Vaticiniis comparate ad Religionem ſupernaturalem? 131. n. 121.

ERRONES
in ſanctum Dogma.

Ii generatim omnes, qui ſupernum Ordinem omnino repudiare auſi ſunt. De illorum pluribus *nuper* p. 450. ſqq.

INDEX II.

SAPIENTUM ETHNICORUM.

A

Aegyptii Veteres pro Myſt. ſup. 164
Aeſchilus pro Grat. aux. 196
Anonymus Vates pro Gra. ſanc.) 298
Apulejus pro Gra. Sanc.)
Auctores nonnulli Lapidum votivorum pro Revel.) 165
Aulus Gellius pro Vatic.)

C

Catullus pro Rev. ſup. 166
Crito pro Gra. aux. 196

D

Demophilus pro merito. 392
Dionyſ. Halicarnaſſeus pro Mir. 164. Rev. 165. merito 392

E

Epictetus pro mer. 392
Euriphamus pro Gra. aux. 196
Euripides pro Rev. 165. Gra. aux. 196 & ſanct. 297

F

Feneſtella pro mer. 164. Vatic. 165.

G

Graeci Veteres pro Myſt. ſup.) 164
Gymnoſophiſtae pro Myſt. ſup.)

H

Herodianus pro Mir. ſup. 164
Herodotus pro Merito. 392
Heſiodus pro Vat. ſup. 165
Hierocles pro Gra. aux. 196
Homerus pro Rev. 165. Grat. aux. 196. Gra. ſanc. 297. Merito. 392

I

Jamblichus pro Rev. ſup.) 165
Julius Capitolinus pro Rev.)

L

Livius pro Mir. ſup. 164
Lucanus pro Vat. ſup. 165

M

Macrobius pro mer. 392
Marc. Aurel. Imp. pro Gra. aux. 196. merito. 392
Maximus Tyrius pro Mer. 392
Menander pro Grat. aux. 196
Mithyci Theologi pro Myſt. ſup. 174

O

Ovidius pro Gra. ſanc. 298

P

Periander pro Merito. 392
Perſius pro Gra. ſanc. 297
Philemon pro Gra. aux. 196
Pittacus pro Mer.) (392
Plato pro Gra. aux. 196. Mer.)
Platonici pro Vatic. 165
Plinius pro Mirac. 164
Plutarchus pro Vat.) (165
Porphyrius pro Vat.)
Pythagoras pro mer. 392
Pythagorei pro Vat. 165

R

Rutilius Clau. Numatianus pro Vat. 165

S

Seneca pro Gra. aux. 196. Gra. ſanct. 298
Servius pro Vat.) (165
Sibyllae pro Revelat.)
Silius Italic. pro Mir. 164
Simplicius pro mer.)
Socrates pro mer.) (392
Solon pro mer.)
Spartianus Aelius pro Vat.)
Stoici pro Vat.) (165
Strabo pro Vat.)

T

Tacitus Cornel. pro Rev. ſup. 165
Tartari Veteres Praecopenſes pro Myſt. ſup. 164
Tullius pro Mir. 164. Revelat. & Vatic. 165

V

Valerius Maximus pro Mirac. 164.
Varro pro Vat. 165
Virgilius pro Revelat. 265. Grat. ſanct. 297

INDEX III.

MONUMENTORUM ANTIQUITATIS.

A

Achatii M. Adloquutio pro Ord. ſup. 59. 61. Vaticin. ſup. 135. Rev. ſup. 155
Adriani Votum pro Myſt. ſup. 87
Aemilii Severiani Votum pro mer. 426
Afrae M. Adloquutio pro Myſt. ſup. 90
Agelpergae Lapis pro Rev ſup. 158
Alexándri M. Adloquutio pro Gra. aux. 244 ſq. & ſanct. 300
Alexandri P. & M. pro Myſt. ſup. 86
Alphani Charta pro Myſt. ſup. 88
Andeoli M. Adloq. pro Gra. aux. 244. & ſanc. 300
Andreae Epigramma pro mer. 422
Anthimi M. Adloquutio pro Ord. ſup. 63
Antipae M. pro Myſt. ſup. 80
Antiphonarium Gregorianum pro Rev. ſup. 160
Antiphonar. Benchorenſe pro mer. 442
Apollini Votum pro merito. 427
Arcadii M. Adloquutio pro Ord. ſup. 65
Arcae Noëticae tabula pro Rev. ſup. 161
Athelberti Reg. Diploma pro Myſt. ſup. 83
Auguſti Caeſaris Ara pro merito. 431

B

Baſilei M. Adloquutio pro Ord. ſup. 63
Baſilii M. pro Ord. ſup. 65
Baſilii Ancyr. M. pro Mer. 418. Gra. aux. 245
Bonifae Monumentum pro mer. 422

C

Calevii Lapis pro Mirac. ſup. 117
Calix S. Ludgeri pro Myſt. ſup. 97
Caloceri M. Adloquutio pro Myſt. ſup. 93. ſq.
Candelabrum Judaicum pro Rev. ſup. 162
Charitonis, & Evelpiſti MM. Adloquutiones pro Gra. aux. 244
Claudii M. pro Ord. ſup. 62
Clodovei Junioris Placitum pro Myſt. ſup. 91
Clypeus aereus pro Myſt. ſup. 84
Codex Leonianus pro Mirac. ſup. ter. 119. Gra. aux. bis. 247
Codex Vaticanus pro Rev. ſup. 159
Conſtantini Imp. Marmor pro mer. 419
Crater Vitreus duplex pro Mirac. ſup. 122
Cybeles Deum Matris Taurobolium pro Mer. 434

D

Dipthycon Novarienſ. Ecc. pro mer. 443
Donati M. Adloquutio pro Myſt. ſup. 86
Dulcitiae Marmor pro mer. 421

E

Epigramma Anonymi pro mer. 422
Epipodii M. Adloquutio pro Ord. ſup. 59
Ereneae Titulus pro Myſt. ſup. 81
Euſebiae pro mer. 421

F

Felicis M. Adloquutio pro Ord. ſup. 62. Revel. ſup. 156
Ferreoli M. pro Ord. ſup. 65
Froiteae Epitaphium pro Myſt. ſup. 94

G

Gordii M. Adloq. pro Mirac. ſup. 116

H

Hermaiſci Titulus pro Vatic. ſup. 136
Hermetis M. Adloq. pro Ord. ſup. 64
Hieracis M. pro Ord. ſup. 58
Hilariae M. pro Mer. 437

I

Jacobi Patriarchae Imago pro Rev. ſup. 163
Icon B. V. duplex pro Myſt. ſup. 89
Icon J. Ch. pro Myſt. ſup. 38. pro Vatic. 141
Ignatii M. Adloquutio pro Myſt. ſup. 93
Inae Regis Diploma pro Myſt. ſup. 88. & 92
s. Joannis Baptiſtae Icon pro Vat. ſup. 139
Iſidis, ac Serapidis templi Conſecratio pro mer. 429
Juſtiniani, & Theodorae Votum pro Myſt. ſup. 87 & 90. pro Vat. ſup. 138
Juſtini M. Adloquutio pro Gra. ſanc. 299. ſq.

L

Leonis Lapis pro Rev. ſup. 158
Leonis M. Adloquutio pro Ord. ſup. 61. pro Vat. 137
Liciniae, & Sororum Titulus pro Mer. 424
Liturgia Alexan. S. Baſilii pro Myſt. ſup. 87. ſq.

Litur-

Liturgia Coptica pro Myſt. ſup. 95
Liturgiae aliae indicatae pro Myſt. ſup. 95
Liturgia Coptica S. Baſilii pro Grat. aux. 244
Luciani, & Martiani MM. Adloquutiones pro Ord. ſup. 60
Ludovici Pii Placitum duplex pro Grat. aux. 251. Capitularis Prooemium & aliae chartae indicatae pro merito. 443

M

Mandroſae Marmor pro mer. 419
Marci Ep. Adloquutio pro Myſt. ſup. 86
Marci Evang. & M. pro Gra. ſanct. 298
Marciani M. pro Gra. aux. 245
Marciani Lapis pro Mir. ſup. 113
Marmor Symbolicum pro Myſt. ſup. 84
Marti Gradivo Votum pro mer. 429
Martyres plurimi indicati pro Ord. ſup. 58. Myſt. ſup. 80. Rev. ſup. 156
Maximi, & Maximini marmor pro Mer. 430
Maximiliani M. Adloquutio pro Myſt. ſup. 79
Maximi M. pro Gra. ſanc. 299
Maximi Presb. M. pro Gra. ſanc. 298
Miſſale Gallicum pro Myſt. ſup. 95. pro Gra. ſanc. 309
Miſſale Gothicum pro myſt. ſup. 88. & 91. pro Mirac. ſup. 120. pro mer. 439
Mulieris Anonymae M. Adloq. pro mer. 416

N

Neonis M. Adloquutio pro Ord. ſup. 63

O

Orationarium Gothico-Hiſpanum pro myſt. ſup. 91. pro Gra. ſanc. 309

P

Paullini Crux pro myſt. ſup. 85
Petri M. Adloquutio pro Ord. ſup. 62. pro Gra. aux. 244
Petri Chryſ. Patina indic. pro myſt. ſup. 98
Pherbutes M. Adloq. pro mer. 418
Phileae M. pro mir. ſup. bis. 116
Philippi M. pro Ord. ſup. 64
Pionii M. pro Ord. ſup. 57. pro Myſt. ſup. 78. pro Vat. ſup. 135
Pomponii Fundani Votum pro mer. 426
Pullionis M. Adloq. pro Ord. ſup. 61

R

Remigii Epiſc. Teſtamentum pro Myſt. ſup. } 96
Reoli Charta pro Myſt. ſup. }

S

Sacramentarium Gelaſianum pro Gra. aux. 249. pro Gra. ſanc. 303
Sacramentarium Gregorianum pro Gra. ſanc. 307
Sacramentar. Leonianum pro Myſt. ſup. bis 82. pro Vat. ſup. 138
Sacramentar. Romanae Eccl. pro Gra. ſanc. 313. 315. 321. 323. pro mer. 440
Sacrificii pagani ectypon pro mer. 433
Stephani P. Reſcriptum pro Myſt. ſup. 83
Symeonis M. Adloquutio pro mer. 417

T

Theodlecheldis Titulus pro mer. 424
Theodorae V. & M. Adloquutio pro Myſt. ſup. 90
Theodorae Epitaphium pro mer. 423
Theodoriti M. Adloquutio pro Myſt. ſup. 86
Theodoti M. pro Ord. ſup. 64. Myſt. ſup. 90. Mir. 115. Vat. ſup. 134. Gra. aux. 245
Timothei M. pro Gra. ſanc. 301
Tituli duo pro mer. 425

V

Valvae Piſanae pro Myſt. ſup. 92. Vat. ſup. 140
Victoris M. Adloquutio pro Ord. ſup. 60. 64. Myſt. ſup. 79. 89. ſq. Mir. ſup. 116. Rev. ſup. 157
Victorini Votum pro Myſt. ſup. 81
Vincentii M. Adloquutio pro Rev. ſup. 156

Z

Zenouis M. Adloquutio pro Gra. ſanc. 302

INDEX IV.

QUAESTIONUM.

G

Gratiae gratis datae quid generatim importent? 166. Quid ſpeciatim? 167

Gratiae Auxiliantis quae exſiſtentia? 196. Quae notio? 297

Reliquae gratiam hanc concernentes *mox* indicatae ſunt. 444

Gratiae Sanctificantis quae notio & indoles? 275

Reliquas in eandem Gratiam lege ſis *ſupra*. 446

M

Meriti ſuperni quae notio? 392

Reliquae ſuper eodem Merito *nuper* traditae ſunt. 447

Miraculi ſuperni qualis notio atque partitio? 99

Reliquae de Miraculo *mox* deſcriptae ſunt. 448

Myſterii ſuperni quae notio & partitio? 73

Reliquae de hoc argumento *nuper* productae. 458

R

Revelationis ſupernae quae notio & quae partitiones? 142

Reliquas de revelatione praecitatas repereris. S 540

Superna Dona, quae per ſe ſe vitam aeternam reſpiciunt, quid generatim importent? 169

Reliquae de ipſis Donis *mox* explicatae. 459

Supernus rerum Ordo qua notione gaudet? 68

Reliquae de hoc Ordine *nuper* vulgatae. 450

V

Vaticinii ſuperni quae notio & partitio? 123

Reliquae Vaticinia ſpectantes *mox* expoſitae. 452

INDEX V.

ERRONUM.

A

Abaelardus Petrus in Ord. ſup. 53

Adiaphoriſtae in ord. ſup. 44

Adrumetini monachi in Grat. aux. 183. in mer. 333

Adſceta Marcus in Gra. aux. 183

Aëtiani in ord. ſup. 43

Ahmed fil. Abdolalim in ord. ſup. 41

Ahmed fil. Zin Alabedin in ord. ſup. 42

Albigenſes in mer. 337

Alcinous in ord. ſup. 39

Ambroſius in Gra. aux. 183. in mer. 332

Amelius Tuſcus in ord. ſup. 39

Ameſius in mer. 371

Ammonius in ord. ſup. 39. in Gra. aux. 177

Amſdorfius Nicol. in mer. 355

Amyraldus Moſes in mer. 372

Anglicana conf. in Grat. ſanc. 266

Anglicana altera conf. in Grat. ſanc. 266

Annianus Diaconus in gra. aux. 179

Anonymi in ord. ſup. 49

Anonymi alii in ord. ſup. 52

Anonymi anglicani in mer. 339

Anonymi britanni in gra. aux. 184

Anonymi ſub IV. Seculum in mer. 330

Anonymi veteres in mer. 326

Anonymus anglus in mer. 341

Anonymus germanus presbyter in ord. ſup. 50. col. 1. ſq.

Anonymus pariſienſis in gra. ſanc. 258

Antinomi cum Iſlebio in mer. 367

Antonina de Burignon in ord. ſup. 46

Antoninus Marcus Imp. in ord. ſup. 14

Aphrodiſſeus Alex. in ord. ſup. 39

Apollinariſtae in ord. ſup. 43

Apollonius Tyanaeus in ord. ſup. 39

Argentinenſis confeſ. in gra. ſanc. 266

Ariani in ordinem ſup. 43

Arminiani in gra. ſanc. 273

Arminiani juniores in mer. 391

Arminius Jacobus in mer. 327

Arnaldus Antonius in gra. aux. 187
Arnobius tunior in mer. 333
Arouet de Voltaire in ord. ſup.)
Ashley Cooper Anton. in ord. ſup.)48
Ashwarbius Joan. in mer.)
Aſton Joan. in mer.)(345
Athanaſius in mer. 332
Auguſtana luth. Conf. in gra. ſanc. 266
Auguſtinus in gra. aux. 183. in mer. 332
Aurelianus Imper. in Ord. ſup. 19
Aurelius Marcus Imper. in ord. ſup. 39
Author edition. ſpinoſianae in ord. ſup. 46

B

Baelius Petrus in ord. ſup. 46
Bajus Michaël in ord. ſup. 54. gra. aux. 185. gra. ſanc. 270. mer. 373
Balaeus Joan. in mer. 347
Balduinus in mer. 366
Barclay Robertus in mer. 379
Baſileenſis Conf. in gra. ſanc. 265
Baſilienſis conf. in gra. ſanc. 265
Beguardi in gra. ſanc. 160
Belgica conf. in gra. ſanc. 266
Bertholdus de Rorbach in mer. 341
Beza Theodor. in mer. 370
Blount Carolus in ord. ſup. 47
Bogomili in mer. 336
Bohemica Conf. in gra. ſanc. 266
Borrius Joſ. Franc. in ord. ſup. 49
Bottaccius in mer. 366
Bridgeſius in ord. ſup. 44
Bruno Jordanus in ord. ſup. 49
Buddeus Joan. Franc. in mer. 366
Bullingerus Jo. Henri. in gra. ſanc. 268
Burmannus Franc. in mer. 372
Buzerus Martin. in mer. 364

C

Caeſalpinus in Ord. ſup. 49
Calovius in mer. 366
Calviniana Conf. in gra. ſanc. 267
Calviniſtae in ord. ſup. 43
Calvinus in gra. aux. 185. gra. ſanc. 264. mer. 335
Canzius in gra. ſanc. 262. mer. 366
Cardanus in ord. ſup. 50
Carpzovius Samuel Bened. in mer. 366
Caſſianus in gra. aux. 183. in mer. 333
Celſus in ord. ſup. 7
Centuriatores Magdeburg. in mer. 355
Chiliaſtae in ord. ſup. 43
Chryſoſtomus in gra. aux. 183. mer. 332
Chubb Thom in ord. ſup. 48
Clem. Alex. in gra. aux. 183. mer. 332
Clericus Joan. in ord. ſup. 46
Coeleſtius in gra. aux. 179
Collins in ord. ſup. 47
Comes de Bolingbrocke in ord. ſup. 48
Comitis Friderici confeſſio in gra. ſan. 266
Confeſſioniſtae in gr. aux. 184. mer. 358
Combrigius in mer. 350
Critias Athenienſis in ord. ſup. 51
Cuperus Franc. in ord. ſup. 49
Cynici in ord. ſup. 39
Cynici Turlupini in mer. 341
Cyrillus Alex. in gra. aux. 183. mer. 332

D

Damaſcenus Joan. in gra. aux. 183
Damaſcius in ord. ſup. 6
Davenantius Joan. in mer. 371
Decius Imp. in ord. ſup. 15
Deiſtae, viperarum progenies, in ord. ſup. 46
Demetrius Cynicus in ord. ſup. 39
Deslandes in ord. ſup.)
Diderotus in ord. ſup.)48
Diocletianus Imp. in ord. ſup. 13
Diogenes Laërtius in ord. ſup. 39
Domitianus Imp. in ord. ſup. 19
Dordrachena ſynodus in gra. ſanc. 267 mer. 371
Durandus in grat. aux. 183

E

Ecclectici in ord. ſup. 39
Edictorum Imperialium Conditores in ord. ſup. 13. ſq.
Empiricus Sextus in ord. ſup.)
Epictetus Phryx in ord. ſup.)39
Epicurei in ord. ſup.)
Evagrius Ponticus Iberita in gra. aux. 177
Eunapius in ord. ſup. 5. & 11
Eunomius in mer. 330
Euripides in ord. ſup. 51
Euſebius in gra. aux.)
Euthimius in gra. aux.)(177

F

Fauſtus Rejenſis in mer. 333
Francus Sebaſtianus in mer. 367
Frickius Joan. in gra. aux. 188

G

Gabriel Biel in gra. aux. 183
Gallica Conf. in gra. ſanc. 266
Gallus Imp. in ord. ſup. 16
Galerius Armentarius Imp. in ord. ſup. 24
Gebbardus Carol. in ord. ſup. 49
Gennadius in mer. 333
Gentiles Romani in gra. aux. 176

Gerberonius Gabriel in gra. aux. 187
Gerhardus in mer. 366
Geſnerus in mer. 366
Geulingius in ord, ſup. 49
Gnoſtici in ord. ſup. 43
Gomarus Franc. in mer. 372
Guido in mer. 340
Guillelmus Sartor in mer. 349
Guillelmus forte Conſtantienſis Ep. in gra. ſanc. H 259
Hatzfeld in ord. ſup. 49
Haereticorum grex in ord. ſup. 43
Helvetica conf. in gra. ſan. 265. mer. 371
Helvetius in ord. ſup. 48
Herbertus in ord. ſup. 47
Herculius Maximianus Imp. in ord. ſup. 23
Heribertus in mer. 336
Heritorius Nicol. in mer. 345
Herodotus in ord. ſup. 39
Hierax in ord. ſup. 6
Hierocles in ord. ſup. 9
Hieronymus in Gra. aux. 183. mer. 332
Hilarius in Gra. aux. 183
Hilarius Arelatenſis in mer. 333
Hilarius Pictavienſis in mer. 332
Hincmerius in Ord. ſup. 5
Hobbes Thom. in Ord. ſup. 47
Hofmannus Melchior in Gra. aux. 184
Honoratus Maſſilienſis in mer. 333
Hopfnerus in mer. 366
Hottingerus Joſ. Henr. in mer. 366
Hubertia Virgo Lugdunenſis in Ord. ſup. 48
Hulsemannus in mer. 366
Hus Joan. in mer. 346
Hutterus in mer. 366

I

Jaegerius Joan. Wolfg. in Gra. aux. 188
Jang Kauang Sien in Ord. ſup. 13
Janichen Gottlob Friderici. in Gra. aux. 188
Janſeniani in Gra. aux. 187
Janſenius Ep. Ipren. in Gra. aux. 186. Mer. 377
Janſonius Jacob. cum Baianis in Gra. aux. 186. mer. 272
Independentes in Ord. ſup. 44
Indifferentes in Ord. ſup. 44
Interpretes Alcorani quidam in Ord. ſup. 42
Jonſtonus Georg. in Ord. ſup. 47
Jovinianus in Grat. aux. 177. Gra. ſanc. 253. mer. 333
Irenaeus in mer. 332
Irenaeus Paullus in Gra. aux. 187
Iſidorus in Gra. aux. 177
Judaei in Ord. ſup. 40
Judaei Rabbini in Gra. ſanc. 253
Judaei Romani in Gra. aux. } 176
Judaei alii in Gra. aux. }
Julianus Auguſtus in Ord. ſup. 10. 33
Julianus Epiſc. in Gra. aux. 179
Jurius Claud. in Gra. aux. 185
Juſtinus in mer. 332

K

Keit Georg. in Meritum. 379

L

La Serre in Ord. ſup. 48
Le Blanc Ludov. in mer. 372
Lerinenſes Monachi in Gra. aux. 183. mer. 333
Libanius in Ord. ſup. 5
Libertini in Ord. ſup. 44
Licinius Imp. in Ord. ſup. 28
Limborchius Philippus in Gra. ſanc. 273
Liſojus in Mer. 336
Lokius in Ord. ſup. 46
Lollardi in mer. 335
Lubertus Sibrandus in Gra. aux. 185
Lucianus in Ord. ſup. 7
Lutherani in Ord. ſup. 43
Lutherus in Gra. aux. 184. Gra. ſanc. 260. mer. 335
Lyons Guillelmus in Ord. ſup. 47

M

Macchiavellus in Ord. ſup. 50
Mahumedani in Gra. ſanc. 256
Mahumedes in Ord. ſup. 41. mer. 335
Mandaville in Ord. ſup. 47
Manichaei in Ord. ſup. 43
Mareſius Samuel in mer. 372
Maſſilienſes Theologi in Gra. aux. 183. mer. 333
Maximinus Daja Imp. in Ord. ſup. 25
Maximus in Ord. ſup. 6. 11
Maximus Tyrius in Ord. ſup. 39
Melanchthon Philippus in mer. 355
Menippus in Ord. ſup. 39
Memnon cum ſuis in Ord. ſup. 44
Menodorus Nicomedienſis in Ord. ſup. 39
Molinaeus Carolus in Gra. aux. 185
Molinoſius Michaël in Ord. ſup. 54. Gra. aux. 187. mer. 379
Montalbenſes cum Berengario in mer. 340
Montanus cum ſuis in Ord. ſup. 43. Gra. ſanc. 253

Mopſueſtenus Theodor. in Gra. aux. 179
Morgan Thomas in Ord. ſup. 47
Moslemi in Ord. ſup. 42
Muſſonius Babylonicus in Ord. ſup. 39
Mylius in mer. 366

N

Nazianzenus Gregor. in Gra. aux. 183. mer. 332
Nero Imp. in Ord. ſup. 13
Nicolius in Gra. aux. 187
Novatiani in Ord. ſup. 43
Novatus in Gra. ſanc. 253
Numenius Syrus in Ord. ſup. 39

O

Odecaſtell Joan. in mer. 346
Olympiodorus in Ord. ſup. 6
Optatus Milev. in Gra. aux. 183. in mer. 332
Or in Gra. aux. 177
Origenes Adamantius in Gra. Aux. 177. ſq.
Origeniſtae in Ord. ſup. 43. Gra. aux. 178
Oſiander Andreas in Ord. ſup. 50. Gra. Sanc. 267
Oſiander Joan. Adamus in mer. 366
Oxonienſis Academia in Mer. 346

P

Paraeus David in mer. 371
Payne Petrus in mer. 347
Pelagius cum Adſeclis in Ord. ſup. 43. in Gra. aux. 179. Gra. Sanc. 255. mer. 331
Penn Guillelmus in mer. 379
Peripatetici in Ord. ſup. 39
Pertinax Severus Imp. in Ord. ſup. 15
Piceninus Jacobus in Gra. aux. 185. Mer. 372
Pictet Benedictus in Mer. 372
Pietiſtae in Ord. ſupern. 44
Piggardi in mer. 335
Piſcator Joan. in Gra. aux. 185
Platonici in Ord. ſup. 39
Plinius Secund. Cai. in Ord. ſup. 4. 39
Plotinus in Ord. ſup. 39
Polonicae Confeſſiones in Gra. San. 267
Pontiani in mer. 337
Poppus in Ord. ſup. 50
Porphyrius in Ord. ſup. 8
Porretanus Gilbertus in mer. 338
Poſtellus Willelmus in Ord. ſup. 43
de Prades Joan. Martin. in ord. ſup. 48
Praedeſtinatiani vulgati in Gra. aux. 183 mer. 331
Praeformatores Pelagiani ſmi in Gra. aux. 177
Praeformatores Semipelagianiſmi in Grat aux. 183
Pragenſis Hieronymus in mer. 346
Proclus in Ord. ſup. 12
Pſeudo-Juſtinus in mer. 332
Purvey Joan. in Mer. 346
Pythagorei novi in Ord. ſup. 39

Q

Quakeri In Meritum. 379
Quenellus Paſchaſ. in Gra. aux. 188. Gra. ſanc. 273. Mer. 385

R

Raymundus Dionyſius in Gra. aux. 187
Repingdon in mer. 345
Ricardus in Gra. aux. 183
Robinſon Joan. in Ord. ſup. 44
Roterodamus Eraſmus in mer. 352
Rouſſeau Joan. Jacob. in Ord. ſup. 48
Rufinus in Gra. aux. 179
Rugerius Coſmas in Ord. ſup. 49

S

Sanbovius in Gra. aux. } 187
de Sant Amore in Gra. aux. }
Sapor Longaevus Rex in Ord. ſup. 30
Saturninus in Ord. ſup. 39
Saxonica Conf. in Gra. ſanc. 266. Mer. 365
Sceptici in Ord. ſup. 39
Schade in Ord. ſup. } 49
Schmidius Laur. in Ord. ſup. }
Seneca L. An. in Ord. ſup. 39
Schwenkfeldius Gaſp. in Gra. Sanc. 268
Scoticae Confeſſiones duae in Gra. ſanc. 266
Scotus in Gra. aux. 183
Semi-Oſiandrini in Gra. Sanc. 266
Semipelagiani in Gra. aux. 181. in mer. 332
Servetus Mich. in Gra. ſanc. 266
Sextius Q. in Ord. ſup. 39
Simon Magus in Mer. 327
Simonius Ricardus in Gra. aux. 189
Simplicius in Ord. ſup. 39
Simſonius in Ord. ſup. 44
Sociniani in Gra. aux. 184
Socinus Fauſtus in Gra. ſanc. 269
Socion Alexandrinus in Ord. ſup. 39
Spangebergici in Gra. Sanc. 266
Stoici in Ord. ſup. 39
Sulpitius Severus in Gra. aux. 183. in Mer. 333

Symmachus Q. Aurelius in Ord. ſup. 11
Syncretici in Ord. ſup. 44
T
Tacitus Cornel. in Ord. ſup. 2
Teredates Rex in Ord. ſup. 29
Theoda Laodicenſis in Ord. ſup. 39
Theologi Ducis Saxoniae in mer. 365
Theon Smyrnaeus in Ord. ſup. 39
Theoſtenes in Ord. ſup. 5
Thomas in Gra. aux. 183
Thorpe Guillelmus in mer. 346
Tinctal Matth. in Ord. ſup.)(47
Tolandus in Ord. ſup.)(
Tolerantes in Ord. ſup. 44
Touſſaint in Ord. ſup. 48
Trajanus Ulpius Imp. in Ord. ſup. 13
Turrettinus Franc. in mer. 372
Tyſſot Simon in Ord. ſup. 48
V & U
Valentiniani in mer. 328
Valerianus Imper. in Ord. ſup. 17
Vermilius Petrus Martyr in mer. 370
Vincentius Lerin. in grat. aux. 333
Vitalis Carthaginenſis in grat. aux. 333
Ulpianus Domitius in Ord. ſup. 5
Uncti Anglicani in Gra. ſanc. 253
Voluſianus Imp. in Ord. ſup. 16
Walchius in mer.)
Waldenſes in Ord. ſup. 43. in mer.)(335
Wardius in Ord. ſup. 44
Wellerus in mer. 366
Wiclefitae Recentiores in mer. 350
Wiclefitae Veteres In mer. 349
Wicletus Joan. in mer. 341. ſq.
Witembergica Conf. in Gra. ſanc. 266
Witichius in Ord. ſup. 49
With Ricardus in mer. 346
Witſius Hermannus in mer. 372
Wolſton Thomas in Ord. ſup. 47
Writus in Gra. ſanc. 253
Z
Zeno cum Stoicis in Gra. aux. 178
Zinnichius in Gra. aux. 187
Zoſimus in Ord. ſup. 12
Zwingliani quidam in Gra. ſanc. 263
Zwinglius in Gra. aux. 184

INDEX VI.

RERUM PRAECIPUARUM.

A

Abaelardus vindicatur raptim. 59. Adn.

Acta SS. Martyrum. Anonymae Mulieris ex titulo praecepti a Juliano Auguſto emiſſi ſuſpecta non ſunt. 416. ſq. Sanctae Aſrae quantum ad partem primam, continentem ejus & Socc. converſionem legitima ſunt. 437. ſq. S. Anthimi mirabilem vetuſtiorum ſimplicitatem non videntur praeferre. 63. S. Donati veriſimiliter germana. 86. S. Anaſtaſiae ſpuriis adnumeranda. 23. S. Sebaſtiani Ambroſio tributa, vel certo ſpuria videntur, vel vehementiſſime ſuſpecta. 20. ſq. Adn.

Acta SS. MM. Proconſularia. 301. ſq.

Actus ſuperni tranſeuntes. 172. ſqq.

Adſcenſio Chriſti D. in Coelos ejuſdem Divinitatem praeſefert. Hujus myſterii teſtum. 82. ſq.

Adventus eccleſiaſticus. 310. ſq.

Agapae. 440. ſqq.

Aginantus Fauſtus Conſul. 420. ſq.

Alcorani errata, blaſphemiae, fabulae mitem interpretationem non patiuntur. 41. ſq.

Alexandri Macedonis copiae qui mare Pamphilium trajecerint? 121.

Ammonius ſectam Eclecticam invenit, aut reformavit in odium chriſtianae religionis. 40.

Amſdorfius Nicol. contra bona opera plane inſaniit. 355. Amſdorfianorum ſectae auctor. *ibid.* Adn. Ejus fata & annus emortualis. *ib.*

Antiphonarium eccleſiaſticum ex vocibus ſacri Codicis contextum. 160.

Antonina de Bntiguon. Ejus cauſſa. 45. ſq. Adn.

ARA PRINOGENITI DEI. De hoc Marmore quid cenſendum? 431. ſqq.

Aras ethnicorum. 430. ſqq.

Arca Noëtica pro Revelatione ſuperna contra Deiſtas. 161. ſq.

Arcani diſciplina. 305.

Aſſemanus III. Steph. Evodius laudatur. 31. alias.

Athanaſii Diſputatio contra Arium coram Probo Judice, ejuſdem foetus non

non eſt . 3. Adn. col. 2.
Auctoris ingenuitas demonſtratur . 50. Adn. II. Ejus ſententia de viribus naturae longe diſtat a doctrina Origeniſtarum & Pelagianorum . 178. Adn.
Aureliani Imp. Edicta conſcripta fuerunt, ac fortaſſe non promulgata . 19.

B

Bajus Mich. ſui vindex. 185 Adn. & 271. ſq. Adn. I. & III. Ejus cauſſa circa dogma de merito . 376. ſqq. Adn. I.
Ballerinii Fratres confutantur. 317. ſq. & 320.
Baronius protegitur . 8, Adn. Deſeritur. 34. Adn. V. *Centuriatores*.
Beguardorum de opinione judicium. 260. Adn.
Bellellus Fulgent. convellitur . 192. Obſ. col. 2.
Bertholdus de Rorbach . Error ei adpictus fortaſſe ſuppoſititius ? 341. Adn.
Blluart Renat. confutatur egregie . 215. Obſ.
Biſomus, *triſomus*, *tetriſonus* apud veteres . 423. ſq.

C

Calviniani . Plurium effata circa meritum ſalutare . 370. ſqq. Eorum oppugnatores e noſtratibus . 372.
Calvinus in Patres Tridentinos ſcurra nefandus & impius . 368. Tum in TT. Scholaſticos . 369. *Reformator* illuſtris ejuſque gregales Reformati. 368. Adn. Quo ſenſu dixeris, parum aut pene nihil ex animo erraſſe circa meritum ſalutare ? 370. Adn.
Calumnias & probroſa cognomina in cultores religionis catholicae confingunt Ethnici . 37. ſq. Tum deinde Acatholici . 43.
Candelabrum Judaicum pro Revelatione ſuperna . 162. Ejus imago proſtans hodieque in arcu triumphali Titi Veſpas. ceteris id genus figuris vetuſtiſſima. *ib.* Fuſiorem de eo diſſertationem ſpondet Auctor . 163.
Catechumenatus vetus . 305. ſq.
Centuriatores Magdeburg. Eorum centuriae. 356. ſq. Cauſſa. 357. Adnn. Pontificum deliberationes & Scriptores contra centurias. *ib.* Adnn. II. Eas Baronius annalibus ſuis ex inſtituto non confutavit . 358. Adn. III.
Chriſma ſanctum recens baptizatis olim ſtatim collatum . 314. ſq.
Chriſtianus ſum . Haec formula apud priſcos Martyres uſitatiſſima , quo animi ſenſu prolata ? 58.
Chryſoſtomi teſtimonium Auctori incognitum . 25. Adn. I.
Claudii II. Imp. Edictum contra chriſtianos apocryphum . 17. Adn. II.
Coccii & *Cozzae* lapſus . 330. Adn. Coccii lapſus alter . 336. Adn.
de *Commate* Pianae Bullae magna contentio . 378. Adn. II.
Confeſſio Auguſtana praefert placita vafritie ac temeritate plena . 362. Ejus cauſſa . 363. ſqq. Adn. Melanchonis foetus eſt . 184. Adn.
Confeſſiones variae Heterodoxorum contra gratiam ſanctificantem indicantur . 265. ſqq. Adn.
Confeſſioniſtae Auguſtani vapulant a Joan. Cochlaeo . 361. Secum ipſi digladiantur . 363.
Cornelii P. Epiſtola vindicatur 16. Adn & 299.
Courayerus caſtigatur . 163. Adn.
Criobolium apud Paganos . 435.
Critias impius . Ejus cauſſa . 51. ſq. Adn.
Crucifixi Domini J. C. vetus icon & ſingularis . 141. ſq.
Cyriacus Anconitanus . Quae ejus auctoritas circa Inſcriptiones , quas tradidit ? 6. Adn.

D

Decreta & Reſcripta Imperialia contra chriſtianos aereis inciſa tabulis . 25.
Deiſmi recentioris auctor . 50. Adn. I.
Deiſmus in Anglia , Gallia , Germania, Italia , Belgio . 48. ſqq.
Deiſtae . Ad eos converſio ut reſipiſcant. 123. ſaepius .
Diocletianeae perſequutionis duae tantum periodi . 23. Adn.
Diocletiano Edictum ſuppoſitum . 20. Adn. Tum aliud valde ſuſpectum & dubium . 22. Adn.
Dodwelli ſententia de paucitate Martyrum convellitur . 37. Adn. I. col. 2.
Dominica Oratio intra actionem Miſſae . 438. ſqq. Orationis commendatio . *ib.* Quid de ea relate ad Miſſam ab Apoſtolis celebratam S. Gregorius ? 439.
Dona ſuperna finem beatum per ſe ſe reſpi-

ſpicientia exponuntur . 169. Haec rerum ſupernarum ſeriem nobiliſſimam conſtituunt ; cujus plane praeſtantem ac plenam elucidationem Theologis de Schola debet Religio . 175. Obſ.

E

Edicta Paganorum adverſum Religionem chriſtianam . Series chronologica Edictorum Imperialium ſub IV. priora ſecula . 13. ſqq. & 36. & Adn. I. Edicta voce tenus lata . 38. Adn. III. Edicta reliqua poſteriorum alias recenſenda ſpondet Auctor. 36. Edicta Praeſidum Provinciarum . 37. Adn. II.

Epiſcoporum eſt errores proſcribere. 341. Adn. III.

Ethniciſmus Religionem revelatam opera & ſtudio Philoſophorum miris modis oppugnat . 39. Sed ipſe tamen & vindiciis SS. Patrum , & ſtudio Joviani Imp. toto ſaltem Romano Imperio pene funditus perit . 39. ſq. Adn.

Euchariſtiae Ss. palmare ſymbolum in Marmore literato . 94. ſq.

Examen Epiſcoporum ex veteri diſciplina. 159. ſq.

Eymericus notatur . 260. Adn. Ejus auctoritas in cauſſa Montalbenſium. 340. Adn. I.

F

Fauſtus Socinus . Laelii patrui conatus impios mire promovit . 270. Adn. In deſcribendis ejus erroribus quaudoque Natal. Alexander & Athanaſius Socinianiſmi hiſtoricus indiligentes: immo & cetieri hiſtorici noſtrates polemici. *ib.*

s. *Felix* Epiſc. inter Martyres Africanos pro defenſione Bibliorum ſacrorum Proto-Martyr . 156. ſq.

Fleuryi & Sarpii auctoritas hiſtorica circa factum ſingulare valde dubia . 264. Adn.

Formulae quaedam apud vetera Diplomata & Sigilla gratiam auxiliantem non ſpectant - 252.

G

Gazzaniga Petr. Maria notatur . 191. Obſ. Ejus animadverſio minime probatur . 218. ſq. Obſ. Quo jure glorietur, thomiſtico ſuo ſyſtemate Pelagianiſmi & Praedeſtinatianiſmi radices funditus convelli . *ib.*

Gerberonius Gabr. Baji vindex perſaepe fallitur . 272. alias .

Gilbertus Porretanus. Errorei adpictus ab Ottone Friſingenſi valde dubius . 339. Adn.

Graſſius gratiam auxiliantem per ſe ſe efficacem in principio rationis ſufficientis nuperrime, ac ingenioſe quidem conſtituit . 222. & 223. ſq. Obſ. I.

Gratia Auxilians . De ejus dotibus pertractatur. 196. ſqq. Prae primis de ejus diſtributione . 205. ſq. & efficacia. 210. Circa iſtam nonnullae opiniones indicantur . 211. Retellitur Thomiſtica . 212. ſqq. Et Auguſtinenſis recentior . 219. ſqq. Et nuperrima , quae eam ſiſtit in principio rationis ſufficientis . 222. Veriſimilior exponitur & vindicatur . 224. ſqq.

Agitur de gratiae ſufficientia ſeu inefficacia . 331. ſqq. & neceſſitate ad actus ſalutares . 239. ſqq. In SS. Martyribus gratia plerumque per ſe ſe moraliter efficax - 246.

Gratia ſanctificans . Ejus notio & indoles . 275. dotes . *ib.* Reliqua eam ſpectantia . 280. ſq. & 284. ſqq.

Gratiae gratis datae Quae de iis cum generatim, tum ſpeciatim ſuntis ſcitu digniora ſunt, expenduntur. 166. ſqq. Quae pro iis Monumenta antiquitatis conferant ? 169.

Guillelmus quidam , de quo plura ferunt ſatis dubia , errores revocat ſuos . 259. & Adn. I. & II.

H

Habitus ſuperni permanentes . 170. ſqq.

Haereticorum Reconciliatio in Eccleſia veteri . 324.

Helena Simonis Magi famoſum ſcortum. 328. ſq. Adn. II. V. *Simon Magus* .

Hierocles Bithyniae Praeſes ab Hierocle Philoſopho Alexandrino diverſus . 10. Adn.

I

Icones divae Virginis ad probandam ejus Maternitatem ſupernam . 83.

Impaſſibilitatem & impeccantiam homini tribuerunt Stoici , Origeniſtae , Pelagiani ; minime vero Scholaſtici noſtri. 178. Adn.

Innocentii P. VI. Bulla in novatores Angiicanos praeteriit Scriptores quamplurimos . 339. Adn.

s. *Joannis Baptiſtae* magnalia . 138. ſq.

Qui

Qui ejus laudibus detrahunt a Polemicis revincuntur. 139. sq. De ejus amictu quid Protestantes? 140.

Judaeorum sensa, dicta, gesta nefaria in religionem christianam revelatam. 40. sqq.

Juliani Augusti lex in christianos subditicia. 35. Adn.

Justificatio impii adulti. Exponuntur quae hanc in rem scitu digniora sunt & Dogmaticis & Scholasticis Theologis. 281. sqq.

L

L' Advocat corrigitur. 355. Adn.

Lapides. Qui Constantino Magno dicatus circumfertur anne legitimus? 419. Liciniae ac Sororibus sacer ad remotissima secula pertinere non videtur. 424. sq. Consularis quidam Relandum & Muratorium fugit. 425.

Le Blanc Ludov. e Reformatis. Ejus scribendi de dogmatis ratio, ingenuitas, comitas, modestia summopere commendantur. 373 Adn.

Lectoratus Ordo colligitur ex Actis vetustissimis S. Timothei Lectoris M. 301. sq.

Lex veterum Romanorum ne ulla religio nova toto admittatur Imperio sine publica saltem auctoritate. 37. Adn. I. Tum ne ulli divini sacrentur honores absque S. C. *ibid.*

Lucianus Philosophus. Nonnulli ejus nomine conscripti dialogi satis dubii. Num christianus? 7. sq. Adn. II.

s. *Ludgeri* Calix cum praeclaris Inscriptionibus pro Ss. Eucharistia. 97. sq.

Lutherani materiam de merito cur tot technis & cavillis obscurarint? 367. Nostrum de merito dogma pro ratione discessionis suae ab ecclesia catholica obtendunt, una cum plurimis Calvinicolis. 369. Adn.

M

Machabaei MM. Eorum laudes. 316. Festum Romae sollemne a quo tempore? *ib.* sqq.

Madalena Thomas revincitur. 216. Obs.

Mahumedes vindicatur. 336. Adn.

Mamachius confutatur. 3. sq. Adn.

Mansuetus a S. Felice. modo Alculi Theologiae Moralis doctus Professor, acerrimus, atque primus ex instituto systematicus & copiosus oppugnator praeindicatae opinionis Graffii. 224. Obs. I.

Paucis abhinc mensibus adversus eam opinionem editus est formis Cremonensibus praeclari Auctoris commentarius philosophico-theologicus, in septem dissertationes tributus, acutissime juxta ac modestissime lucubratus; dignus quidem opinione nostra, quem Theologiae ac Philosophiae Professores & alumni sedulo evolvant.

Martyres. Quod pro Christo mortem subierint, magnis ab Ecclesia honoribus decorati. 418. Martyrum plura genera. 319. sq.

Maximilianus Adolescens inter Martyres Christi jure recensendus. 79. sq

Meritum theologicum. De eo Asserta secundum regulas fidei. 325. & 386. sqq. & 398. Aeternae vitae meritum exigit ne simpliciter statum gratiae? 391. Obs. Quae circa meritum fide sancta non sunt habenda? *ibid.* col. 2. Ejus notio atque partitio. 392. sqq. Conditiones & reliqua comparate ad actum meriti, & ad personam merentem, & ad Deum remunerantem expenduntur 397. sqq.

Miracula superna. De iis doctrina exponitur. 99. sqq. Plura sacri Codicis miracula diserte vindicant Anti-deistae. 111. sq. nota (*i*) Miraculi caracteres. 115. Obs. Martyres recensent miracula. 116. sq. Martyrum passiones miracula eximia. 119. sq. Transitus maris rubri apud Hebraeos miraculorum complexio. 121.

Missa vox quid a primordiis Ecclesiae? 17. Adn. I. & 306.

Missae Sacrificium tum in conventibus celebratum. 17. Adn. I.

Missale Gallicanum vetus negligentiore saepe manu conscriptum. 309.

Molinos Mich. Famosa ejus Causa. 380. sqq.

Mosheimius Jo. Laurentius rejicitur. 329. Adn. II.

Mysteria superna. Eorum notio, partitio & dotes exponuntur. 73. sqq. Sacra profana Eleusinia in concordiam fidei & rationis circa mysteria nostra minime advocanda. 76. sq. Obs.

Ob-

O

Obſervatio non praetereunda. 99.
Operanea ſacra apud profanos. 74. Obſ.
Oracula ethnicorum fraudibus plena. 130. Obſ.
Origenis error in gratiam auxiliantem nimium dubius. 177. Adn.
Origeniſtarum apathia. V. *Impaſſibilitatem*.
Oſculum pacis in Sacrificio Miſſae. 248. ſq.
Oſſa Joſephi Patriarchae & Eliſei quo ſenſu prophetaſſe dicantur? 127.

P

in *Paraſceve* officium vetus liturgicum. 303. ſq.
Paſcha annotinum. 306. ſq.
Patres Eccleſiae veteres. Eorum agendi ratio inter diſputandum cum hoſtibus Chriſti ſub IV. priora ſecula. 179. Adn.
Paullus Apoſt. gratiae auxiliantis praeclarus vindex. 176. ſq. Adn.
Pelagianiſmus. Palmare ejus dogma ſcholis noſtris perperam adpingunt Proteſtantes. 178. Adn. De eo comparate ad naturam & gratiam nonnulla alias praemiſſa: complurima heic adjecta pro fuſiore ejus cauſſae expoſitione. 180. ſqq. Adnn. Pelagianae Scholae meritum abſurdum. 331. & Adn. ** Plura gratiae genera admiſit. *ib.* At gratiam tamen ſanctificantem inhaerentem agnovit nullam. 255. ſqq. Adn. II.
Pelagius. Ejus indoles, ingenium & zelus non ſecundum ſcientiam. 180. Adn. Primus gratiae auxiliantis hoſtis publicus & contentioſus. *ib.*
Pfeifferus Auguſtus hallucinationis convictus. 259. Adn. II.
Philoponus laudatur. 12.
Piſanae Valvae. Quid circa eas dubium, quid veriſimile? 93.
Poenitentium Reconciliatio in Eccleſia veteri. 321. ſq.
Polemicae diſputationes interdum jure ventilatae in hoc commentario. 175. Obſ. col. 2.
Pontiani haeretici ex qua ſecta? 337. Adn.
Populeti monaſterium Ciſtercienſe ampliſſimum in Catalonia. 340. Adn. II.
Porphyrii ſcripta contra ſacros Codices. 9.
Probi Imp. Edictum contra Chriſtianos ſuppoſitum. 18. Adn. II.
Prophetia. Verae ac falſae ſigna. 134. Obſ. Prophetiae de pluribus myſteriis ſupernis re quidem impletae. 137. ſqq. Tum aliae Theodoriti M. 135. ſq.
Pſeudo-apoſtoli haeretici quinam? 326. Adn.

Q

Queſnelliſmus. Ejus protectores acriter repudiantur. 188. Adn. Quaeſivit ſibi fortaſſe patrocinium ab Schola Lutheranorum. *ib.*
Queſnellus erroris aperte convincitur a noſtratibus Anti-queſnelliſtis. 273. Adn. I. II. III.
Quinquageſima eccleſiaſtica. 249. ſqq.

R

Relandus Hadrian. fruſtra Mahumedanos protegere conatur. 257. Adn. I. & Alcoranum. 41.
s. *Reolus* horrendi anathematis fortaſſe primus auctor. 96.
Revelatio ſuperna. De ea doctrina exponitur. 142. ſqq. Revelationes ſacri codicis prae primis oppugnant Deiſtae. 148. ſq. Obſ. Eas plerumque citant & commendant SS. Martyres. 156. Et pro earum defenſione complurimi martyrium ſubeunt. 157. Revelationis privatae donum in vera Eccleſia hucuſque floruit. 140. ſqq.
Revelatio naturalis Dei nullam involvit contradictionem. 151. ſqq. Circa iſtud Adſertum notatu digna. 154. ſq. Obſ.
Ricardus Simonius Semipelagianiſmi Boſſueto jure inculatus. 189. Adn. I.
Ripalda Jo. Martinez ſummopere commendatur. 52. ſaepius.
Romanus Senatus Chriſtum Deum ſuae adſciſci religioni expreſſe detrectat. 37. Adn. I.

S

Sacramentorum Liber S. Gregorio M. vulgo adſcriptus anne genuinus? 308. ſq.
Sacrificia Paganorum. 433. ſq.
Sadoletus Cardinal. a Semipelagianiſmo excuſari poſſe videtur. 190. Adn. II.
Sancti homines veteris legis in novo foedere feſtis eccleſiaſticis coluntur. 318. ſqq.
Sarpius Paullus. V. *Fleuryi*.
Scholaſtici Theologi vindicantur. 53. Adn.
Semipelagianiſmus. Ejus cauſſa praecliba-


D. M

FINI. VIRTVTIBVS. OBTINENDO

THEOLOGIAE. COMMENTARIVM

DOGMATICO-SCHOLASTICVM

HISTORICO-POLEMICVM

ANTIQVARIVM

DE. DEO. FINE. VIRTVTIBVS. OBTINENDO

ROMANI. EDITORES

VENANT. MONALDINIVS

ET. PAVLL. IVNCHIVS

IN. TESTIMONIVM. ORTHODOXIAE

L. L. M. DEDICARVNT

SEDENTE. PIO. VI. P. M

IN D. VIII



ADPRO-

AD PROBATIONES.

PErlegi lubentiſſime, & quanto licuit ſtudio expendi Partem tertiam Tomos V. & VI. complexam Theologiae Dogmatico-Scholaſticae a Jo. Baptiſta Genèr Theologo Hiſpano diligentiſſime concinnatae. In ea non modo, aut fidei dogmatis, aut ethicae chriſtianae adverſum reperi nihil; immo potius complura paſſim offendi, quae Auctoris ingenium, doctrinam, eruditionem, criticen plane demonſtrant. Illud vero prae ceteris immortali dignum laude; quod nempe primus omnium ſancta fidei dogmata ſacrae antiquitatis documentis omnis cujuſque generis undecumque conquiſitis ſub novo quodam ordine, ac ſyſtemate theologico, probata, & communita perpetuis diſſertationibus prodat. Hunc in finem e penu ſacrae antiquitatis ancillantes dogmati ſibi adſciſcit Auctor peculiares illas diſciplinas, tanto noſtra tempeſtate receptas & excultas plauſu; nimirum de re martyrologica, lapidaria, liturgica, diplomatica, numiſmatica, diptycha, ſigillari, de re denique quodlibet generatim cujuſque generis monimentum vetus dogmati favens reſpiciente. Hanc differendi methodum jure optimo inter loca theologica repoſuit Auctor; & ex eo quidem fonte nullus dubito quin magnus accreſcat ſancto Dogmati ſplendor, uberrimuſque Scholis fructus. Ita ſentiebam de iis praelo ſane dignis commentariis, quos cenſurae commiſit meae Reverendiſſimus P. Thomas Auguſtinus Ricchinius S. A. P. M.

Romae 29. Junii 1774.

Thomas Dioniſi SS. Baſilicae Vaticanae Beneficiarius, & in Convictu Piae Domus Jeſu Praeſes.

IUſſu Reverendiſſimi P. Thomae Auguſtini Ricchinii S. P. A. M. quo potui ſtudio perlegi = Theologiae Dogm. Schol. Partem tertiam, complectentem Tomos V. & VI. = a Cl. V. Jo. Baptiſta Genèr elaboratam; nihil in ea fidei aut chriſtianis moribus adverſum deprehendi. Quamobrem prelo dignam cenſeo.

Romae 14. Junii 1774. in Collegio SS. Vincentii & Anaſtaſii in Trivio.

Thomas Gabrini C. R. M. Lector Emeritus & Viſitator.

UT mandatis paream Reverendiſſimi P. Fr. Thomae Auguſtini Ricchinii S. P. A. Magiſtri, diligenter legi, atque recognovi Appendicem Monumentorum ex actis martyrum adloquentium, nec non alia id genus, & reliqua antiquitatis monumenta, quae ad Partem tertiam, continentem Tomos V. & VI. Theologiae Dogmaticae Scholaſticae &c. ſpectant, conlecta & iluſtrata a praeclariſſimo Viro Johanne Baptiſta Genèr Presbytero, de ſacris quibuſque diſciplinis optime merito; quumque nihil prorſus in hiſce deprehenderim quod rectae orthodoxaeque Fidei adverſetur, quin immo ad Catholica Dogmata adſtrenda ac vindicanda maxime opportuna ſint, exiſtimo, quod publici juris fieri valeant. Ex Aedibus S. Callixti die XVIII. Octobris MDCCLXXIV.

D. Petrus Aloyſius Galletti Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis Abbas S. Victoriae in Marchia Anconitana.

IMPRI-

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. A. Marcucci Epiſc. Montis-Alti Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ordinis Praedicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

CON-

CONSPECTUS
TOMI QUINTI.

UNIVERSAE
THEOLOGIAE
DOGMATICO-SCHOLASTICAE
PARS TERTIA

DEUS FINIS VIRTUTIBUS OBTINENDUS. *Pag.* 1.

TRACTATUS I.
De Gratia.

LIBER PRIMUS
De Re Supernaturali. 2.

PROLUSIO I.
seu
HISTORIA POLEMICA
de Erronibus in Rem Supernaturalem. *ibid.*

E Paganis Scriptoribus. *ibid.*
E Paganis Conditoribus Edictorum Imperialium. 13.
E vulgo reliquo Paganorum. 37.
Ex Judaeis. 40.
Ex Mahumedanis. 41.
Ex Haereticis nomen christianum jactitantibus. 43.
Ex grege impio Deistarum recentium. 46.
Ex aliis Doctoribus. 52.

CAPUT PRIMUM.
Rei supernaturalis exsistentia, notio, partitio, sublimitas. 54.
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. *ibid.*
MONUMENTA ANTIQUITATIS
Pro veritate Religionis supernae revelatae & contra falsitatem religionis ethnicae.

CLASSIS I.
E RE MARTYROLOGICA.
SECTIO I. 57.
SECTIO II. 61.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 66.
CAPUT SECUNDUM
de Mysteriis Supernis. 73.
OBSERVATIO. 74.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
Pro Mysteriis Supernis.
CLASSIS II. 78.
Pro Divinitate Jesu Christi.
E RE MARTYROLOGICA. *ib.*
E RE LAPIDARIA. 80.
E RE LITURGICA. 81.
E RE DIPLOMATICA. 83.
E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS. *ibid.*
Pro Maternitate divae Virginis.
E RE MARTYROLOGICA. 86.
E RE LAPIDARIA. 87.
E RE LITURGICA. *ibid.*
E RE DIPLOMATICA. 88.
E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS. 89.
Pro Incarnatione Verbi Divini.
E RE MARTYROLOGICA. *ib.*
E RE LAPIDARIA. 90.
E RE LITURGICA. 91.
E RE DIPLOMATICA. *ibid*
E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS. 92
Pro augustissima Eucharistia.

E RE

E RE MARTYROLOGICA. 93.
E RE LAPIDARIA. 94.
E RE LITURGICA. 95.
E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS. 97.

CAPUT TERTIUM
de Miraculis ſupernis.

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 99.
OBSERVATIO. 115.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Miraculis ſupernis.
CLASSIS III.

E RE MARTYROLOGICA. *ib.*
E RE LAPIDARIA. 117.
E RE LITURGICA. 119.
E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS. 122.

CAPUT QUARTUM
de Vaticiniis ſupernis.

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 123.
OBSERVATIO. 124.
OBSERVATIO ALTERA. 130.
ORSERVATIO TERTIA. 134.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Vaticiniis ſupernis.
CLASSIS IV.

E RE MARTYROLOGICA. *ib.*
E RE LAPIDARIA. 136.
E RE LITURGICA. 138.
E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS. 139.

CAPUT QUINTUM
de Revelationibus ſupernis.

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 142.
OBSERVATIO. 148.
OBSERVATIO ALTERA. 154.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Revelationibus ſupernis.
CLASSIS V.

E RE MARTYROLOGICA. 155.
E RE LAPIDARIA. 158.
E RE LITURGICA. 159.
E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS. 161.

COROLLARIUM
pro concordia fidei & rationis. 163.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Myſteria ſuperna.* 164.
circa *Miracula ſuperna.* *ibid.*
circa *Vaticinia ſuperna.* 165.
circa *Revelationes ſupernae.* *ibid.*

CAPUT SEXTUM
de Gratiis, quas vulgo dicunt gratis datas.

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 166.

CAPUT SEPTIMUM
de Donis ſupernis, finem beatum per ſe ſe reſpicientibus. 169.
OBSERVATIO. 175.

LIBER SECUNDUS.
De utraque Gratia. 176.

CAPUT PRIMUM.
De Gratia Auxiliante.

PROLUSIO II.
ſeu
HISTORIA POLEMICA
de Erroribus in Gratiam Auxiliantem. *ibid.*
Ex variis hominum claſſibus. *ibid.*

§. I.
Proœmialia de Statibus naturae humanae in ordine ad Gratiam.

QUAEST. DOGM. SCHOL. 190.
OBSERVATIO. 191.

§. II.
Gratiae Auxiliantis exſiſtentia,
no-

notio, indoles. 196.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Gratiam Auxiliantem.* *ibid.*
COROLLARIA. 202.
§. III.
Gratiae auxiliantis partitio & distributio multiplex. 203.
§. IV.
Gratia Efficax. 210.
OBSERVATIO. 215.
OBSERVATIO ALTERA. 218.
OBSERVATIONES. 223.
COROLLARIA. 227.
§. V.
Gratia Sufficiens, aut inefficax. 231.
§. VI.
Necessitas gratiae auxiliantis ad actus salutares. 239.
OBSERVATIO. 243.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Gratia Auxiliante.
CLASSIS VI.
E RE MARTYROLOGICA. 244.
E RE LITURGICA. 246.
E RE DIPLOMATICA 251.
CAPUT SECUNDUM.
De Gratia Sanctificante. 252.
PROLUSIO III.
seu
HISTORIA POLEMICA
de Erronibus in Gratiam, qua justos, qua impios Sanctificantem. 253.
Ex variis hominum classibus. *ibid.*
§. I.
Gratiae Sanctificantis notio, indoles, dotes.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 275.
§. II.
Adulti impii Justificatio per Gratiam Sanctificantem. 281.
§. III.
Reliqua Gratiam Sanctificantem spectantia. 289.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Gratiam Sanctificantem.* 297.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Gratia Sanctificante.
CLASSIS VII.
E RE MARTYROLOGICA. 298.
E RE LITURGICA. 303.
LIBER TERTIUS.
De Merito. 325.
PROLUSIO IV.
seu
HISTORIA POLEMICA
de Erronibus in Meritum theologicum. *ibid.*
Ex variis Personarum classibus 326.
CAPUT PRIMUM.
Pertinentia ad Meritum comparate ad actum ipsius Meriti.
§. I.
Quaestiones prooemiales de Merito secundum regulas fidei.
QUAEST. DOGM. SCHOL. 386.
OBSERVATIO. 391.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Meritum salutare.* *ibid.*
§. II.
Meriti notio atque partitio. 392.
§. III.
Conditiones ad Meritum necessario requisitae. 397.
§. IV.
Meriti Incrementum. 405.
§. V.

§. V.

Meriti Reviviſcentia. 406.

CAPUT SECUNDUM.

Pertinentia ad Meritum comparate ad perſonam Merentem.

§. I.

Conditiones in Merente neceſſariae. 410.

§. II.

Vota & conatus perſonae merentis. 413.

CAPUT TERTIUM.

Pertinentia ad Meritum comparate ad remunerantem Deum. 414.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *pro Merito theologico.*

CLASSIS VIII.

E RE MARTYROLOGICA. 416.

E RE LAPIDARIA SACRA. 419.

E RE LAPIDARIA PROFANA. 425.

E RE LITURGICA. 438.

E RE DIPLOMATICA. 442.

E RE DIPTYCHA. 443.

INDICES ALPHABETICI. 444.

INDEX I.

DOGMATUM *una cum ipſorum patronis, elucidationibus & adverſariis.* *ibid.*

INDEX II.

SAPIENTUM ETHNICORUM. 453.

INDEX III.

MONUMENTORUM ANTIQUITAT. 454.

INDEX IV.

QUAESTIONUM DOGM. SCHOL. 456.

INDEX V.

ERRONUM. *ib.*

INDEX VI.

RERUM PRAECIPUARUM. 460.

UNI-

batur. 183. & Adn. Fulius retractata. 332. ſqq. Adnn.

Seraphina de Leo Venerabilis Virgo Carmelitana, Caprenſis ſanctimonialium coenobii, pluriumque Inſtitutrix, doctrinae Molinoſii contra ſenſum illuſtrium & doctiſſimorum hominum praefervide adverſatur, ſuique errores in libro de manuductione ſpiritali latentes mirabiliter detegit & flammis addicit. 381. Adn.

Serryus Jac. Hiacynth. notatur. 273. Adn. I. Et tanquam juratus defenſor errorum Queſnelli merito perſtringitur. 385. Adn.

Servetus Mich. de peccato & juſtificatione qui philoſophice & pharilaice loquutus? 267. ſq. Adn.

Simon Magus Plurimis exiſtimatus Servator mundi. 327. Adn. I. Quid de ſtatua, quae vulgo fertur ei erecta Romae? *ib.* Haereticorum primus. 329. Adn. III. Revera chriſtianus fuit. *ib.* An ſcripta contra legem chriſtianam vulgavit? 330. Adn. IV. Quo ſenſu tot, tantiſque encomiis Helenam commendaverit ſuam? 328. Adn. II.

Spiritus S. ſecundum ſubſtantiam donatur. 276. ſq.

de *Statibus naturae humanae* in ordine ad Gratiam doctrina. 190 ſqq.

Status naturae purae multis nominibus poſſibilis. 192. ſqq.

Supernaturalis rerum Ordo adſeritur, exponitur, defenditur, illuſtratur. 54. ſqq.

T

Tauroboliom. Unum e praecipuis Paganiſmi ſacrificiis. 434.

Templa Ethnicorum. 427. ſq. Eorum Dedicatio. 429.

Teredatis Regis Edictum contra chriſtianos verisimili argumento legitimum. 30. Adn.

S. *Thomas* unum ex praecipuis doctrinae Janſenianae articulis ante Janſenium praemonſtravit, atque ſubvertit. 398. ſq. Obſ.

Tichonius inter Afros fortaſſe primus Semipelagianiſmi adſertor. 182.

Tridentini Patres quanto ſtudio negotium de juſtificatione impii docendum ac definiendum curarint. 262. ſq. Adn. Optimo conſilio nullam ſcholae orthodoxae opinionem percellere decreverunt. 263. ſq. Adn. Eorum agendi ratio pro comparanda notitia haereſum proſcribendarum. 264. Adn.

V & U

Valſechius rejicitur. 146.

de *Vaticiniis ſupremi* doctrina elucidatur. 123. ſqq.

Vaticinium. V. *Prophetia*.

Vindices religionis revelatae adverſum Deiſtas nuperos. 50. Adn. III.

Virgines ante mortem violentam eis inferendam violandae ex lege Romanorum. 22.

Ulpianus Domitius Imperialium in chriſtianos Edictorum collector. 36. Adn. I.

Urim & Thummim perinſigne oraculum apud Hebraeos. 123. ſq. & Obſ.

VVicleff & VV clefitarum cauſſa. 343. uſque ad 351. Primi Wicleffi adſectatores. 345. ſqq. & hoſtes catholici. 347. ſqq. Wiclefitarum in doctrina conſenſio. 350. Adn. Longa eorum poſteritas. 351. Adn. Wiclefitarum propagatio ſtudio Jo. Hus, & Hieron. Pragenſis. *ib.*

LAUS DEO FINI VIRTUTIBUS OBTINENDO.

PRAE PRIMIS EMENDANDA.

Pag.	Lin.	ERRATA	CORRIGE.
3	2	invitos	invisos
13	14	licebet	licebat
15	35	col. 1. tamen loeo	loco
15	16	*Judaos*	*Judaeos*
32	47	col. 2. differueras	differuerat
38	33	col. 2. ab ceussam	ob caussam
40	22	col. 1. adparticio nes	adparitiones
69	40	ex instirucio	ex instituto
86	15	post ea	postea
87	32	ἢ ἐπιχθοέντες	ἢ ἀπαχρῦέντες
121	9	*Arta panus*.	*Artabanus*.
150	27	Carostadius,	Carolstadius.
154	32	col. 2. Authorae	Authore
246	19	fubendo	subeundo
275	14	recitudo,	rectitudo,
304	35	deificant	deficiant
333	6 & 7	col. 1. in negotio fatis	in negotio salutis
391	32	col. 2. quae Synodo Tridentino	quae a Synodo Tridentina
444	43	col. 2. Ammonius. 179	177
Ibid.	44	col. 2. Annianus. 177	179
449	35	col. 2. Diploma. 82 & 92	Diploma. 92
450	21	col. 2. Anthimi M.	M. 63
Ibid.	22	col. 2. Arcadii M. 63. 65	M. 65
Ibid.	32	col. 2. Luciani & Martiniani.	& Marciani.
453	4	col. 2. Myst. sup. 174	sup. 164.
Ibid.	23.	col. 1. Fenestella pro mer.	pro Miraculis
454	30	col. 2. Ch. pro Myst. sup. 38.	Christi crucifixi
456.	34	col. 1. Abdolalim in ord. sup. 41.	42
Ibid.	41	col. 1. sup. 39	*Adde*, Ammonius alter in &c.
Ibid.	45	col. 2. in mer. 391	381
Ibid.	47.	col. 2. in mer. 327.	372
460	27	col. 1. raptim. 59	54
461	26.	col. 2. *Courayeius* castigatur. 163	*Courayerus*. 263
464	53	col. 2. advocanda. 76.	74

In Adpendice praemissa ad p. XXII. ubi dicitur SATURNINUS M. adde: Presbyter Africanus &c. (ex Act. SS. Saturnini, Dativi &c. ap. Ruin. cit. p. 412. ex pluribus codd. mss. & editis.)

Errata cetera leviora pro sua benignitate corriget Lector.

EXCVDEBAT ROMAE
PAVLLVS IVNCHI TYPOGRAPH. ET BIBLIOP.
PROVISOR LIBRORVM S. R. E. IN BIBLIOTH. VATICANA
IN S. MICHAELIS AD RIPAM
AN. IVBILEI MDCCLXXV. X. KAL. DECEMBRIS
SEDENTE
PIO VI. PONT. OPT. MAX.
ANNO PONTIFICATVS I.

208.9
G286
49207
GENÉR, S. J., JOANNES BAPTISTA
AUTHOR
Theologia Dogmatico-Scholastica
TITLE
Tomus V.
DATE LOANED | BORROWER'S NAME | DA RE
STORAGE - CP
49207